Ioan. Andreas.in.c. primo de fide inſtrumẽ.in.no ue:& de iſto ſigilloloquitur.l.1 ſupra & per totũ,ti tulum del chãciller y ſello in ordina. & le.11. titulo delos eſcriua.del audien.in dictis ordina.& cũ hoc ſigillo, tenẽtur ſigillare tabelliones principis reſi dentes in curia vel audiẽtiã principis & hij quibus cõmiſſum eſt officiũ ſigillãdi ſcripturas pricipis, & iſtud etiã ſigilum cancellarius principis mutare nequit:aliâs punitur ꝺ falſo.vt ſuprà dixi.& idẽ de aliis ſigillis aliorũ dñorũ tẽporaliũ,& locorũ cẽte ri verò tabeliões nõ habẽtes ꝓpriũ ſigillũ poterũt ſignare ſigillo aliẽo ſuas ſcripturas & nõ puniũtur de falſo.& ſic intellige dictũ Bal.in.d.l.1.& in.d.le. ad teſtiũ ☞ Itẽ ſolẽt ſigillare plures tabelliões à nul lo habẽteſuos carateres & hocꝺ cõſuetudine muta turꝙ eos ad bene placitũ:qa vtũtur ſeꝙ ſigno à prin ci.ſuſcepto. ¶ Sed q̃ro an tabellioꝺbeat ponere no mẽ ſuũ cũ ſigno ſuo. Pau.ꝺ Ca.cõſilio ſuo.2. tenet q̃ ſic.aliâs vitiaẽ teſtamẽtũ niſi ex ſequẽtibus vel præ cedentibus poſſit colligi & idem tenẽt Lanfrã. vbi ſuprà proterea hodie tabelliones in prĩci.vel.in.fi. ſuarum ſcriptuarũ ita dicunt et ego Ioãnes.vel. Pe trus publicus tabelio p̃ſens interfui vnà cũ pręno minatis teſtibus.&c. Et ita apparet nomen tabellio nis ꝙ ſcripturã licèt ſumtue ſignum non ſit appoſi tum nomẽ tabellionis in ſua firma.ꝓbatur optimè ex.l.iſta in quãtum dicit q̃ in teſtamẽto in ſcriptis debẽt eſſe octo firme teſtatoris & teſtiũ & ſignum tabellionis:non tñ dicit q̃ tabellio debeat oppone re firmã ſuã cum ſigno ſuo ſed ſignum ſuũ tãtum. ¶ Quæro an debet etiam ponere notarius in in-ſtrumẽto cognomẽ vnà cũ ſuo nomine: tene q̃ ſic. quãdo conſuetus eſt illud apponere & res ſup qua agitur inſtrumẽtũ eſt ardua aliâs inſtrumẽtum nõ valet.ita determinat Bal.in.1.cõſtitutione.ff. & alle gat legẽ ſacri affatus. C.de diuerſis reſcrip. refert & ſequitur And.Sicu. in.c.1.de ꝓba. ¶ Etnota.q̃ ſi ta bellio ſolitus eſt apponere nomẽ ſuum:& id mutat punitur de falſo.ac ſi mutaret ſignum ſuum. vt per Lanfrã. vbi ſuprà. Cum enim dicimus ſigillum in telligendum eſt de ſigillo hominis qui poteſt habe re locum quẽ tenet.l.12.circa finem.ti.9.1.pti.

o ¶ Cinco teſtigos.per hoc etiã rẽprobatur.l.hac cõſultiſſima in princi.C.qui teſta. face.po. &.l.14. ti.1.6.part.quæ dicunt.q̃ cęcus teſtatur corã ſeptem teſtibus & tabellione. & non in merito dicte leges corriguntur ꝙ iſtã?qa cęcus non teſtatur niſi palàm & nuncupatiuè non tñ in ſcriptis.vt in.§.cęcus in-ſti.quibus nõ eſt permi.face.teſ.&.d.l.hac cõſultiſ ſima & .d.l.14.ſed in teſtamento nũcupatiuo nõ re-quiruntur viſus ſed locutio teſtatoris vt poſſit ore proprio exprimere nomẽ hæredis.vt.l.31.infrà.&. l.11.ti.12.6.part.&.l.iubemus cum multis aliis.C.de teſta.☞ Item ſi in teſtamẽto cęci requiritur numer? tantorũ teſtium fuit propter ſuſpitionem falſitatis .i. ne falſitas cõmitatur in eius teſtamẽto. vt patet ex.d.l.hac cõſultiſſima.quę hodie ceſſat interueniẽ tibus quinq; reſtibus vt in.l.iſta.igitur.&c.Si ergo cæcus ore proprio nominauit hæredẽ corã quinq; teſtibus:valere debet teſtamẽtum prout eius q̃ vi-dit.☞ Itẽ ceſſat ſuſpitió falſitatis de qua in.d.l.hac cõſultiſſima cum ſimi. qa ea quę palàm fiunt vitio falſitatis & fraudis carere pręſumũtur. vt.l.fi.C.de fideico.cũſimi. tũc cũeſſet ſuſpitio falſitatis:ſi cęcꝰ teſtaretur inſcriptis:quia cum teſtamentum debeat ſcribi ꝓpria manu teſtatoris vel alterius: & debeat ipſe cęcus teſtamẽtum dare tabellioni in præſentia ſeptem teſtiũ.vt.d.l.1.&.2.ti.1.6.part.& ipſe cæcus neſciat ſcribere:neſciret quę ĩ teſtamẽto ſunt appo ſita.☞ Itẽ neſciret ſi eſt teſtamẽtũ q̃ ſcriptũ eſt: vel tio nes vel ſi intꝰ teſtamẽtũſunt appoſite garrula-cãtilena vel qd ſimile ꝓpterea ne eiꝰ diſpoſitio in validetur: fuit iuſtum quod cęcus teſtetur eo mo-do quo eiusteſtamentum valere poſſit vt hic,

p ¶ La miſma ſolẽnidad.ſ.quinq; teſtium aduer-te ad intelligẽtiam iſtius partis. q̃ ſolẽnitas dicitur quicquid præcipuũ requiritur vltra conſenſum:& quicqd addicitur formæ iuriſgẽtium tenet Bal.in. l.vt in epiſtola ad.fi.ver.vltimò quæro. C.de fideico.☞ Itẽ ſolemnitas leuis dicitur illa q̃ parũ vel nu lum præiudiciũ affert.☞ Solẽnitas magna & grauis dicitur illa q̃ multum oſtat ſi ommitatur Bar.in.l.fi. §.ſi verò poſt quam in fine.C.de iure delibẽrandi & in.l.1.§.q̃ autem.ff.de vẽtre inſpi.☞ Vel dicq̃ ſo-lẽnitas leuis dicitur q̃ nõ habet immutari.vt in.l.1. per Bar.§.ſi plures.7.col.ver.4.quæro.ff. de exerci to.☞ Item ſolẽnitas ſubſtantialis grauis dicitur illa quæ omiſſa poteſt cõtingere mutatio circa ſubſtan tiam eius de quo agitur tenet Bar. in rubrica. C. de ſucceſſo.edi.2.col.ver.& ſi in p̃dictis. ita q̃ iſta lex ſuprà dicit.q̃ in teſtamẽto nuũcupatiuo debẽt eſſe pręſentes quinq; teſtes ſine tabellione veltres cum tabellione quiſint de loco teſtatoris. & hæc ſolẽni-tas requiritur in teſtamẽto nũncupatiuo & ſi omi-tatur teſtamẽtum eſt nullum.l.ſi vnus & ibi Bal.in princi. C. de teſta. Idẽ igitur erit per iſtã legẽ in co dicillo q̃ ſi non conficitur cum ſolẽnitate teſtium requiſita in teſtamẽto nũcupatiuo codicillus vitia tur ꝙ ſuapradictà.☞ Et cũ iſta lege in quãtum requi rit quinq; teſtes in codicillis cõcordat.l.fi.C. de co dicillis &.l.1.ti.12.6.part.hebẽt in Spe. de iudi.§.fi. ver.ſi verò.☞ Quod eſt verũ etiã ſi in teſtamẽto nu merus quinq; teſtiũ ſufficiat. vt hic,& in.d.l.1 per quas leges aprobata eſt hodie opinio Bart.in.l.2.in fine.verſi.ſed quid ſi ſtatutũ delega.1.vbi dicitur q̃ ſicut fit de nouo codicillus corã quinq; teſtibus eo dem modo debet confirmari corã quinq; teſtibus. concordat glo.in.l.1.verſi.iudicium.C.de codici.& ibi Bal.& Bar.ver.cõtra iſtud dictum.glo.

Adde. Rationẽ efficaciẽ: quare ĩ codicillis requiruntur quinq; teſtes ſicut in te ſtamento. ¶ Primò. quia codicillus dicitur paruus codex.i.teſtamentũ.vt dicũt glo.& doctores in Rubr.C.de codicillis,& inſti.de teſta-

men.

men.in princip. ☞ Item quia in codicillis ſicut in teſtamentis poteſt fieri & contrahi falſitas. ☞ Ideo eadem ſolẽnitas teſtium quæ in teſtamẽto requiritur debuit interuenire in codicillis. ¶ Et nota.q iſta clauſula codicillaris quotidie apponitur in teſtamentis.videlicet.ſi non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorũ.vel iure alterius vltimæ voluntatis.nam habet optimũ effectum.ſ.q vbicũq; hæres inſtitutus non addit hæreditatẽ vel alia ex cauſa vitiatur heredis inſtitutio. legata relicta in teſtamẽto debentur veniẽ tib⁹ ab inteſtato glo.eſt q̃ reputatur vnica & ſingularis de iure canonico in.c.Raynaldus in parte legauit de teſta. ☞ Multos alois effect⁹ enumerat glo. in l.eam quam.C.de fideico.Lãfran.in repetitione dicti.c.Raynaldus pe.col.in princip.inver.iſta enĩ clauſula:& ibi plenius in additione.ſuper parte codicillorum. plenius Mathæ. de Afflictis deciſio. Neapo.69.nu.3.vſque ad nu.4.Vbi dicitur.q clauſula codicillaris,operatur q hæredes ſcripti in teſtamento videntur rogati vt ſi teſtamentum ſit minus ſolemne ſoluant legata in eo contenta.vt ſeruetur mens teſtatoris vt notatur in.l.in lege ex teſtamento.C.de fideico.cum aliis allegatis p Alex. in primo volu.conſi.26.& in.2.volu.conſilio.42.& in conſilio.152.in principio & in.3.volu.conſilio. 17. in.6.co.& in cõſi.31.in.1.co. ¶ Adde aliũ & ſingularem effectum clauſule codicillaris quem ponit Spe.in ti.de inſtr.edic.§.12.incipit compendioſe.7.co.ver.itẽ vide vbi dicit q ſi in teſtamento eſt clauſula codicillaris generalis & ſolita.ſ.ſi non valet iure teſtamẽti valeat iure codicilliorũ vel alteri⁹ cuiuſlibet vltimę voluntatis.vt.l.3.in fine.ff. de teſta.mili.&.l.cohæredi.§.filię.ff.de vulgari & pupi. ☞ Operatur iſta clauſula id quod in authen. ex cauſa.C.de libe.prę.te.vel exhe.breuiter tamen dicit ſecundum Iacob.Bu.q hæc clauſula, operatur tantum cum teſtamentum deficit propter defectũ ſolemnitatis.puta cum deficit numer⁹ teſtium. vel alia ſolemnitas.vt tunc valeat iure codicillorũ.non autem,operatur ſi in alio deficit.puta ſi rumpatur per querellam vel poſthumi agnatiõe vel minima capitis diminutione.& hoc probat ex eo q dicitur ibi(valet)&ſic loquitur de prẽſenti defectu,qui eſt. vt qa non eſt ibi plenus numerus teſtium. vel non ſunt rogati.vel eſt mulier de futuro.vt de illo quod fit.puta aliquod de præmiſſis modis.ſi enim dixiſſet valebit tũc futuros cõplecteretur defectus. ☞ Vt ergo omnes hos modos compræhendat debet dici. ſ.non valet vel valebit iure teſtamenti.&c. cogit.l. ſi ſtipulatus fuerim.§.1.ff.de verbo.obliga.2.l. ſi, à colono.ff.de verbo.ſigni.vt verbum oportebat. ☞ Item aliud videtur dictũ ſi non valet, & aliud ſi non valeat. ☞ Vel ſecũdum,Odofre.dicit q aut ſtatim deficit teſtamentum propter ſolemnitatis defectum.& tunc verba illa nõ valet.&c.referuntur ad illum caſũ tantũ & non ad alios prædictos. ☞ Aut nõ deficit ſtatim ſed poſtea ex euentu. puta capitis diminutione vel poſthumi agnatione.vel alio modo & tunc etiã ad caſum illum ptinent hæc verba:quia indubiis interpretari debemus.vt res valeat.l.quot. ff. de verbo.ſigni.c.inter dilectos prope finem de fide inſt. Et in teſtamentis.&c.l.in teſtamentis.ff.de regulis iuris.c.cum dilect⁹ de dõa. ¶ Hinc dicit Spe. q ſi quis vult ſecure teſtari dicat ſic,ſi nõ valet teſtamẽtum ratione præteritionis vel ex hæredationis,vel alterius ſolemnitatis valeat iure codicillorum & alterius cuiuſlibet vltimę voluntatis. Et rogo,oẽs mihi venientes ab inteſtato vel ſuccedentes ex teſtamẽto,vel aliquo iure,vt hæreditatem meam reſtituã Petronã hoc caſu quilibet tenetur reſtituere hæreditatem p fidei comiſſum.argumento.l. ex teſtamento.C.de fideico.&.l.ſi cum fundum de lega.3.de tracto tamen debito bonorum ſubſidio. de quo etiã plene Socinus in ſua regula. 63. vbi vide. ¶ Et nota ex particula iſta q in codicillo cęci requiritur idem numerus teſtium q in teſtamento eius p quod reprobatur gloſſa.in.l.hac conſultiſſima in parte codicillis.C.qui teſta. fa. po. q̃ voluit q minor numerus teſtium requiritur in codicillis cęcorum q in eorum teſtamẽtis. ☞ Quid ſit codicillus.& in quo differt à teſtamento:& quis poſſit codicillari.& in qua ętate.vt.c.p totum.12. quæſtiõe ſexta & eodem tit.&.C.p glo.in.l.2.ver. perſonales.C.cõmunia dele.& inſti.de teſta.in primo per Bar.in.l.2.ver.quęro ſtatutum prohibet delega. i. per Bal.in.l.fi.2.col.in princi. ver. quid ſtatutum. C.de teſta.& in.d.l.hac conſultiſſima.ſecunda. colum.ver.Item dicitur hic.C.qui teſta.fa.po. q ¶ Conforme ala dicha ley. ex quo ſequitur q codicillus aperitur ſicut teſtamentum vt.l.fi. & ibi Bal.C.quemadmodum teſta.aperi. r ¶ No haga fe.concor. lege hac conſultiſſima in principio.& in.§.ex imperfecto.C.de teſtamento. &.l.ſi vnus &.l.fina.cod.titul.facit.l. non dubium. C.de legi.& regula quæ contra ius.lib.6.vbi actus geſtus contra legem eſt nullus.. ☞ Ex quo ſequitur quod forma tradita à lege iſta cum ſimilibus eſt ſubſtantialis.quia omnia viciat actum. ☞ Et ex hoc

Nota cõſilium.

¶ ſiete teſtigos convn eſcriuão los quales ayan de firmar encima dla eſcriptura dl dicho teſtamẽto ellos y el dicho teſtador ſi ſupierẽ o pudierẽ firmar yſino ſupierẽ y el teſtador no pudiere firmar q̃ los vnos firmẽ por los otros d manera q̃ ſeã ocho firmas y masel ſigno dl eſcriuano y mãdamos que eñl teſtamẽto del ciego

dicit Bald.in.l.teſtamentum.2.nota.C.de.teſta. q vbi neceſſaria teſtamenti prætermittuntur viciatur teſtamentum.quia omiſſio modi & forme ſem per vitiat etiam actuum quantumcunque fauorabilem.l.qui Romæ.§.flauius hermes. ff. de verbo. obliga.& ibi dicitur quod forma non eſt aliud quã ordinata ſeries rem ad ſubſtantiam adducens.

¶ Hinc dicimus quod ſi ſolemnitas requiſita in contractu mulieris ceſſa contractus eſt nullus l.55. infrà tenet Ludoui.de Romano. in. lege pactum. 6.colum.C.de colla.

Adde. Felinus in.c.quoniam frequẽter. 13. co.ver.tu vero attende in principio. vt.lite non conteſta.per tres vel quatuor col.dicit an omiſſis ſolemnitatibus quæ habet ſequi redat.actum nullum vide ibi & quę dixi in. l.55.in parte.no vala infrà. ¶ Quod eſt verum nõ ſolum quando ſolemnitas deficit in totum. ſed in parte.c.1.& ibi Abb.de Baptiſ. vbi dicitur q vbi aliqua verba ſunt de ſubſtantia vel de forma ſubſtantiali alicuius actus,omiſſio à licui⁹ verbi vitiat totum actum.ſecus ſi omitterentur aliqua quæ nõ ſunt de ſolemnitate ſubſtantiali: quia tunc omiſio earum non viciat actum vt ibi: & eſt ratio quia forma ſubſtantialis dat eſſe rei.l.iubemus.§.ſed ſi quis ff.ad exiben.facit dictum Bal.in.l.pe.4 col. C. de condi. inſer. vbi dicit q forma eſt ſtatus perfectus rei qua ceſſante ceſſat rei ſtatus. ▽ In tantũ q ſi lex vltra formam non procedat anullãdo. actus eſt nullus tenet Bal.in.l.comparationes.2.co.C.de fide inſtru.& in.l.1.C.vt in poſſe.lega.& in.l.tutor. C. in quibus cau.in integr.reſti.non eſt nece. dicens q forma tradita à lege in dubio eſt de ſubſtantia. vt omiſſa viciet. ▽ Ideo ſi in teſtamento nuncupatiuo vel in ſcriptis deficit forma tradita à lege iſta teſtamentum eſt nullum patet & ex ea.Quod intellige etiam ſi teſtator diceret teſtamentum ſuum valere duobus vel tribus teſtibus tãtum ſubſcriptum. qa teſtator nõ poteſt facere vt leges non habeant locũ in ſuo teſtamento.tex.in.l.nemo poteſt & ibi Bar. 2.co.ver.quæro circa hanc partẽ de legatis primo & bene ad hoc facit ſingulare dictum Inno.in.c.di lecto de præben.quẽ refert & ſequitur And. Sicu. in.c.prudentia.§.addicimus de officio dele.dicens q vbicunq; lex diſponit & apponit clauſulam decreti irrantis conſenſus priuatorũ nõ poteſt diſponere q actus aliter factus teneat quod eſt notandũ.

Adde. Itaq; ſi teſtator omiſſa ſolemnitate de qua ſupra aliter teſtaſſet præſumeretur ĩ mala fide,& doloſe teſtaſſe. ▽ Nã vt dicit glo.ſingularis in.l.1.in verbo. mala fide.quã ibi notat Bar.ſi.co.de iure haſte fiſcalis lib.10.mala fides præſumitur interueniſſe quando in actu ſolemnitas fuit omiſſa,& ordo debitus nõ fuit ſeruatus quod etiam tenet Io.franciſ.Balbus in ſuo præſcrip.tractatu.2.parte.3.partis principalis. 1.q.&.1.co.nu.3.ver.hĩc eſt q mala fides,idẽ etiã Socinus in regula.472.vbi vide. ¶ Sed quæro an teſtamentũ ſit nullũ in totum,an quo ad inſtitutionẽ tantũ,videtur q quo ad inſtitutionem hæredis tantum vitietur, legata tamẽ & fideicomiſſa maneant firma per auth.ex cauſa.C.delibe.præte.vel exhęre. cum ſimi. ▽ Contrarium tene per iſtã legem. l.hac cõſultiſsima.C.de teſta.cum ſimi. ▽ Et reſpõde ad dictã auth.ex cauſa q loquitur quando teſtamentum continet præteritionem vel exhęredationẽ:quia tũc legata & fideicõmiſſa manẽt firma licèt rũpatur teſtamentũ quo ad inſtitutionẽ vel ſit nullũ ex ea cauſa nos loquimur quãdo teſtamentũ eſt nullũ non ex cauſa præteritionis,vel exhęreditionis:ſed ex defectu ſolẽnitatis teſtium,vt late per doc.in.d.auh.ex cauſa.& hoc pro iuuenibus.

Adde. Ad idẽ Georgi natã in repe.c. quanuis de pactis in ſexto.54.col. in ver. 17.&.19.dicit q ſi duo notarij ſunt rogati & vnus eſt probate fidei alter infamate propter fidẽ alterius valet inſtrumentũ,& allegat Bal. in.d.l.imperator.ff.de ſtatu. ho.& in.d.l.ſi quis ex argẽtariis.in.§. cogetur.vbi caſus.ff. de edendo, & in.l. præſcriptione. C. ſi contra ius. vel vti. publi. ▽ Dicit etiam q ſi in numero teſtiũ ſit vnus domeſticus q reſpectu alterũ ſubſtinetur eius dictũ & allegat Ange.ſuo cõſilio. 1. & vide ibi Geor. Natam.co.53.cum ſequen. qui ponit.24.caſus in quibus quis ex alterius perſona cõſequitur beneficiũ quod ex ſua cõſequi non poſſet, quos omnes tenementi. ¶ Sed quæro nunquid teſtes debẽt rogari ad validationem teſtamẽti:tex. in.l.8.tit.delas mãdas. foro.le.&.l.1.&.2.ti.1.ſexta parti.l.hęredes palam in fine.ff. de teſta.& authẽ.de teſtibus. §. licèt in fine,colla.7.l.hac conſultiſsima in princi. C. de teſta.& inſtituta eod.titu.§.fi.iuncta glo. & in multis iuribus dicit q rogatio teſtium eſt de ſolemnitate ſubſtantiali teſtamenti qua ceſſante teſtamentum eſt nullũ,tenet etiã Bart.in.l.ſciendum. ff. de verb.oblig.quod procedit nedum in teſtamẽto in ſcriptis:ſed cum teſtatur nũcupatiue, vt per Bald. in.d.l.hac conſultiſsima.§ per nuncupationẽ,& eſt ratio ſecundũ Bal.in.l.fi.in fine.in ver.quæro ergo C. de codici.quia teſtibus rogatis magis creditur. cum fides eorũ ſit electa,& aprobabata à teſtatore. ▽ Hinc dicit glo.in.d.auth. de teſtibus.§.& licet in fine ſup verbo ſimplicis, & gl.in.l.inuiti.la.1.in fine glo. ff.de teſti.& Bald.in.l.parẽtes,eod. titu. C. quod etiam non fide digno creditur. ex quo eſt rogatus taliter quod frater poteſt teſtificare pro fratre ſi eſt teſtis inſtrumenti rogatus ab vtraque parte: quia rogatio eſt aprobatio quo ad rogantes, & non ſolum eſt idoneus: ſed inuitus cogitur teſtificare, vt per totum titulum de teſti. cogen. Idem dicit Bald.in.d.l. parentes ſi es teſtis teſtamentarius quod eſt notandum. ▽ Oppono contra ſupradicta de capitu.relatum el.1. in parte non ſecundum legem teſta. vbi dicitur quod teſtes non debẽt rogari

Quæſtio.

gari in teſta. ℣ Solutiõ aliud ſecundũ leges aliud ſecundũ canones vt tenent doctores vbi ſupra. & Bal. in l. 1. 11. co. ver. ſup quarto pũcto. C. de ſacraſã. eccle. ℣ Secũdo oppono q̃ etiã ſecũdũ leges teſtes non debẽt neceſſario rogari. vt inſti. de teſta. §. fin. vbi dicit tex. teſtibus adhibitis nõ dicit rogatis & Bal. in d. §. pnuncupationẽ exponit rogati. i. vocati. ℣ Pro ſolutione tamen dic. q̃ rogare nihil aliud eſt q̃ teſtibus denunciare vt aſſiſtant nec eſt neceſſe eos rogare genibus flexis. tenet Spe. in ti. de teſt. antepe. co. ver. quid ergo & ibi Bal. in addi. 2. co. in fine. ver. teſtes per legẽ Diuus. ff. de teſta. militis & auth. rogati de teſtibus & in rubrica. 7. co. C. de fide inſtru. Bar. in l. fi. vltima co. ver. vltimo venio. C. de codici. & in l. ſcripturas. 1. col. ver. adhibitis. C. qui potio. in pigno. habe. Itaq; hodie ſecundum iura regni ſufficit q̃ teſtes vocentur. vt interſint. & tunc data eorũ præſentia ſufficit. vt in l. iſta & in. d. l. 1. ti. delos teſta. in ordi. & præſumuntur vocati eo ipſo q̃ interfuerunt. l. dominicus. ff. de teſta. facit in argu. tex. in l. cum oſtendim⁹. ff. de fide iuſo. tuto. ℣ Item præſumuntur vocati ex quo paſſi ſunt ſe ſubſcribi in teſtamento. vt ibi quod eſt notandũ. ceſſet igitur hodie illa ſuperflua locutio rogo vos q̃ ſitis teſtes mei teſtamenti. ℣ Hinc etiam dico in tabellione. q̃nõ debet rogari more antiquo ſed ſufficit q̃ vocetur & ſit præſens. & eo ipſo q̃ ſe ſubſcribit vt tabellio præſumitur rogat⁹. vt auth. de tabel lio. §. nos autem colla. 4. licẽt Bar. contra in. d. l. ſciẽdum. ff. de verb. obl. & in. d. l. hęredes palam. §. in teſtamentis.

Adde. Vide etiam dominum. Ab. in. c. 1. de fide inſt. vbi allegando Bar⁹ dicit q̃ ſi notarius, ateſtetur in inſtrumento ſe rogatũ vel apponat ſimilia verba. ſ. ego notarius ſcripſi vel publicaui tunc ſufficiet. ℣ Idem dicitur in deciſio. Tholo. q. 182. & ibi plenè in additione. ℣ Quid autem ſi negetur tabellio. vide ibi deciſio. 330. in ver. 3. oppono argumentũ. ¶ Sed quæro teſtis non fuit rogatus nec tabellio ſed compulſus. an teſtamẽtũ ſi t nullũ caſum habes vnicum & ſingularem q̃ ſic in lege q̃ teſtamẽto in fine. ff. de teſt. & ibi Bal. & Ludo. Roma. conſilio ſuo. 61.

Adde. Quid ſi non tabellio nec teſtes ſed teſtator fuit compulſus, ad teſtãdũ. an teſtamentum ſit nullum. videtur quod ſic. ſecundum gloſſa. ſingularem in. lege. 2. in parte remoueri. C. ſi quis aliquem teſtari prohi. Idem tenet Ioan. de Imo. in lege. prima. ff. eo. & glo. in. l. 1. in fine in parte non valet. ff de auto. tuto. ℣ Sed Paul. de Caſtr. tenet contrarium in. l. 1. princip. oppo. C. eo. ℣ Verumtamen eſt opinio Ioã. de Imola. in dicta. l. 1. ff. eo. quam ſequitur Andr. Sicu. in rubrica. de teſta. ¶ Sed qualis metus vel coactio requiritur. tenet Bald. in dicta. l. 1. ides. colum. in verſicul. quæro quæ coactio. C. ſi quis aliquem teſtamen. prohi. Et iſta opinio eſt ſine dubio quando teſtator compulſus eſt ad teſtandum.

¶ Sed iterum pone q̃ vxor alicuius non cõpulſa ad teſtandũ, vel ad ſic teſtandũ: ſed ob nimiam reuerentiã mariti ſtãtis ſupra eius caput concurrentibus eius importunis pręcibus & blanditiis in dãnum filiorũ, vel patris, vel aliorum deſcendentiũ ab eo teſtata eſt, in fauorẽ aliorũ an teſtamentum inſtitutio, vel legata in eo relicta valeãt, & videtur q̃ non. nam ſicut actus reſcinditur ſtante metu reuerentiali, vel metu verborũ, vel ſtantibus minis, vt dicit Bar. in l. 1. §. quæ onerande. ff. quarum rerũ actio non datur. tenet do. Abb. in. c. cauſam matrimonij de officio dele. Bar. & Alex. in. l. interpoſitas. C. de trãſactio. ℣ Ita etiã reſcinditur legatũ, vel inſtitutio facta metu reuerentiali à marito factum concurrentibus importunis præcibus mariti in dãnum alterius, nã iſta equiparantur eſſe factum actũ metu tyrãni, vel ad eius importunas præces, vt dicit Inno. in. c. petitio de iure iuran. Bar. in tracta. de tyrãnide in. 7. q. Et iſtorum preces equiparãtur in fui. vt dicit glo. in. l. 1. in prin. ff. quod iuſu glo. in. l. 1. C. ſi rector prouintiæ, & in cle. 1. in verbo, optimum de reſtitu. integr. Bal. in. l. fi. §. neceſsitatem. C. de boniſq; libe. idem in. l. ſi mandato. C. quod cum eo firmat Ludo. in. l. pe. ff. de conditioni. ob turpen. cau. ℣ Nec obſtat q̃ præces importune nõ equiparantur metui, vt dicit do. Abb. in. c. cum inter. R. 2. co. in fine. ver. ex quo nota de elect. & in. c. 2. quod met⁹ cau. & in. d. c. cauſa matrimonij. 2. col. de offi. dele. quia eſt verum pręterquã in tyranno, & inſolito ducere minas. ad effectũ, vt. d. Alex. in 3. volumine, conſi. 16. And. Sicu. in. c. 1. de offi. dele. tex. & do. Abb. in. c. inſinuãte qui cleri. vel vouen. matri. contra. poſſe. matrimonio contrahe. po.

¶ Et hoc verũ eſt quod importunę pręces nõ ſufficiũt cõtractũ facere meticuloſum preterquã in tyrãno, vt bene dicũt Abb. & alij in locis quibus ſuprà. ℣ Sed benè ſequitur q̃ quis dicatur cõpulſus mediantibus præcibus, vt dicit Inno. in. d. c. cũ inter. R. in prin. ℣ Et ſic comprehenditur, q̃ non fuit libera & abſoluta voluntas teſtatricis mulieris legantis, vel inſtituentem quem maritus importunis præcibus inſtituit, vel aliquid legauit, ex quo eius importunæ præces fuerunt cauſa relicta. ℣ Item non obſtat lex finalis. C. ſi quis ali. teſta. prohi. vbi licẽt marito blandiri vxori ſimpliciter, & iſte blanditiæ poſſunt dici bonus dolus, vt in. l. 1. §. fuit ff. de dolo (quia eſt verum) quando ſimpliciter. vt ſuprà blandiui vxorem non quando importunæ. ℣ Item nec quando conſtare poteſt q̃ vxor alium inſtituere, volebat, vel legare per aliquas cõiecturas. vt dixi in glo. ſuper parte, ſiete teſtigos ſuprà in ver. ſed quęro el. 2. & in prooemio iſtarũ legum in glo. ſuper parte, al bien deſtos reynos in verſi. idẽ dicimus, tũc vero ſi valeret, relictũ vel inſtitutio inducerẽt dãnum. ipſi cui vxor relinquere volebat. Ideo iſta malitia non debet alicui nocere.

℣ Poteſt etiam conſtare de iſta malitia. ſi maritus vel aliter qui ſeduxit vxorem intrauit domum per aliam portam, occulte quando vxor volebat facere teſtamentum & rogando, vt relinqueret importune. habent enim iſte prẽces importune, anexũ qua ſi dolum vt colligitur ex dictis per Bal. in. l. quę fortuitis. C. de pigno. actio. ℣ Item ſi alter clam & occulte intrauit quando vxor voluit facere teſtamentũ non permittendo q̃ ibi eſſent conſanguinei vxoris vel illius cui relinq̃re volebat vxor vt poſſet vxori perſuadere, ad ſibi relinquendum. vel curioſe volebat prout fecit. ℣ Vnde nõ poteſt negari quĩ ipſe maritus non fuit in dolo verſatus. vt dãnificaret quem vxor inſtituere, vel relinquere volebat. ℣ Sed propter eius præces & perſuaſiones euenit dãnum inſtituendo. propterea dicitur, fuiſſe mihi dolo. vt dicit tex. in. l. cum quis. ff. de dolo. Et hoc expræiſſe tenet Ange. in. d. l. 1. C. ſi quis aliquem teſta. p. ¶ Differunt enim blanditie de quibus loq̃tur. d. l. fi. C. ſi aliquem teſta. prohi. ab importunis prẽcibus, & perſuaſionibus. Ideo nõ valuit in hoc relictum. Iſta fuit concluſio Matthęi d̃ Afflictis in deciſio. Neapo. 59. ¶ De blanditiis & minis maritalib⁹ vide Stephanum Bernardũ. 1. parte conſi. 337 numero. 10. &. 2. parte conſilio. 314. numer. 2. & Hippolitus de Marſilis. 645. incipiente. aduertant & in pratica. §. diligẽter. numero. 88. de quo in additiõe, ad dictum dominum Mathæ. de Afflictis vbi ſuprà.

Opp. ¶ Iterum oppono cõtra ſupradicta & videtur q̃ teſtibus indignis non credatur etiam ſi ſint rogati. quia rogatio non habilitat perſonas teſtium lex ad teſtium. §. conditionem ff. de teſtamen. l. qui teſtamento in fine eodem ti. doc. & Bal. in. l. fi. 3. colum. ver. p̃terea iſta prohibitio. C. de bono. poſſe. cõtra tabu vbi dicitur q̃ excõmunicatus inabilis nec in uitus poteſt eſſe teſtis in teſtamento. aliâs teſtamẽtũ nõ valet. vt per Bal. vbi ſupra igitur rogatio non

So. habilitat teſtes prohibitos. ¶ Solutio concedo q̃ quãdo teſtis in totum repellitur etiã rogatus teſtis eſſe non poteſt. ſicut dicimus de excomnicato. in. d l. ad teſtium. & de ſeruo latrone. & aliis in. l. 1. & 9. titu. 1. 6. partita. ſed is q nõ repellitur in totũ. pro ut frater p̃ fratre & conſimiles, rogati admittuntur ex quo videntur approbati. vt per Bal. vbi ſupra. Et per hoc declarat dictum eiuſdem Bal. in. l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden. vbi dicit q̃ ſi vnus teſtis eſt minus idoneus & alter multum fide dign⁹ hij duo faciunt integrã probationem. quia integra fides vnius ſuplet imperfectionem alterius. quia intelligitur quãdo minus idoneus à iure non repel

Qõ. litur in totum. ¶ Sed quæro nunquid teſtamentũ ſit nullum ipſo iure ſi non continet ſolemnitatem teſtium de qua in. l. iſta an ope exceptionis vel per quęrelam. dic q̃ eſt nullum ipſo iure. quod pater per ipſa verba. no haze ſe ni prueua & in authẽ. hoc ei⁹. C. de ſacroſan. eccle. &. l. cum hij. C. de tranſactio. &. d. authen. hac conſultiſſima in principio. C. de teſta. &. c. dudum de elect. vbi dicitur q̃ quando à iure vel ſtatuto traditur forma certa q̃ ante actum vel in actu requirit aliquid fieri eo non facto actus eſt nullus ipſo iure. ¶ Oppo. contra hoc & *Opp.* videtur q̃ teſtamentum corã tabellione valeat ſine teſtibus per ea quæ dicit Inno. in. c. ad audientiam de prẽſcrip. & Cinus in. l. ſi quis. C. de falſis. vbi dicunt q̃ crediturĩ ſcripturę notarij in ſcriptionem teſtium non habenti. ¶ Solutio verum eſt. q̃ in ac- *So.* tibus iudicij creditur notario p. c. quoniã cõtra de proba. & ſic loquitur Inn. & Cinus. in extra iuditialibus tamen non creditur notario ſine teſtibus. l. cum lex. C. de fide inſtr. cum ſimi. ¶ Opp. iterũ *Opp.* cõtra iſtam legem de. c. cum eſſes. &. c. relatum el. prim. de teſtament vbi dicitur q̃ valet teſtamentũ corã duobus teſtib⁹ & p̃ſbitero parrochiali: neq; valet cõtraria cõſuetudo & do. Ab. in. d. c. cũ eſſes. 2. co. p. illũ tex. dicit. q̃ ius ciuile eſt derogatũ quoad numerũ teſtiũ. etiã in foro ſeculari. iſtã opinionẽ tenet ibi. Ala. Vin. Gof. Hoſti. & do. Ant. quos refert do. Abb. in. d. c. cũ eſſes fundamento eorum eſt dictum. c. cum eſſes & nitũtur hoc probare iſta ratione. certum eſt q̃ humana lex contra diuinam eſt ipſo iure nulla. c. ſunt quedam. 25. q. 1. ſed q̃ iſta iuris ciuilis prouiſio ſit contra ius diuinum proba tur per dictum. c. cum eſſes. & tenet Ioan. & Vinc. in. c. licèt vniuerſis. &. c. in omni negotio de teſti. vbi traditur illud verbum euangelicũ in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbũ igitur imperator tanquã inferior non poteſt tollere legem ſuperioris. ſ. dei cle. ne Romani de elect. nec dicitur lex ciuilis in hoc adiuuare ſeu diſtinguere ius diuinum: ſed pœnitus tollere & confundere. & ex numero teſtium ius alienum tollere. nam cum ius diuinum duos teſtes requirat in omni negotio val de abſurdũ eſt q̃ ius ciuile requirat quinq; vel ſeptem teſtes in teſtamentis. nam ſanguinem elicit q nimis emungit. c. deniq;. 4. d. c. niſi cum pridem de renuntiat. & ita dicũt in teſtamentis ſufficere duos teſtes & preſbyter parrochialis. per. d. c. cum. eſſes iſta fuit etiã opi. Bal. in. l. 1. in fine. C. de ſacroſanct. eccle. ſecundum Abb. in. d. c. cum eſſes. ℣ Pro ſolutione vide eundem Abb. in. d. c. licèt vniuerſis de teſti. vbi notat ex illo textu quod iura ciuilia requirentia in aliquibus cauſis plures teſtes duobus nõ ſunt irrationabilia: ſed potius approbata per ius canonicum. & idem tenet in. d. c. cum eſſes in repetitione. & in. d. c. in omni negotio in fine de teſtib⁹. ℣ Et nimirum ſi in teſtamentis plures teſtes duobus requirantur iure ciuili. quia etiam de iure canonico ſunt plures cauſæ in quibus requiruntur plures teſtes duobus. vt dicto capitulo. licèt vniuerſis &. capitulo. præſultatio. 2. quæſt. 4. &. capit. nulla ea cauſ. &. capitul. cum omibus. 2. quæſtione 5. & in Spe. de teſte. §. teſtat de numero. ℣ Item ius diuinum etiam morale põt diſtingui & limitari p ius poſitiũ ſecũdũ Ab. in. d. c. ĩ oĩ negotio ĩ fine tenet

ne tenet Inno. in. c. q. in Eccleſiarū de cōſtitu. & in c. fi. de cōſue, & Bar. in. l. fi. C. ſi contra ius vel vtili. pu. ℣ Et poteſt reſponderi ad dictū. c. in omni negotio ſecundū glo. & Abb. ibi q nō minus duobus vel tribus teſtibus requiruntur in qua cūq; cauſa. ſed q plures requirū- tur in aliquibus. ℣ Et ex hoc dicit idē Abb. in. c. quod clericis. 6. co. in verſi. & per hoc infero de foro compe ten. q laicus teſtando debet adhibere oēs ſolēnitates legis ſuæ, aliās teſtamentū non valebit quantūcunq; inſtituerit clericū. ni- ſi hoc fuerit pro ani- ma ſua. quia in diſpoſitionibus ad pias cauſas ſuffi cit ſeruare ſolēnitatem iuris gentiū. vt. d. c. relatum & ita tenet apte contra ea q̄ dixi in. d. c. cū eſſes. & ſi canoniſta q̄ſierit à te legiſta. quare ius ciuile ſtatuit contra illud euangeliū in ore duorū vel triū te ſtium ſtat oē verbū. dicattibi prius quare ius ca- nonicū ſtatuit. q in teſtamentis ad ſint duo teſtes cū preſbitero parrochiali qui equiualet duobus teſtibus. ſecundū Abb. in. d. c. cū eſſes in fine in le- ctura de teſta. & habetur in Spe. de inſtr. edi. §. com pendioſe. ver. itē per ius canonicū. ꝓbatur in. c. cū à nobis &. c. licèt de teſti. & ſic dicit q requirūtur ad minus quatuor teſtes. ℣ Itē quare requruntur ad min⁹. 72. teſtes in. d. c. preſul. ℣ Itē ſi de iure diuino requiruntur ad minus duo teſtes. quare ius canoni cū ſtatuit q credatur teſtimonio ſoli⁹ epiſcopi vel ſolius marchionis per. c. quiçunq; . in. q. 1. ſecūdū in tellectū Inno. c. nuper d̄ teſtib⁹. & ſi dicat tibi. iſtd̄ fecit ex iuxta cauſa vel propter ſuſpitionē periurij & falſitatis. vel quia ius canonicū voluit coadiuua re ius diuinū. reſpondeo q eadē ratione ius ciuile requirit quinq; teſtes in teſtamento nuncupatiuo & ſeptem in teſtamento in ſcriptis. quia hodie in tantū peruēit audatia & temeritas hoium q veritate omiſſa potius cogantur ſequi mēdatiū & falſita- tē. ℣ Itē poteſt dici q cōſuetudo poteſt introduce re q requiratur maior probatio integre probatiōis c. ſicut conſuetudo de proba. & ibi docto. maximè And. Sicu. §. &. 9. co. ver. ſubdit etiam Bar. & latius in. d. c. cum eſſes. vbi dicunt. q iniquitas habitātiū in loco poteſt facere q i cauſis requiratur maior ꝓ batio integre probationis. à forciori poterit hoc fa cere ius ciuile. ℣ Et illud verbum dominicū. in ore duorum vel trium teſtiū ſtat omne verbū: ſano mo do poteſt intelligi quando ſunt omni exceptione maioris. i. q nulla exceptione poſſunt reppelli. c. 1. de teſti. &. c. 1. de conſangui. & affini. cum ſimi. ſed hodie reſponde ad quæſitum canoniſtarum & dic eis. quis eſt ille & laudabimus eum. profecto ini-

Rñſum ad cōtra

interuēgan cinco°te ſtigosy en loscodici llos interuēga la miſ ma ſolemnidad⁹q̄ ſe requiere eñl teſtamē to nūcupatiuo o abi ertoconforme ala di cha ley ⁹del ordena miento los quales di chos teſtamentos y cadicillosſi notuuie ren la dicha ſolemni dad de teſtigos man damos que no haga fe⁻ ni prueua en jui- zio ni fuera del.

quitas hominum facit quod in teſtamentis requi- ratur maior probatio integre probationis. Ideo ex acta ſolemnitas requiritur hodie ne falſitas cōmit- tatur. vt. l. fi. C. de fidei co. ¶ Tertiò oppono con- tra iſtam legem & videtur quod licèt teſtamētum in ſcriptis non contī- neat ſeptem teſtes nō ſit nullum. quia ſi nō valet vt teſtamentum in ſcriptis. valebit vt nūcupatiuū pro quo facit. l. fi. ſecundū vnā lecturā. ff. de iure co- dici. maximè ſi ſit ap- poſita illa clauſula. ſ. q valeat omni melio ri modo quo poteſt &c. argu. l. vltimè. C. de codici. ℣ Et idem forte ſi eſſet appoſitum iura- mentum q̄d virtutem habet illius clauſule. l. cū pa ter. §. filiis aūt delega. 2. ¶ Facit quod notat Bar. in l. ſiquis maior. C. de tranſa ſecus ſi ſe reſtringiſſet adeo quod vult ſuum valere teſtamentum in ſcri- ptis tantum. quia tunc non poterit valere vt nun- cupatiuum. l. ſi miles. ff. de teſta. militis. & iſtud fuit de mente Ange. in. l. 1. §. fin autem. ff. de hære. inſti. & Ludo. de Ro. in. l. errore quam legit cum le- ge neque profeſſio in fine. C. de teſta. ℣ Pro hoc etiam facit q licita eſt argumentatio de teſtamen- tis ad iuditia & contractus & econtra. l. pactum in- ter hæredem. ff. de pactis. & l. ſeruum filij §. cū qui cirographū de lega. 1. l. non eſt mirum. ff. de pigno. actio. l. centeſſimus. §. vltimo. ff. de verbo. ſigni. te- net Ludo. de Roma. & alij quos ipſe refert in. l. ſi non ſpeciali. 3. col. in fine. C. de teſta. ℣ Et ſi hoc eſ- ſet verum ſequeretur q iudex procedens in noto- riis ſeruanſque iuris ordinem licèt in aliquo omi- ſerit ordinem: ex hoc defectu non vitiabitur pro- ceſſus: ex quo ad cautellam non de neceſſitate fuit ſeruatus iuris ordo. Item quia tranſgreſſio ordinis in aliquo non vitiat quando ordo non eſt de ſub- ſtantia proceſſus. legitur & notatur in. c. bonæ el. 1. & ibi do. Abb. 4. co. prope medium. ver. vltimo no ta de elect. vbi dicit idē Abb. q ſi in cauſa fuit obla tus libellus inept⁹ q talis ineptitudo nō habet irrita- te ſeu vitiare. ſi talis erat cauſa in qua de neceſſita te nō exigebatur libellus. allegat notata in. l. vinū. ff. ſi certū peta. & facit illa iuris regula ſi non valet quod ago vt ago valeat. vt valere poteſt. idem igi- tur dicēdū erit ſi teſtatur in ſcriptis corā quīq; vel corā ſex teſtib⁹. vt ſi nō valet teſtamentū inſcriptis valeat vt nūcupatiū. ℣ Et quāuis autoritas Ange. & Ludo. de Ro. ſit maxima tenet cōtrariū. qa cer- tū eſt teſtamētū nūcupatiū etiā corā tabellione de bet. l. ipſis teſtib⁹ aliās nihil valet. dixi ſupra in par te nūcupatiuo. teſtamētū tñ in ſcriptis vt plurimū eſt teſtib⁹ in cognitū. l. 1. & c. ti. 1 dext. a partitā. dixi

opp.

Nota.

Cōtrarȝ ym.

ſuper iſta.l.in parte.enel teſtamẽto cerrado. qualiter ergo teſtamẽtũ inſcriptis quod nõ eſt valatum debitonumero ſeptẽ teſtiũ poterit valere vt nũcupatiuũ cũ teſtes neſciant quę in teſtemẽto cõtinentur(profecto nihil.)quia teſtes debent videre. audire.&intelligere quod teſtator diſponit. l. ſi non ſpeciali cũ ſimi. C.de teſta. ℣Neq; obſtat contrariũ ſuperiꝰ ſũptũ pro dicto Ange.& Ludo. quia ĩ caſu propoſito non deficit ordo ſubſtantialis iudicij.i.numerus teſtium requiſitus in iudicio ſummario. nam ſi defecerat teſtium numerus corruerat proceſſus.vt ſentiũt docto. vbi ſupra & do.Abb.in.d.c.bonæ.& hoc verũ. ¶ Sed opere pretium eſt videre nunquid inſtituto in minus ſolemni teſtamento competãt remedium contra veniẽtes ab inteſtato.Fran.de Are.in.c. nouit đ iudi.tenet ꝙ non quia leges fundãtur ſuper bonũ publicũ.& per legẽ cautũ eſt.ꝙ ſi teſtamentumeſt minꝰ ſolemne hęres in eo inſtitutus non ſuccedit. ſed venientes ab inſteſtato.allegat Ancha.in c.poſſeſſor de regu.iuris.li.6.vbi dicitur ꝙ venientes ab inteſtato non peccant qa authoritate legis hoc faciũt.vt.in.c.1.de conſtitu.&.l.Grachus.C. de adulte. Item quia eius ciuile obligat in foro conſciẽtiæ tenent ſcribentes in.c.quia pleriq; de immuni. eccle.Bal.in quadam ſua diſputatione incipit cauetur ſtatuto & Calde.in alia diſputatione And. Si. in.c.fi.7.8.&.9.co.de ſolutio.Bal.in.l.cum quis. C. de iuris & fac.igno.& in.l.ſi poſt diuiſionem.3.co. eo.ti.℣Sed Anto.de Bu.in.d.c.nouit.16.col. & ibi do.Abb.17.co.de iudi.& in.d.c.qa plerique ſi. co. & in.c.cum omnes de conſti. tenẽt cõtrarium imò ꝙ inſtituto competit denuntiatio euangelica contra venientes ab inteſtato. mouentut iſta ratione. certũ eſt ꝙ ex teſtamento minꝰ ſolemni oritur obligatio naturalis.tenent aliqui ſcribentis in.d.c.fi.de ſolu.do.Abb.in.c.fi.de ſucceſſio.ab inteſtato. pro quibus videtur tex.in.l.2.C.đ fideico.vbi cõcluditur.ꝙ ex teſtamento minus ſolemnis oritur obligatio naturalis.quia apparet teſtatorem voluiſſe illũ inſtituere ideo non recedendũ ab eo.l.1.C. de teſt. mili. Itẽ adducunt in mediũ illud plus valere quod agitur.vt rubro & nigro. C. plus valere qđ agitur. dicũt enĩ ꝙ ex quo in foro aĩe cõſtat de veritate.& ꝙ nulla falſitas interuenit ceſſare debet diſpoſitio iuris poſitiui.& ſeruari equitas & obligatio naturalis q̃ oritur ex diſpoſitione defuncti.l.cũ ampliꝰ.§. his natura debet ff.de regulis iuris.℣Et quantũ ad motiua Fran.de Are.dicunt ꝙ lex ciuilis obligat in foro cõſcientiæ.quãdo eſt fundata ſup veritate ſecꝰ ſi ſuper p̃ſumptione ſcũdũ Ancha. vbi ſupra dicẽs ſe cõſuluiſſe quẽdã ſapientiſſimũ virum in ſancta Theologia,qui ſibi reſpõdit ꝙ aut hæres inſtitutus erat diues & venientes ab inteſtato pauperes. aut ecõtra.primo caſu dicit ꝙ debet hæreditas venientibus ab inteſtato.ſecundo nõ.ſed tene ꝙ ſua reſpõſio fuit potius boni viri q̃ iuridica. quia ſi debẽtur inſtituto nihil ad caſum ꝙ ſi pauper an diues. qa debet dari vnicuiq; quod ſuũ eſt. ℣Tu tamen vide Bal.in.d.l.ſi non ſpecali in ver.ſed ego dico. C. de teſta.vbi dicit ꝙ ſi nulla eſt ſuſpitio falſitatis propter hominis legalitatem.quare nõ debemus ſequi veritatẽ nulla ratio reddi poteſt.cũ & ipſe leges velint cõſeruari teſtamẽta certa & indubitata. vt.l. ſi. C.de fideico.& inſti.de fideico.in fine. de veritate poteſt conſtare.ſi teſtamentum eſt valatũ litera & firma teſtatoris q̃ cognita eſt apud omnes. igitur. &c.℣Iſta quæſtio pendet ex illa difficili quæſtione an ex teſtamẽto minus ſolẽni oriatur obligatio naturalis.de qua per doctores vbi ſupra. Ideo indiget præclara doctore.quia ſi tenemꝰ opinionẽ Anto.& Abb.remanet deſtructa iſta lex & omnes alię requirentes ſolemnitatẽ teſtiũ in teſtamẽtis: & contractibus quod eſſe non debet. ꝓpterea contra opi. Abb. & ſequatiũ vide Bal.in auth. ad hæc. C. de vſu.vbi dicit ꝙ denuntiatio euangelica non operatur quando denunciatus dicit ſe nõ habere cõſcientiam leſam.& allegat cauſam probabilẽ. Itẽ dicit ꝙ denuntiatio euangelica fieri non poteſt contra eum qui liberatus eſt prẽſcriptione à redibitoria vel quanto minoris niſi per fraudem ſit liberatus. Item denuntiatio euangelica fieri non poteſt tuto.exceptione Macedoniani. vel tuto.exceptione Velliani. ſecũdum Bartol.in extrauaganti ad reprimendam verſicu.ad denuntiationem docto. in. d.c.nouit de iudi.& in.d.cap.quia plerique de immuni.eccle.moderni.d.c.fi.de præſcrip. Item denuntiatio euangelica fieri non põt contra eum qui vendit rem plus iuſto prætio.vt reſtituat illud plꝰ ſi non eſt leſio vltra dimidiam iuſti prætij ſecundum Bal.in.d.auth.ad hæc pe. col. Item nec quando ſtatutum dicit prẽſumi falſum inſtrumentũ nõ inſinuatũ ſecundũ Bar.ibi in.d.auth.ad hæc ſi hoc enim operatur ſtatutũ à fortiori poterit operari & lex.Itẽ ſequeretur vnũ in cõuenies ꝙ ſi hæc via eſſet aperta contra teſtamentũ omnia teſtamenta valerent etiam ſi non eſſent debito numero teſtiũ roborata.quod eſſet nimis graue. periculoſumq;. & cõtra ius diuinũ de quo ſupra.dicens ꝙ in ore duorum vel trium teſtium.&c.cogita.

¶ Ley quarta.

MAndamos q̃ el cõđnado por đ

MAndamos que el condenado.caſus. damnatꝰ ad mortẽ ciuilẽ vel naturalẽ.poteſt teſtari & codicillari & de bonis ſuis diſponere per ſe & per cõmiſſariũ preter q̃ de bonis propter delictũ à iure.vel à iudice confiſcatis vel confiſcandis. hoc dicit. ¶ Diuiditur in dũas partes.in prima ponitur regula.ĩ ſecũda eiuſdẽ regulę exceptio. ſecũda ibi ſaluo delos que. ¶ Nota ex.l.iſta quod dixiꝰ in ſumma.ſ.ꝙ damnatus ad mortẽ ciuilẽ vel naturalẽ poteſt teſtari.&c. ℣Per quod eſt hodie approbata.authen.ſed hodie.C.de dona.inter. vi.& vxo:

& in

& in corpore vnde ſumitur in auth.đ nup.§. quod autem colla.4.per q̃ dicũt docto.et Salice.ibi ī ver. q̃ro ſecundo & glo.in.l.ſi quis filio ex hęredato.§. ſed & ſi quis & in.l.eius qui.ff.de teſta.q̃ ingenu⁹. i.bene natus condemnatus ad mortẽ per ſententiã nõ efficitur ſeruus pene nec per conſequẽs inteſtabilis.ſed ante executionẽ ſententię poteſt teſtari. ¶ Et ex hoc dicit Bal.in.l.fi. C. ſi à non cõpeten. iudi.q̃ licèt iſti baniti ad mortẽ qui ſunt in carcere non poſſunt teſtari.tamen ſi euaderent de carcere & conferrent ſe ad locũ ſecurũ:dicit forte poſſunt teſtari ſi habent propriũ in eadem ciuitate. vel in alia:licèt cõmunis opinio habet q̃ non valet teſtamenta eorũ qui ſunt ad mortẽ diffinitiue damnati. & eſt ſecuta executio allegat Ioan.An.in nouel.in c.quã q̃ de vſuris li.6.vbi dicit.q̃ licèt nõ valeat vt teſtamentũ.valet tamen vt quedã diſpoſitio. puta ſi inhæret.vel iubet male ablata reſtitui.▽Et corrigitur per iſtam legẽ lex.15.tit.1.ſexta partita.vbi dicitur q̃ damnatus ad mortem vel deportatus in inſulam non poteſt teſtari.niſi pendente appellatione facto teſtamento moriatur aut ſit miles qui ve militari crimine ad mortem ſit dãnatus quia poteſt de caſtrẽſib⁹ teſtari.Item corrigitur per iſtã legẽ. l.eius qui.§.cui à qua vſq; ad finẽ.ff.de teſta.vbi dicitur.q̃ damnatio per quam perditur ciuitas vel libertas vel vita impedit teſtamẽtum fieri. & rũpit. Iã factũ.quamuis ſit ſecus in damnatione per quã fama tantũ leditur.▽Ex quo dicit Bar.ibi in verſi. quæro quid de illis.q̃ hij qui damnantur ad mortẽ in ciuitatibus nõ poſſunt teſtari.quia ſtatim efficiũ tur ſerui pœnę.vt ibi & ī.l.qui vltimo.ff.đ pœnis. ▽Item corrigitur lex quia latronib⁹.§. ſi quis in capitali.&.l.ſi quis filio exhæredato.§.ſed. & ſi quis. ff.de teſta.vbi dicitur.q̃ ſtatim q̃ quis capite damnatur.vel ad beſtias traditur.vel ad gladium ſeu alia pœna q̃ vitam admittit teſtari nõ poteſt.nec factũ teſtamentũ valet. licèt nõdum ſit ſecuta executio ſententię.& ne mirũ.vt dicit ibi glo.q̃ ſtatim damnatus poſt ſententiam efficiatur inteſtabilis. quia hoc caſu ſententia trahit ſecum executionem per. d.l.qui vltimo.per quã dixit Bar. ibi in principio & in.d.§.ſed & ſi quis per illum textum.& in.l. cũctos populos pe.col.C.de ſumma tri.& fide.c.& p. d.l.ſi quis filio in.§.irritum & ibi Ange. & Imo.q̃ etiã ſi condemnatus ad mortẽ eſſet arreptus de manibus familię poteſtatis per vim non valeret teſtamentum.quia ſtatim efficitur ſeruus penè inteſtabilis.Item voluit Bal.in.l.his qui. C.ſi pendẽ app. mors interue.dicens q̃ hij qui in præſentia damnãtur ad mortẽ confeſtim moriuntur & q̃ hij bis moriũtur.primò dicit quod moriuntur gladio oris iudicis quia efficiuntur ſerui pœnę.ſecũdo moriuntur per ſeparationem animę.& teſtamentum inter has duas horas factum non valet. quia poſt mortẽ nemo teſtatur.iſtud etiam voluit Bart. in. d.l. qui vltimo ſi.col. ▽Hoc limitauit Bal.in.l. ſeruo legato §.ſi.de lega.1.imò.ibi.q̃ damnatus ad mortem.ſi in præſentia non poteſt teſtari per dicta iura. ſecus ſi in abſentia.quia damnatus in abſentia videtur damnatus ſub conditione ſi quo tẽpore venerit ſuſpendatur.vel decapitetur.& q̃ anteq̃ veniat ſententia non ſortitur effectum & interim poterit teſtari. & poteſt eſſe iſtius dicti duplex ratio. ¶ Prima quia ſi condemnatus ad mortẽ efficitur inteſtabilis eſt pro tanto.quia poſt capturam & ſententiam efficitur ſeruꝰ pœnę. vt.d.l.qui vltimo.&.l.ad ſtatũ. coti.&.d.§.ſed.& ſi quis.ſed condemnatus ad mortẽ in contumatiam nõ efficitur ſeruus pœnę.niſi quãdo capitur ſecundũ Bald.in addi.ad Spe.in ti.de iurisdi.omnium iudi.ver.ſi poteſtas condemnat & ſi. l.ſi.2.co.ver.extra quęro ſi baniti. C. ſi à non cõpet. iudi.ideo dicunt q̃ poteſt teſtari ante capturã cũ nondum ſit factus ſeruus pœnę. ¶ Secunda ratio fuit,quia condemnatus in abſentia videtur condẽnatus propter contumatiam.l.4.ti.delos emplazamien.fo.legum.ſed condemnatus propter contumatiam,non videtur condemnan. ex maleficio ſecundum Bal.in.l.ſi mora.2.co.ver.ex iſtis concluditur.ff.ſolu. mat.per.l.qui vas.ff. de furtis facit. l. omne.§.contumatiam.ff.de re mili. dicunt ergo q̃ abſens condemnatus non remanet inteſtabilis. Tu dic hodie.q̃ non ſolum teſtari poteſt ante ſententiam.vel ante delictum cõmiſſum per quod damnatur.l.2.C.de teſta.& condemnatus in abſentia propter delictum ante capturam.vt ſupra. ſed etiam captus & condemnatus ad mortem ciuilem vel naturalem poteſt teſtari per iſtam legem.quę limitat & corrigit ſupradictas leges iuris ciuilis imperatorũ & partitarum.propter.d.auth.ſed hodie quæ nunc per iſtam legem remanet approbata.

Adde. Bal.in additi.ad Spe.ti.de iuriſditio. omnium iudi.in ver.ſi poteſtas condemnat.&c. mouet quæſtionem de qua in glo.iſta iam condemnatus ad mortem efficiatur ſeruus pœnę.& primo tenet q̃ non.quia poteſt alicui adimere ciuitatem vel libertatem. per.l. illicitas.§.qui vniuerſas.ff.de offitio.prę. Item dicit.q̃ iſte condemnatur ex forma ſtatuti & ſtatutũ non dicit q̃ iſte,efficiatur ſeruꝰ pœnę ergo.&c.nã quod omittitur,à ſtatuto,,p omiſſo eſt habendum. ▽Preterea nos videmus quod bona non confiſcãtur.quod fieret ſi moreretur ſeruus pœnæ. ▽Vlterius dicit quod hodie nemo bene natus ex condẽnatione fit ſeruus.Ex quo ſequitur quod valeat teſtamenta iſtorum quia fiunt liberi & retinent bona.▽Poſt hæc arguit in contrarium. quod ſententia ſtatim facit damnatum ſeruum per.l.qui vltimo & lege quidam.ff.de pœnis. ▽Ergo valet teſtamẽtum factum.quod dicit eſt verum de iure.quia lex non iudex facit eum ſeruum.argumentum lege palàm in fine.ff.de ritu nuptia.tamen ſi de conſuetudine eſt quod eorum teſtamenta ſeruentur. valet teſtamentum.cum etiam ſeruo lex & conſuetudo

poſſit concedere teſtandi licentiam. argumen. l. barbarius in fine. ff. de offi. præto. & l. pe. ff. de his qui bus vt indig. ☞ Et hoc dicit verum de condemnato in præſentia. ſecus tamen in condemnato ex forma ſtatuti in abſentia. quia abſens condemnatus ex forma ſtatuti non fit ſeruus pœnę. ſed demum captus. tunc dicit. quod quaſi ab hoſte captus incidit in ſeruitutem. nam ſententia in eum fertur hoc modo. q̃ ſi quo tẽpore peruenerit ifortiam communis. &c. vt in. cle. paſtoralis d̃ re iudi. vnde interim ante quam termin⁹ ad ueniat eſt liber. & poteſt teſtari argu. l. Titius. ff. de ſer. exportã & ĩ hoc concludit. ex qua differẽtia & variatione non inmerito iſta ex eſt condita. vt tantorum doctorum variatio ceſſaret.

licto a muerte[b] ciuil o [c]natural [d] pueda hazer teſtamento [e]y codicilloso otro q̃l q̃er vltima volũtad o dar poder a otro q̃ lo haga porelcomo ſi no fueſſe cõdenado el q̃l cõdenado y ſu comiſſario puedã diſponer d̃ ſus bienes [h]ſaluo delos que por el tal delito fuerẽ confiſcados [i] o ſe ouierẽ d̃ confiſcar [k] o aplicar a nueſtra cam̃ara o a otra perſona alguna.

a ¶ A muerte. dicit ad mortem quia de damnato ad mutilationem membri non erat dubium per legem qui manus & ibi Bar. & Bal. ff. de teſta. licèt. Spe. in ti. de inſtru. edic. §. compendio. ver. quid de exbannitis teneat q̃ teſtari non poteſt. quia efficitur ſeruus pœnę actu permanẽte. & eſt infamis ſed Bald. in. l. ſi veritas. ver. eſt & alius defectus C. de ſi dei commiſſis tenet contrarium: quia ſoluta pœna taliter condemnatus intelligitur abſolutus. l. Diu⁹ Veſpeſianus in fine. ff. de iure patro. & hoc verum per iſtam legẽ. & per iura qui ipſe allegat. ☞ Quòd fallit ſecundum Bar. in. d. l. qui manus quando mutilatio mẽbri fit ex cauſa q̃ aufert teſtamenti factionem tenet etiam idem Bar. in. l. his qui lege. ff. codẽ titu. quod dictum eſt notandum.

b ¶ Ciuil. ſicut dicim⁹ in d̃portato qui teſtari nõ poterat p. l. eius q. §. ſi cui à qua. ff. d̃ teſt. & l. ſi qs filio. §. irritũ vſq; ad. §. eius q. ff. de iniuſto rup. teſta. ratio quare nõ poterat teſtari. qa d̃portat⁹ habetur p̃ mortuo. vt in Spe. de procurato. §. 2. in princip.

c ¶ Natural. nota ex. l. iſta q̃ mors eſt duplex. ſ. naturalis & ciuilis. tu dic. q̃ eſt mors etiã pluſq̃ ciuilis. de q̃bus late per Bal. in. l. eã quod. 4. co. ver. triplex eſt mors. C. de fideico. ☞ Et dicitur mors ciuilis deportatio ſeu banntio in p̃petuũ & neceſſaria. vt per Bar. ĩ. l. 1. 3. q. principali. C. de ſacroſan. Eccle. ☞ Mors naturalis dicitur quæ prouenit humanis caſibus. vt quia naturaliter moritur ex aliqua infirmitate. vel p̃ debitũ & idẽ iuris eſt de vna q̃ d̃ alia vt hic & p̃ Bal. ĩ. l. 2. C. de his qui aũ ap. tabu. & diffinitur ſic. mors eſt vltima paſſio animalis & dolor vitã erradicãs. vt p̃ Bal. ĩ. l. vna. 5. col. ver. ẽ aũt mors C. de confe. ☞ Sed mors pluſq̃ ciuilis dicitur ĩgreſſio in monaſteriũ de quo p̃ Bal. vbi ſuprà. & p̃do. ĩ. c. in prę̃ſentiã de probatio. ☞ De morte verò quæ prouenit per ſentiã loqtur Bal. in. c. 1. prima co. C. quibus mo. feu. ami. glo. in. l. qui ſub cõditione. §. quotiẽs. ff. de inſti. & iſta dicitur mors mala & contra naturã qa cõdẽnatus ad mortẽ. naturaliter non moritur. ſecũdũ Bal. in. d. c. 1. ☞ Et nota q̃ mors dicitur vltimũ terribiliũ. ſecũdũ Bal. in tractatu ſciſma. vltima. co. ☞ Et vere facile cõtemnit omnia q̃ ſe ſemp cogitat moriturũ. vt ait Hiero ny. in prologo bibliç. &. c. in fine. ☞ Itẽ nota q̃ dãnatus ad mortẽ ciuilẽ. i. de portat⁹ ſimilis eſt bãnito noſtri tẽporis. ſecundũ glo. in. §. relegati inſti. qui. mo. ius pa. poſ. fol. & Bar. in. l. illicitas. §. q̃ vniuerſas. ff. de officio præſi. l. 1. §. fi. ff. de cõtra. ta. Bal. in. l. cũ mulier. 10. col. ver. ex quo arguitur. ff. ſolu. mat. & in. l. tã mãdatori. 1. col. ver. ſed pro glo. C. de non nu. pe. & in l. 1. pri. co. C. de hære. inſti. & ibi dicit in ver. ſciendũ eſt. q̃ bãnito eſt quaſi à bono itio. & vide ibi formã bãnitionis. 3. co. ver. de formã aũt tenenda & 8. co. ver. ſequitur videre. quæ forma eſt ſeruãda ſecũdũ Bal. ibi. niſi certa forma ſit datà. l. vel ſtatuto. q̃ forma hodie data eſt p̃. l. 4. ti. delos ẽplaza. fo. l. & l. 7. ti. delos aſenta. 3. p̃tita cõprobata p̃ quãdã pragmaticã folio. 237. & 8. & l. 9. cũ ſequentib⁹ ſex. ti. delos empla. in ordina. ☞ Et nota ex. l. iſta q̃ mors naturalis & ciuilis equiparantur in caſu iſti⁹ legis concor. l. 15. tit. 1. ſexta parti. ☞ Sed quæro iuxta hoc cõpromiſſũ eſt in arbitros vt etiam mortuo vno compromittentium alij poſſint pronunciare. an poterunt ſi vnus ingrediatur monaſterium. vel fuerit deportatus. tene q̃ ſic per textum in. l. 27. ti. 4. tertia partita.

3 inquantum dicit, q̃ † ſi mulier, q̃ eſt malę vitę põt carcerari, nõ habet locum in maritata malę vitę. per illũ tex. & ſuper hoc And. Si. allegat plura & notanda, vbi ſupra, quę omnia per te vide. ℣ Sed (ſalua eius pace) licet ſint vera q̃ ipſe teſtatur, propterea non excluditur quod ipſe do. Abb. cõſiculus ſuus dicit. Nam ſi conſpicis bene, dicit do. Abb. q̃ ſicut filius natus in domo mariti & vxoris præſumitur eorũ filius & legitimus: ſic & filius natus in domo eorum, qui ſunt in concubinatu, præſumitur filius eorum: & q̃ in hoc parificantur legitimus & naturalis tantùm, & hoc fauore filiationis. Et iſta cõcluſio eſt vera, quidquid dicat. do. And. Sicu. nam filiatio illegitima ꝓbatur ſicut legitima. vt. d. glo. ad quam quotidie habetur remiſſus ī. c. Michaël. de filiis preſby. tenet Lãfrancus in. c. quoniã contra. de proba. in parte, teſtium depoſitiones. & ibi Innocẽ. & alij. & Bal. & cõmuniter omnes in. dic. l. ſi vicinis. C. de nup. & ideo iſto caſu, qđ dicitur de vxore, habet locum in cõcubina. vt etiam bene colligitur ex verbis iſtius legis: licet regulariter contra, vt plenè And. Sicu. vbi ſupra. quod bene nota. ℣ Sed pone, q̃ mortuo viro, in cõtinenti vxor nũc vidua eſt effecta cõcubina vni⁹ ſcholaris: natus eſt puer intra nouẽ menſes, an iſte natus infans preſumitur primi mariti, an ſcholaris. Dic q̃ preſumitur mariti, non ſcholaris, ratione legitimitatis. Ita ſingulariter dicit Bal. in. d. l. ſi mater. C. de ſuis & legitimis here. allegant in argumento tex. in. l. marito. ff. pro ſocio. & ſpecialiter in. l. miles. §. defuncto. ff. de adulte. Et aduerte, quia iſta eſt diuerſa queſtio ab illa, quã ponit Bar. in. d. l. gallus. in princi. ff. de libe. & poſthu. vbi ponit queſtionẽ quãdo accepit ſecundũ maritũ. Et etiam eſt diuerſa queſtio ab illa, quam ponit Bal. in rubrica. C. de proba. & Ange. in. l. 1. eodem ti. & Bar. in. l. milites. §. defuncto. de quibus ſupra. vbi ſi probatur vxorẽ alicuius cõcubuiſſe putà cum. 10. ſcholaribus, tamẽ ꝑſumitur mariti, ratiõe legitimitatis, & matrimonij. Quia loquitur illa in muliere maritata, ſed nos loquimur in muliere vidua. De qua q̃ſtione vide ad plenũ per Alex. & Bar. ſoci. in. d. l. gall⁹. in princi. quorũ dicta hodie approbãtur p iſtã legẽ, quã tenemẽti. ¶ Ex quo infertur, q̃ cõceptus in cõcubinatu, natus in alterius matrimonio, dicitur naturalis amaſij, atq; etã cõcubinę poſtea cõiugatę. qa inuenit prĩcipiũ validũ, ideſt tẽpus cõceptionis, in quo parẽtes. ſ. amaſij, poterãt cõtrahere. & hoc q̃ nõ eſt

Contra And. Si.

Quę

Infertur

madres juntamente ſin diſpenſacion cõtãto que el padre lo reconozca ᵐ por ſu

queſtio inter amaſiũ & maritum mulieris ſuper filio nato cuius ſit, vt dicitur infra. ¶ Sed cõtra iſtã legem, & contra ſuperius dicta oppono, & videtur q̃ non procedãt. pone exemplũ, vt oppoſitio pateſiat. Alienigena Titius nomine venit Mutinã: & ibi morã contraxit ꝑ quatuor vel quinq; menſes, recepitq; in cõcubinam quandã mulierem nomine Bertam: q̃ filium peperit intra temp⁹ ſupradictũ quatuor vel quinq; mẽſiũ. fuitq; iſte filius nat⁹ nominatus filius ab iſto alienigena, & vltimò illum hęredem inſtituit. quęritur, an valeat inſtitutio, vt per eam excludantur aſcendentes à ſucceſſione dicti alienigenę. Et videtur, q̃ inſtitutio, vel relictũ de omnibus bonis nõ teneat: imò q̃ aſcendentes illius alienigenæ poſſunt infringere teſtamentũ per querelam inofficioſi. vt dixi. in. l. ſexta. ſupra Ad quod probãdum facit tex. in. l. 13. infra. vbi dicitur, q̃ partus dicitur naturalis, ſi fuit natus totus, & baptizatus, & vixit per tempus. 24. horarum. Sequitur, & in hoc facit, niſi per abſentiam mariti, vel per contractum matrimonij aliud appareat: quia ſi ſunt elapſi duo vel tres menſes, vel min⁹ à tempore contracti matrimonij: vel quia maritus ſtetit abſens per tres annos. & amplius, ſequitur neceſſariò, q̃ partus erat alterius, non mariti. vt ibi. & tenent doctores in. d. l. gallus. in princi. ff. de libe. & poſthu. per textũ ibi. & in. l. ſeptimo mẽſe. ff. de ſtatu. ho. dixi in. d. l. 13. ſed filiatio illegitima probatur, ſicut legitima. ſ. præſumptiuè. vt per gloſſ. in. ca. Michaël. de filiis preſbyte. & per Bal. in. l. ſi vicinis ſcientib⁹. C. de nup. & in. l. etiam. C. de appellatio. ideo partus illegitimus in breui tempore & à fortiori iudicabitur non naturalis, cùm non ſit ita fauorabilis, ꝑ ut partus legitimus. vt patet per totum titulum. 14: & 13. quarta partita. ℣ Prẽterea ſi dicas, q̃ eſt preſumptio pro filio nato in concubinatu, quia inſpicitur tẽpus vtile partui, vt hic & p Sali. in. d. l. nup. C. de natura. libe. dico tibi, q̃ iſta lex fũdatur, vt ſupra dixi, ſuper preſũptiõe: & iſta nõ ęquiualet tãtũ q̃ ꝑiudicet veritati: maximè in præiudiciũ legitimorũ aſcẽdentiũ. nã oĩa iura proclamãt, veritatẽ debere preferri ꝑſumptioni. vt in rubro & nigro. C. pl⁹ vale. quòd agi. ℣ Item, vna præſumptio deletur per aliam præſumptionẽ euidentiorẽ. c. literas. de preſumptio. cũ ſimi. ſed patet euidẽtius, q̃ nat⁹ in quarto, vel in quinto mẽſe, viuens p multũ tempus, nõ poteſt eſſe filius illius, in cuius cõcubinatu naſcitur. vt. d. l. gallus cũ ſimi. igitur. &c. ℣ Solutio. Oppoſitio eſt vera. quapropter eſt dicendũ, q̃ partus iudicatur filius naturalis præſumptiuè per iſtã legem. niſi contrarium probetur. in. d. l. 13. ℣ Et nota, quia multos vidi deceptos à ſuis concubinis, inducendo eos. ſ. amaſios, nominare, & inſtituere vt filios

Opp.

Sõ.

hijo pueſto que aya tenido la muger de quiẽ lo ouo en ſu caſa ⁿ ni ſea vna ſola ° ca

lios naturales,quos nuquuã genuerunt. ℣ Item nota iſtam legem inquantum dicit,naſcieren o fuerẽ concebidos.quia per hoc reprobantur multa iura, de quibus per Bal.in authẽ.licet.C.de natura libe.

Adde. Do.Pe.de bella pertica inſti.đ ingenuis.7 & octaua pagina.in.verſi.ſecundo quęritur. dicit per illũ tex. ꝙ ad hoc vt ingenu⁹ ſit aliquis,ſufficit matrem medio tẽpore fuiſſe liberam,vel tempore natiuitatis: licet ancilla fuerit tempore conceptionis. ℣ Idem dicit,ꝙ quanuis filiafamilias contrahens matrimonium ſine conſenſu patris, & ex matrimonio fuit quidam conceptus,deinde ante natiuitatem contubernium factum eſt,cum pater mortuus fuerit adhuc filius non erit legitimus,ſed illegitimus,inſpecto tempore conceptionis,non tempore natiuitatis de iure ciuili.Sed hoc in filio dicitur contra. Nam ſi tempore ſeruitutis fuit conceptus,ſufficit matrem eſſe liberam tẽpore natiuitatis,ad hoc,vt fili⁹ ſit liber & ingenuus.vt dicto ti.de ingenuis.&.l.Paulus.ff.de ſtatu.homi.&.l.cum ancilla.C.de inceſt.nup.

concurriẽdo enel hijo las calidades ſuſo dichas mãdamos q̃ ſea hijo natural.

1 ¶ Podian caſar, ſine diſpenſatione vt ſequitur
4 ℣ Ex quo infero,ꝙ † non dicitur poſſe fieri, quod
Infertur non poteſt fieri ſine diſpenſatione.probatur etiam in.l.continuus.§.item qui inſulam,& ibi glo. ff. de verbo.obli.glo.in.c.gratia.in parte.nõ poteſt,de reſcrip.&.l.ergo.§.1.ff.de fideico.liber.vbi dicit Ange.ſe audiuiſſe Bar.in.l.1.ff.de inoffi.teſta.in cathedra allegantem pro vnico & ſingulari tex.in.d.l.ergo.in.d. §. 1. incip.ſi is qui.ꝙ dicitur poſſe fieri id, quod poteſt fieri ſine beneficio reſtitutiõis. Vide etiam quo ad primũ Bal.in.c.cum non ab homine. de iudi.Et fuit originale dictum Inno.in.c.paſtoralis.de cauſa poſſe.& proprieta.& ibi And.Sicu.allegat.d.l.ergo.§.1.in ſua repeti. ℣ Et eſt ratio huius
5 dicti, quia † diſpẽſatio eſt de genere prohibitorũ: & non intelligitur,niſi exprimatur.tenent doctores.& archi.in.ca.at ſi clerici.de iudi.in gloſſa.

Adde. Item quia diſpenſatio eſt actus ita ſolennis & ſolenniter expediẽdus, ꝙ tãquã intra ardua & grauiora negotia reputatur.Hinc eſt,ꝙ non poteſt ꝑ epiſcopũ ſine conſenſu capituli expediri. vt expreſſe notat glo.in.c.præſentium.& ibi Cardi.de Tur.cre.& ar
6 chi.in fine nu. 3. 1. q.5.Et eſt diſpenſatio † quædã ſentẽtia,vel decretum,& neceſſaria ſcriptura, aliàs non valet.vt.c.legitim⁹.2.q.1. ℣ Præſertim in diſpẽſatione,per quam aliquis ad officiũ,vel dignitatem præter obſeruantiam antiquam aſſumitur. ℣ Et ꝙ in tali caſu ſit neceſſaria ſcriptura,probatur expreſſe in.l.probatorias.2.reſponſo. de diuerſis officiis & apparitionibus iudicum. libro. 12. tenet Oldra.
7 conſi.326.nu.6. ℣ Duo † igitur requiruntur,vt fili⁹
Concor. dicatur naturalis.Primũ, matrimonij poſsibilitas tempore conceptionis vel partus.nam proprie concubina dicitur illa, cũ qua matrimonium eſſe poteſt.l.2.ti.15.quarta partita.& authẽ.quibus mo. na. effi.ſui.§.ſi quis autem.&.§.palam.& ibi glo.in parte,ĩdubitat⁹. colla.7.& in authẽ.de triẽ.& ſemi.§.& hoc dicimus. & ibi. glo.in parte,prẽteriit colla.3.quę iura ĩ hoc ſolum comprobãtur, & concordãt cum le-
8 ge iſta. ¶ Ex quo euidẽter apparet,quare † clericus non poteſt legare concubinę ſuæ.vt per Bartũ. & doctores in.l.miles.§.mulier.ff.de teſta.mili. & in.l.affectionis.ff.de donatio.& in.l.qui concubinę.de legatis.3.quia clericus non poteſt habere cõcubinam,cum matrimonium inter eos eſſe non poteſt.vt.d.l.2.ti.15.quarta partita. & ſi quiſquam ex clericis haberet cõcubinam, illa propriè diceretur fornicaria, non concubina, cum qua habitare non licet.vt habetur in.c.clericos,& quaſi per totum titulum.de cohabi.cle.& mulie.&.l.fi.ff.de concubi. tenet Bal.in.l.ea conditione.C.de condi.inſer. Clericus enim eſt alligatus eccleſię per matrimonium ſpirituale.de quo plenè per.do.doctorem de Pala. in repe.c.ꝑ veſtras.de dona.inter.vi.& vxo. ſuper rubrica.171.col.ver.ſecundum iſta. ℣ Secundò re-
9 quiritur,ꝙ † pater cognoſcat eum in filiũ. vt quia appellauit eum filium,vt hic.& in.c. per tuas. qui filij ſint legitimi. ℣ Vel quia hoc apparet per ſcripturam.ſicut dicimus in filio legitimo in authen. quib⁹ mo.na.effi.le.§. ſi vere is q.colla.5.& authẽ.
10 item ſi quis.C.de natura.libe. ¶ Sed quęro † Qui *Quæſtio.* dam recipit mulierem in concubina,quam putauit ſolutam,& fama vicinię talis erat: ſuſcepit filiũ ex ea:tandem ſuperueniente tempore, mulier iſta reperitur coniugata:nunquid filius ex tali muliere ꝑ creatus dicitur naturalis, an adulterinus. Videtur ꝙ naturalis.quia ignorantia patris prodeſt filio. c. ex tenore.qui filij ſint legitimi.&.l.4.ti.delas herẽ. fo.le.vbi dicitur,ꝙ ſi quis contraxit ignoranter cũ coniugata,filij inde geniti ſunt legitimi. ꝑ quo facit.c.cum inhibitio.de clandeſti.deſpon. vbi dicitur,ꝙ filij nati ex matrimonio contracto in conſpectu eccleſię,data ignorantia impedimenti,ſunt legitimi,vel ſaltem data ignorantia alterius contrahentium tantũ.ſecundum glo.in.d.c.cum inhibitio. in parte,ſi ambo parentes. & tales filij,vt ibi dicitur, ſuccedũt vtriq;. ℣ Sed Ioã.And.lucerna iuris ardẽ *Diſtinctio ſingularis.* tis in.c.tãta.qui filij ſint legitimi.ſuper glo.2. dicit,
11 ꝙ † filius ſuſceptus in adulterio, non legitimatur, etiam ſi alter ignorauit, ꝙ cõmitteret adulterium, Sentit verò,ꝙ ſi quis ignoranter matrimonium cõtraxit cum coniugata,ꝙ filij inde geniti ſunt legitimi.vt.d.c.ex tenore.ſecus vbi non interuenit contractus matrimonij. ℣ Sed ſecundum Abb.in.d.c. tanta.poteſt eſſe ratio diuerſitatis: quia contrahẽs matrimonium,dat operam rei licitę,ideo ignorantia ſua

tia ſua ēxcuſat:ſed admittens virum ſine matrimonio,dat operam rei illicitæ,ideo ignorantia ſua nō eſt probabilis,nec debet inde cōſequi prēmium. Quę opinio videtur placere do.Anto.in.d.c.tanta. quæ opinio eſt vera.Quia danti operam rei illicitę,imputantur omnia quę ſequuntur prēter volūtatem ſuā. vt in. c.tua. de homici. & ignorantia in tali caſu nō prodeſt. vt regula. Ignorantia. de regulis iuris.li.6. quapropter filij indę ſuſcepti,tanquā adulterini non ſuccedunt parentibus ex teſtamēto,neque ab inteſtato. quod eſt notandum.Adde notata hic p iſtum doct. ad quæſtionē domini comitis de Salinas,& de Ribadeo, quæ nunc vertitur in practica.

¶Ley doze.

SI alguno fuere legitimado por reſcripto [p] o preuilegio nueſtro [q] o delos reyes que de nos vinieren aū que ſea legitimado para hereⁿ los bienes d̄ ſus padres y madres o deſus abuelos [s] y de ſpues ſu padre o madre o abuelos ouieren algun hijo o

Adde. Plura & notanda de filiatione dicūt doctores, ſignāter do.Abb. felinus. & And.Sicu.in,d.c.per tuas.de probatio.& do.Pe.de Rauena in ſuo alphabeto.in parte,filiatio.folio.41.

m ¶Lo reconozca por ſu hijo.Nota ex lege iſta, q̄ atteſtatio parentum,fidem facit de filiatione.Q̄d an ſit indiſtinctè verum,dic cōcludēdo, q̄ aut quæritur,an fidem faciat affirmatiuè, putà pro ipſo filio,vt hic in textu: & tunc dicunt doctores, q̄ aut nominatio filiationis eſt prolata principaliter propter ſe,& fidē facit.vt.l.vltima in princi. ff.de probatio.&.l. etiam matris.ff.de libe.agnoſcē.&.l.1.§. Iulianus.ff.de libe.cau.&.l.iubemus.C.de proba. &.l.non nudis.&.l.non epiſtolis.eo.ti.&.l.17.ti. 11. tertia partita.poteſt tamen contrarium probari. vt dictis iuribus.dixi in glo.ſupra proxima. ☞Dixit tamen Innocen.in.c.tranſmiſſę. qui filij ſint legitimi.q̄ ad hoc,vt talis nominatio profit filio ad probationē filiationis,requiritur q̄ fiat cū aliqua ſolennitate.allegat.d.l.vltimā in princi.ff.de proba. quā ſolēnitatē aliter nō declarat. ☞Quapropter Ludo: de Roma.in.l.errore.quā legit cū. l. neque profeſſio.2.col.ver.quod autē.C. de teſta. dubitat de qua ſolennitate intellexerit Inno.quia dixit, q̄ ſi vult ī telligere de ſolēnitate ſcripturę, ꝓut videtur velle. d.lex vltima.& tūc dicit, q̄ iſtud nō videtur verū. Quia ſiue p patrē nominetur filiꝰ in ſcriptura, ſiue nō,talis nominatio videtur ꝓdeſſe. vt expreſſè ꝓbat in.d.l.1.§.Iulianꝰ.ff.de libe.cau.&.d. c. p tuas.de ꝓba.☞Aut voluit ītelligere d̄ ea ſolēnitate.ſ.q̄ talem nominationē filij faciat pater ex ītterrogatiōe alteriꝰ,nō autē ipſe ſimpliciter de p ſe,ꝓferat ꝓut videtur īnuere.d.l.vltim.& tūc iſtud etiā eſt falſū.Quia ſimplex aſſeueratio parētis abſq; alia p̄cedēte ītterrogatione ꝓdeſt ad ꝓbandū filiationē. & eſt caſus in.d.c.p tuas.☞Aut vult ītelligere de ea ſolēnitate. ſ.q̄iſta nominatio fiat principaliter ꝓpter ſe, nō autē incidēter ꝓpter aliud:&tūc poſſet ſua opinio ſal 12 uari,vt patebit ex īſra dicēdis.☞Aut † talis nominatio emanauit narratiuè & denuncatiue propter aliud,nō autē principaliter ꝓpter ſe:&tūc nō ꝓdeſſet ad faciendā fidē d̄ filiatione.argumento textꝰ.in.l.epiſtola. ff. de pactis.Itē q̄ videtur tali caſu ſi de alio nō cōſtaret, poſſe prę ſumi hūc filiū ex affectione fore nominatū vt.l.nemo. §. q̄ frater nō eſt.ff.de hęredi.inſti. ☞Fallit, niſi talis *Fallit.* nominatio enunciatiuè facta fieret circa talē actū, qui nō poſſet cadere niſi in filiū.vt in exhęredatione & emācipatione.l. quidā cū filiū. ff. de verbo obli.quo caſu enunciatiua nominatio filio ꝓdeſt.tenet Bar.in.d.§.Iulianus.p tex.in.l.1. §. ad quæſtionē.ff.de quęſtionibus.Quod intelligę, quādo eſt *Limita.* nominatꝰ à patre,ſecꝰ ſi à matre tātū. Tenet notanter Ange.in authē.itē ſi qs.C.de natura.libe.& Frā ciſcꝰ cremē.cōſilio ſuo.161.Aut talis nominatio facta eſt negatiu,è& tūc illa cōtra filiū eliditur p ꝓbātē cōtrariū.vt.d.l.fi.ad finē.ff.de ꝓba.Aut eſt facta p patrē,& tūc licet nominatio patris affirmatiua filio poſſet ꝓdeſſe,vt ī precedēti mēbro: attamē negatiua nō nocet filio.ita format gl.in.l.1 §. ſi quis autē primo.ff.de carbo.edic.&.d.l.etiā matris. ſęqtur Bar.in.l.filiū diffinimus.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iu.Si tamē fieret p patrē & matrē talis nominatio,filio noceret.vt.d.capi.trāſmiſſa. qui filij ſint legitimi.&.d.l.17.Sed q̄ Lud. vbi ſupra ſequēti.co.ver. tu tamē.diſtinguit.aut filius erat in poſſeſſione filiationis, putà, quia erat natus in domo parētū,vel extra domū,nō curo de hac diſtinctione.Quia hodie nō eſt neceſſe, q̄ ſit vna, & retenta in domo:ſed vbicūq; filiꝰ naſcatur,ſi naſcitur ex ſoluto & ſoluta,& natꝰ eſt nominatus in filiū p ipſos parentes,iudicatur naturalis per iſtā legē.&hoc p̄ſūptiuè.☞Aſcendētes tamē,quibꝰ generatur prę iudiciū,poſſunt probare cōtrariū.vt ſupra dixi.☞An autē p confeſſionē iudicialē vel extraiudicialē poſſit ꝓbari filiatio.vide in.d.lege.17.ti.11.tertia partita.per Bar.in.l.1.§.idem per contrarium. ff. de libe. agnoſ. ¶Et nota quia iſta lex dicit, le reconozca *Nota.* por hijo.ſentit verò, q̄ non ſolum verbo poteſt qs in filium recognoſci,ſed etiam ſignis. vt legitur & notatur in.l.ad recognoſcendos.C.de inge. & manu.& in.l.1.C.de muta.nomi.per Bar. in leg. cum in diuerſis.ff.de religio.& ſumpti.func.& in.l. ſtigmata.ff.de fabricenſibus.li.11. ☞Et eſt ratio, quia magis eſt aliquid facto demonſtrare,quā verbis dicere.l.ſi tamē in parte ei qui ſeruū.ff.de ędili. edic: &.c.dilecti.el.2.de app.do.Abb.in.c.officij. d̄ pœniten.&

niten.&remiſſio.& in.c.per tuas. de probatio. in princi. ☞ Item iſtud patet. quia demonſtratio, eſt adiectio, per quam res, vel perſona redditur certa. vt per Bal. in rubrica. C. de inſti.& ſubſti. ſub con-
13 ditio. fa. ¶ Item nota, q̃ † ſicut recognoſcens aliquem in filium, videtur fateri eum filium ſuum: ita
Nota. recognoſcens propriã ſcripturã, videtur fateri cõtenta in ea. Tenet Ange.& Imo. in. l. ita ſtipulatus. §. griſogonus. & ibi Alex. 2. co. ff. de verbo. obligatio. Bal. in authen. contra qui propriam. 2. co. C. de non nume. pecu. notatur in. c. tanta. de exceſſi. prę-la. & in. c. per inquiſitionem. cum glo. in verbo, recognouit, de elect.& in. c. 2. de rebus eccleſiæ non alie. li. 6.& in. c. Odoard⁹. de ſolutio. Iaſon mal. latè in authen. ſi quis in aliquo documento. 6. col. C. de edendo. ¶ Vlterius nota circa iſtam recognoſcen-
14 tiam, q̃ † non ſolum cogitur quis recognoſcere propriam ſcripturam, ſed alienam. vt. d. authen. contra qui propriam. & ibi Bal. vltima col. ver. deinde ex iſta habes. ☞ Sed quia dixi ſupra, q̃ filiatio prę-ſumptiuè probatur per recognitionem filiationis,& q̃ probatio admittitur contraria, adde textum ſingularem in. c. cum dilectus. de cauſa poſſe.& proprie.
15 vbi dicitur, q̃ † filiationis proprietatis probatio, prę-fertur probationi præſumptionis. Tenet etiam Lanfrã. in. c. quoniã. de probatio. in parte, teſtium
Nota. depoſitiones. ☞ Et probatur filiatio per coniunctos ſecundum Bal. in. d. l. 2. C. ad carbõia.& l. 3. §. duo eſ-ſe. ff. eo. ti. ☞ Et ſufficiunt duo teſtes, ſecundũ Paul.
16 de Caſt. in. l. errore. C. de teſta. ¶ Item quę-ro † nũ
Qõ. quid ex aſſimilatione probetur filiatio. Tene q̃ nõ. quia ex cogitatione fœminæ tempore conceptionis, contingit partũ aſſimilari ei, de quo fœmina cogitauit. l. quęreret aliquis. ff. de verbo. ſigni. Tenet Bar. in. l. gall⁹. in princip. vlti. co. ff. de libe. & poſt hu. glo. in. l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu. homi. Paul. de Caſt. conſi. 173.
17 n ¶ En ſu caſa. ex quo ſequitur, q̃ † natus ex fur-
Corrigit tiuo acceſſu, dicitur naturalis,& legitimatur perſequens matrimoniũ. glo. eſt notanda in. c. innotuit. de elect. in parte. coniugata, in fine.& in. c. qualis. 30. q. 5.& in. d. c. tãta.& vtrobique ſcribentes.

Adde. Nota, q̃ per iſtam legem hodie non procedit conſilium Oldra. 196. vbi dicit, q̃ nobilis quidam conuertit ſe ad quãdam mulierem ſolutã, & totaliter ignobilẽ, & ex ea habuit filium: quæ mulier portabat aquã de fonte ad domum ipſi⁹ nobilis, & mundificabat domum ipſius nobilis,& ſimilia faciebat quãdo veniebat ad domum ipſius nobilis. Et ſic paupercula mulier antequã nobilis illam cognoſceret, & poſtea, ibat ad meſſes,& conducebat ſe ad opera manualia,& de laboribus manuum ſuarum viuebat: quia dictus nobilis non prouidebat ſibi, niſi q̃ de duobus in duobus, vel tribus annis ad ſupplicationem mulieris & aliarum dabat ei vnũ ſupertunicale,& quolibet anno duas, vel tres formatas de blado. demum dicit, q̃ filius iſtius mulieris fuit à nobili in ſuo teſtamento vocatus filius naturalis, & inſtitutus. Et concludit, q̃ vocari non potuit filius naturalis, nec potuit inſtitui per multa fundamẽta,& rationes, quę hodie non procedunt, per iſtam legẽ, quæ ſolummodo requirit, q̃ filius ſit conceptus, vel natus ex ſoluta & ſoluto, & cognoſcatur in filium. vt. dixi in. gl. ſuper parte, lo reconozcan. vbi vide ſupra.

o ¶ Vna ſola. vt dicebant doctores vbi ſupra. & *Corrigit*
Ioã. de Imo. in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad trebellia.& in. l. lucius. & ibi Bar. ff. de vulga.& pupi. & Spe. in ti. de ſucce. ab inteſta.& l. 2. ti. 10. 4. partita. quæ iura & opiniones in hoc reuocantur per iſtam legem.

Summarium.

1 *Filius naturalis an legitimetur per ſequens matrimonium.*
2 *Principi ſolo quæ incumbunt,*
3 *Legitimare quis poteſt.*
4 *Auus ſeclu⁹us per ſtatutum à ſucceſſione, an videatur auia ſecluſa.*
5 *Reſtituere natalibus an incumbit principi.*
6 *Flumen an poteſt occupari ſine licentia Principis.*
7 *Pedagium quis poteſt imponere.*
8 *Legitimatio quot modis fiat.*
9 *Legitimatio an, quando, & qualiter debeat fieri.*
10 *Legitimari qui poſſunt.*
11 *Clauſula, Non obſtante tali lege, an ſit apponenda in legitimatione.*
12 *Legitimatio vel diſpenſatio an debeat continere clauſulam derogatoriam.*
13 *Subſtitutio ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus, an excludat ſubſtitutum propter ſpurium legitimum.*
14 *Legitimatio ſpurij an requirat conſenſum agnatorum, de quorum præiudicio agitur.*
15 *Pater an poteſt legitimare baſtardos ſt antibus legitimis.*
16 *Legitimatus præteritus an poſſit dicere Teſtamentum nullũ.*
17 *Legitimatus per reſcriptum principis, an ſuccedat auo.*
18 *Legitimatus per reſcriptum Principis, vel per ſequens matrimonium, an dicatur verè legitimus; an fictè.*
19 *Legitimatus an ſuccedat parentibus.*
20 *Legitimatus per ſequens matrimonium, an excludat ſecundo natum legitimum in ſucceſſione maioratus.*
21 *Legitimatus per ſequens matrimonium an efficiatur verè legitimus.*
22 *Pater ſi in Teſtamento ſuo aliquid legat primogenito, non expreſſo eius nomine, an præferatur in legato ſecundo natus legitimè.*
23 *Legitimatio an ſit fictio, an veritas.*
24 *Donatio alicui facta, an reuocetur per legitimationem factã per ſequens matrimonium.*
25 *Filius natus ex concubina, an legitimetur per ſequens matrimonium in extremis.*
26 *Legitimatus per reſcriptum Principis, an poſſit ſubſtitui filio legitimo & naturali.*

27 *Legitimatus inſtitutus, an poſsit repudiare hæreditatem.*
28 *Legitimatus præteritus, an habeat ius dicendi nullum.*
29 *Adoptatus ab extraneo, an habeat ius dicendi nullum contra teſtamentum adoptantis.*
30 *Legitimatus, an ſuccedat in emphiteoſim vnà cum legitimis.*
31 *Legitimatus, an veniat appellatione legitimorum.*
32 *Legitimatus per principem, an ſuccedat vbique*
33 *Legitimatus an excludat ſubſtitutum.*
34 *Legitimatus per reſcriptum, an ſuccedat cum legitimis.*
35 *Geſta vtiliter an, & quando durent.*
36 *Legitimatio, an, & quando reuocetur per ſuperuenientiam legitimorum.*
37 *Legitimatus an quis poſsit eſſe quo ad quædam, & quo ad quædam non.*
38 *Legitimatus per reſcriptum, an ſuccedat tranſuerſalibus.*
39 *Pater ſolus an ſuccedat filio legitimato per reſcriptum Principis.*

SI alguno fuere legitimado. Legitimatus per reſcriptum principis licet ſit legitimat⁹ ad ſucceſſionem aſcendentium ex teſtamento & ab inteſtato, non ſuccedit cum filiis, vel nepotibus legitimis per ſequens matrimonium natis vel naſcituris. poterunt tamen aſcendentes relinquere legitimatis quintam partem bonorũ ſuorum, quã poterant relinquere pro anima ſua. hoc primò. In honoribus tamẽ, & in ſucceſſione trãſuerſalium legitimati nõ differũt à legitimis. hoc ſecũdò. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur regula. In ſecunda eiuſdẽ regulę exceptio. Secũda ibi, pero en todas. Aduerte iſta eſt notabilis lex, & obſcura, ideo vt appareat verus intellectus ipſius, pro iuuenibus pono ſic caſũ. ℣ Titius recepit Bertam in concubinam, ex qua natus eſt Seius, qui Seius ad petitionem parentum fuit per reſcriptum vel priuilegium principis legitimatus, etiã vt poſsit ſuccedere omnibus aſcendẽtibus. ℣ Deinde Titius matrimonium cõtraxit cũ Gema, ex qua filios legitimos procreauit. Similiter & Berta Titij concurrit vel concurrere vult ſcz filiꝰ ad ſucceſſionẽ patris Titij cũ legitimis. Et principes noſtri ꝓ iſtã. l. dicũt, ꝙ nõ. &c. ℣ Concordat cũ iſta lege in principio ſui. lex. 2. & .5. ti. delas heren: fo. le. & l. 1. in fine ti. 13. quarta parti. & l. 9. ti. 15. quarta parti. ℣ Et cũ fine iſtius legis cõcordat. l. 4. & l. fi. d. ti. 15. aliæ concordãtię ponũtur in diſcurſu iſtiꝰ legis. ℣ Oppono contra iſtã legẽ de c. tãta. qui filij ſint legitimi. & l. imperialis. in princip. verſicu. habeat. cum multis aliis. C. de nup. vbi dicitur expreſſe, ꝙ legitimatus ſuccedit parentibus vnà cum legitimis. ℣ Solutio eſt clara. ꝙ prædicta iura loquũtur, quando parentes filij legitimati ſe inuicem matrimonialiter copulauerunt. vt. d. l. iuribus. nos tamẽ loquimur, quãdo cum aliis contraxerunt: quo caſu legitimatus per ſequens matrimonium, non ſuccedit parentibus. & ſic intelligitur iſta lex. De cuius materia habetur latè per Bald. in dicta. l. imperialis. & in. l. 2. in princip. fi. colum. verſic. ſed dubitatur. C. ſi in frau. patro. alie.

Caſus. *Opp.* *Intellectus iſtius legis.*

Adde. Notabilem quæſtionẽm, de qua per doct. de Pala. in repe. c. per veſtras. de dona. inter virum & vxo. ſuper tex. col. 29. in verſicu. Imò fortius. cum trib⁹ ſequẽ
1 ti. vbi dicit, an † habens concubinam, quam poſtea recepit in vxorem, quę non erat matrimonio digna, quia fortè meretrix, vel mulier vilis conditionis, & ipſe nobilis, & diues, an legitimet filios ante matrimonium natos & conceptos. Et tene quod dixi in gl. iſtius legis ſuper pte, ſiguiẽte matrimonio. ꝓ ¶ Reſcripto. quod habetur pro lege. ſecundum Ioan. de por. in. l. fructus. 4. col. ff. ſo. matri. Quod intellige ſi eſt conforme iuri comuni, quo caſu poteſt allegari ad cauſarum deciſionem. gloſſ. in. ver. ſubſcriptionem. & doct. in. l. 1. C. quomodo & quãdo iud. & in. l. 2. C. de legibus. ℣ Si tamen eſt contra legem, nihil valet, niſi de lege faciat expreſſam mentionem. Bal. in. l. fi. 2. col. verſicu. 4. quę. C. ſi cõtra ius vel vti. pub. quia tacitè non ſolũ legem, ſed nec conſuetudinem tollit. ſecundum Archi. in. c. in his. 11. di. & Bal. in. l. reſcripta. 4. colum. C. de preci: impera. offeren.

2 q ¶ Priuilegio nueſtro. No. ex his verbis, ꝙ † legitimatio. fit à principe, & ei cõuenit, ꝓpter excellẽtiã. cõcordat. l. 1. & ibi Bal. C. đ iure au. anu. & l. fi. ti. delas herẽ. fo. le. & l. 4. ti. 15. quarta partita. *Concor.*

Adde. Quod iſtud priuilegiũ dicitur beneficiũ. vt plenè Alex. in. l. tale. in prĩ. ff. ſo. ma. vbi vide. ℣ Quod eſt verũ quoad temporalia: quoad ſpiritualia verò ſolus Papa legitimat. vt. d. l. fi. & d. l. 4. & c. per venerabilẽ. qui filij ſint legitimi. & ibi hoſti. Anto. & Abb. & communiter ſcribentes. *Vide multa q̃ ſpectant ad prĩcipẽ.*

3 Add Quòd † ſi ſolus princeps, vel ſi ſolꝰ papa poteſt legitimare, ipſe ſolꝰ poteſt ſuper ius diſpenſare, qui poteſt legitimare. ℣ Et econtrario. Si ſolus papa, vel ſolus princeps poteſt diſpenſare vel legitimare: ſequitur ꝙ is non poteſt diſpenſare vel legitimare, qui non poteſt ſuper ius diſpẽſare. ita dicit Felinus in. c. fi. in fine. de officio. ordi. ℣ Vnde habes, ꝙ inhabilis ad actũ non poteſt habilitari per illum, qui nõ poteſt ſuper ius diſpenſare. ℣ Poteſt tamen exercere actum nomine illius ſuperioris prohibiti illum habilitare. quod eſt memorię commendandum. Pro quo bene facit in argumentum. l. fi. C. de legiti. hære. ℣ Per quam legem dicit Bal. in. l. quicunque. co.
4 4. in ver. attende hic. C. de ſeruis fugi. ꝙ † excluſo auo per ſtatutũ à ſucceſſione, non excluditur auia: ſed ꝙ beneficio perſonæ auiæ admittitur auus ad ſucceſſionẽ, non obſtãte ſtatuto. nã incluſus, trahit ad ſe excluſũ. ¶ Ex quo infert Geor. natan. in repe. ca. quãuis. 53. col. in ver. exquo infero. de pactis in. 6. ꝙ quis ex alterius pſona cõſequitur beneficiũ, quod ex ſua conſequi non poteſt. Quod multis corroborat exemplis & authoritatibus. quibus adde

Infertur primò. Infertur ſecundò. Infert. tertiò. Limita.

gloſſam

Notã dictum. gloſſam in.l.50.ti.6.prima partita. Dixi aliqua in.l. 5.in gloſſ.ſuper parte.edad legitima.ſupra. & in.l. 74.gloſſ.fi.infra.

¶ Item conuenit principi concedere veniã ętatis. l.2.C.de his qui ve.ęta.impe. Item interpretari legẽ generalem & dubiam:& eam reuocare, & aliã facere de nouo.l.1.ſupra.&.l.fi.cum ſimi. C. de legi. ¶ Item interponere decretum ſuper arrogatione.vt.l.2.C.de adoptio.&.le.2.ti.15. quarta partita. ¶ Item facere gratiam de iuramento.l.fi.ff. ad munici. ¶ Item reſtituere † ſpurium natalibus. in authẽ.quibus modis na.effi.ſui.§.fi.colla.7. ¶ Item † in flumine nauigabili nemo poteſt facere cluſas: nec molendinum,ſi impediat nauigationem, niſi. de licentia principis.plenè per Bal.in.l.ſi manifeſtè.2.co.C.deſerui.& aqua. ¶ Item † nullus impo nit noua pedagia citra principem.c. innouam⁹. de cenſi. Et hoc totũ facit princeps de plenitudine poteſtatis,quæ eſt nulli neceſſitati ſubiecta, nulliſq; regulis limitata.vt per Bal.in.l.2.5.col.in fine.C. đ ſerui.& aqua. ¶ Multa alia ſolo principi conueniunt,de quibus in.l.quotiẽs.C.vbi ſenato.vel.cla.& in.l.diui.ff.de pœnis.& in.l.1.in fine.ff.deqõnibus. & in.l.itaq;.ff.de fideico.liber.&.l.2.ff.ſi ingenu.eſſe dica.&.l.omniũ.C. de teſta. per Inno. in.c.cũ p tabellio.de fide inſtru.docto.in.l. reſcripta. C. de p̃ci.impa.offe.& in.l.1.§.de qua.ff. de poſtu. notatur in.l.1.ff.depubli.iudi.& in.c.cum te.de re iudi. & vbi dicitur,q̃ ſolus princeps reſtituit,tenet Bar. in.l.oẽs.12.co.ff.de iuſtitia & iure. dixi aliquid in prooemio ſupra in parte.y cõellos cõſultado. ¶ Et not.q̃ † legitimatio fit multipliciter. ¶ Vno mó p reſcriptũ principis.vt in.l.iſta,&.l.17.ti. delas heren.fo.le. ¶ Secundò,à cõfirmatione patris & matris, dicentis cõtractũ fuiſſe matrimoniũ inter eos, quo caſu pœna fornicationis vitatur.glo.fi.in.l.pe. C.defideico.tenet Bal.in.l.eam quã.10.co.eo.ti. do. Abb.in.c.cũ inter.de renũcia. ¶ Tertiò fit legitimatio per ſubſequẽs matrimoniũ.p Bal.in.d.l.eã quã. 9.co.& in.l.ex libera.C.de ſuis & legitimis hære. per tex.in.c.tãta.qui filij ſint legitimi. vbi plenè p docto. ¶ Quartò per ingreſſum religionis.vt p Bal. in.l.1.in.lectura.4.co.verſi.iuxta hoc quęro. C.de ſacroſan.eccle. ¶ Et vltra hos caſus vide plures alios in.l.5.6.&.7.ti.15.quarta partita. ¶ Quę dãna prouenium de nõ eſſe legitimũ.& q̃ cõmoda. vide in. l.2.&.9.d.ti.15. ¶ Qualiter fiat legitimatio,vbi,quãdo,& quæ ſit forma legitimãdi,vide per Bal. in. l. ſi.ver.& attende ad reſtitutionem nataliũ. C.de bonis liber.vbi dicit,q̃ ſi princeps ita dicit.reſtituo te natalibus.videtur legitimat⁹:quia ẽ dicere,q̃ reſtituit natalibus cõmunibus iuris naturalis:quo priſco iure oẽs erant ingenui & legitimi,vt in authen. quibus modis natu.effi. legi. colla.6. Ideo comites,quũ legitimant aliquẽ,non debent dicere,facio te legitimũ,ſed reſtituo te natalib⁹ communib⁹, & primæuis iuris naturalis, & remoueo obſtaculũ iuris ciuilis.ſecundũ Iacob.Bu.in.d.l.fi.tenet Bar.in. d.l.1.in princi.de iure aure.anu.& Spe.in.ti.qui filij ſint legitimi.

Legitimatio multiplex.

Forma legitimãdi.

Adde. 9 Q̃d forma diſpẽſationis, vel legitimatiõis,ſufficit,ſi fiat iſto mõ. ¶ Nos rex.&c.† dignũ fore decernimus, & conſentaneũ rõni, q̃ qñ regius fauor ſupplicatiõe requiritur,liberaliter largitur. ¶ Hinc eſt, q̃ accedens ad pręſentiã noſtrã talis nobilis, humiliter ſupplicauit,q̃ cùm ſit in facultatibus opulẽtus,nullumque ſibi ſentiat in bonis ſuis legitimũ ſucceſſorẽ ab ipſo ex recta linea deſcendẽtẽ,talem,vel tales filios ſuos,& talis fœminæ vel mulieris ſolutę genitos legitimare,& legitimis actib⁹ reſtituere, q̃d eis illicita,p̃creatio abſtulerat,de benignitate regia dignaremur. Nos igitur ſupplicatiõib⁹ ipſius beni gnius inclinati,prædictos talẽ & talem filios ſuos de plenitudine poteſtatis noſtrę,de ſpeciali gratia legitimamus,ita,q̃ ad oĩa legitima iura ſucceſſionis ex teſtamento,& quolibet alio modo delata, honó reſq; publicos,& priuatos, & alia tanquã legitimi đ legitimo thoro & matrimonio nati vlteri⁹ admittantur, obiectione natiuitatis illicitę in poſterum quieſcente,lege aliqua non obſtante.&c. ¶ In aliqua verò vulgari ſiue materna lingua inſtrumentũ legitimationis conficitur,eo modo,quo dicitur in. l.9.titu.18.tertia partita. *Forma ltĩmatõ.*

¶ Quæ forma verborum requiratur in legitimatione,quę fit à pãtre in teſtamẽto, vel quãdo repreſentat filiũ curiæ,vide in.d.l.5.&.6.cũ aliis ſequen 10 ti.d.ti.15.quarta partita. ¶ Sed quæro † qui poſſũt legitimari. Dic breuiter,q̃ omnes hi, qui non ſunt nati ex dãnato coitu ex parte matris. vt plenè per doctores in.c.tanta.qui filij ſint legitimi.per Bal.in d.l.1.col.& in.d.l.eamquã.5.co.in fine.& in.l.ſiqua illuſtris.C.ad Orphi.Bar.in.l.ſi ita ſcriptum. ff.de libe.& poſthu.& in.l.2.in princi.ff. de verbo obli. *Qõ.*

11 ¶ Nũquid † in priuilegio legitimationis ſit neceſſe apponere clauſulam, non obſtante tali lege, vide Bal.in.d.l.eam quã.5.co.ver.interrogatus. vbi refert Ioan.Cal.dicentem,nõ eſſe neceſſe apponere dictam clauſulam,quia iſtud eſt mandatum,non legitimatio. ¶ Item,quia ordinarię iuriſditiõis collatio non requirit has clauſulas. ¶ Item, Imperator concedit poteſtatem diſpenſandi,ergo cũ effectu. ¶ Item,hæc conceſſio,eſt priuilegiũ, ergo lex priuata,ideſt derogatoria. Cùm autem comes legitimat,debet apponere clauſulas conſuetas. Vnde ſi legitimat inceſtuoſum,debet dicere, non obſtante. l.qui cõtra.C.de inceſ.nup.Si autem legitimat aliũ ſpurium,ſufficit dicere,non obſtante. §. vltimo. in authẽ.quibus modis natura.effi.ſui.colla.7. Alij docebant priuilegium non valere: & fuit quæſtio de facto in priuilegio conceſſo prædicto domino Ioã. Cal.Sed prima opinio eſt verior,ſecundũ Bal. vbi ſupra.& in capit.1.ſi de feudo.fue.cont. in vſi. feu. notatur in authẽ.ex complexu. C. de inceſt. nup.

¶ Glo.tamẽ

¶ Glo.tamen & Bal.in.l.1.C.de natu.libe. dicit, q̃ in legitimatione nō requiritur q̃ fiat mentio, non obſtante tali lege, de quo latè Pau. de Ca. conſilio. ſuo.229.incipi.dubitatur.

Adde. Bald.in.l.gallus.§.ſi eius.ff. de liberis & poſthu.& docto.in.c. naturales.ſi de feudo fue. contro. inter dominū & agna.vſi feu.& Pet.de Anchara. conſilio.

12 301.dicunt,q̃ † legitimatio debet continere clauſulā derogatoriam, ſpecificè dicentē, non obſtāte tali lege.maximè de authen.ex cōplexu.C. de inceſt. nup.&.de.l.licet.C.de natura. libe. & de lege.qui cōtra.dicti.ti.de inceſt.nup.Sed tene quod ſupradictum eſt in princi.ſ.q̃ in priuilegio legitimationis ſufficiūt verba æquipollentia,videlicet,non obſtā tibus omnibus legibus,& conſtitutionibus,& qui buſuis in contrariū facientibus. ¶ Quę quidē clauſula derogatoria generalis tantū operatur quantū clauſula derogatoria ſpecialis dictis legibus in materia iſta legitimationis. vt expreſſe dicit Alex.in. 5.volu.conſilio.185.in.7.co.qui allegat gl.in.l.1.iūcto textu.& ibi.Bal.& Ange.C.de natura. libe. & cōſilium Pe.de ancha.323.tenet etiam do.Matthæ. de afflictis deciſio.neapo.195.nu.4. ¶ Tu vide tex. qui hoc dicit in expreſſo in.d.l.9.ti.18.tertia partit. vbi nullatenus fit mētio de lege ſpeciali in hac legitimatione. ¶ Verū tamen eſt,q̃ Oldra. cōſilio ſuo. 247.dicit,q̃ in legitimatione adulterinorū, & illorū,q̃ ſunt nati ex dānato coitu, requiritur mentio ſpecialis.vide ibi,& tene quod dicitur in dicta.l.9. nam ſatis eſt,q̃ rex in legitimatione dicat,q̃ diſpēſat cū tali nato ex adulterio,vel inceſtu,abſq; expſſione aliquarum legum in ſpeciali.nam rex prę ſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui. vt dicit textus in.c.1.de conſti.in ſexto &.l.omnium. C.de teſta. ¶ De qua materia,qa eſt multū profūda & plixa,& docto.multa ſcripſerūt i.d.c. per venerabilē.q̃ filij ſint legitimi.ideo vide ibi plenè. & do.Matthę.de afflictis.vbi ſupra. & deciſiōe. 386.

13 ¶ Vbi etiam vide,an † ſubſtitutio,ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus, excludat ſubſtitutū,ppter ſpuriū legitimatū. ¶ Vnū nota in iſta

14 legitimatione,q̃ † non requiritur conſenſus agnatorū de prę iudicio videtur agi.tenet hoſti. & poſt eū moderni in.d.c.per venerabilē. Io.And.d.in addi.ad Spe.in.ti.de ſucceſſio. ab inteſta.ſup rubrica in.ver.ex facta.Bar.& alij in.d.l. gallus.§ quid ſi tātum.ff.de libe.& poſthu.hoſtien.ſūma q̃ filij ſint legi.pe.co. Ratio eſt,qa in iure q̃ſito. ¶ Ideo cū agnatis nō ſit in talibus bonis ius q̃ſitū, prę iudicari non poſſunt:nec videntur p̄iudicari, ſi filij naturales, vel ſpurij legitimentur.& eſt noua ratio. ¶ Propterea ſatis eſt,q̃ in legitimatione pater ipſe ſolus conſentiat adeò, q̃ talis legitimat⁹ ſuccedat in bonis parentib⁹,nō ſtatibus legitimis, vt iſta lex dicit. ¶ Qđ etiā tenet ſtephan⁹.anferri in đciſio.Tholoſę.q.456.in fine additionis. ¶ An non exprimēs cauſā in legitimatione illegitimationis valeat legitimatio.Felin⁹ in.ca.poſtulādi.4.co.in verſi. ſeruit etiā ad hęc.de reſcri.dicit,q̃ Bald.in.l.eā quā. 6. co. in.ver.ſed pone quidā erat ex adulterio.C. đ fidei co.q̃ ſi filius ex adulterio & inceſtu natus fuit legitimatus tanquā ſpuri⁹, tamē nō fuerunt expreſſę qualitates ſpurietatis,nō valet legitimatio. ſicut cum quis eſt excōmunicatus pluribus excōmunicationibus,& ſupprimit cauſas excōmunicationis vt in.c.ex parte.de officio ordinarij. ¶ Quod etiā dicit Bal.cōſuluiſſe Oldra.& limitat niſi ex clauſulis aliud appareat.vt ſi eſt ibi clauſula,nō obſtāte.l. q̃ cōtra.C.de inceſt. nup. ¶ Et nota,q̃ Feli.vbi ſupra,declarat ſupra dictā cōcluſionē plurib⁹ modis, quos pte vide. ¶ Vltimò nota,q̃ diſpēſatio cū ſit odioſa,debet reſtringi.tenet Lancelotus in tractatu ſubſtitutionū.nu.117.folio.59.

r ¶ Para heredar.quia intelligitur legitimat⁹ ſine *Concor-* prę iudicio legitimorū,vt ſequitur in.l.iſta. cū qua *dat.* cōcordat.l.5.ti.delas herē.fo.le.&.c. quāuis. de re- *Regula.* ſcrip.li.6.Qđ ē verū,ēt ſi legitimatio fiat ab habēte poteſtatē legitimādi,inuitis legitimis.ita dicit Bal. & Ioan.de Lig.in cauſa Michaëlis de Cāpana ſecū dū Ioā.& pe.de peru.in.l.1.C.q̃ admitti. & Bar.in. l.gallus.§.& quid ſi tātū.ff.de libe.& poſthu. ¶ Fal *Fallit.* lit,ſi de cōſenſu legitimorū legitimetur: quia valet legitimatio in prę iudiciū eorū.vt per docto.vbi ſupra.tenet Pau.de Caſt.conſi.ſuo.225.

15 Adde. Quòd pater † poteſt legitimare filiū ſuū baſtardū,etiā ſtātibus legitimis, cū hoc,q̃ nō ſuccedat in hęreditate paterna,& valebit talis legitimatio quoad alia,de q̃ bus in.l.iſta.Itaq; legitimatus nō poterit ſuccedere obſtāte aliqua cōditione poſita à patre,& erit valida.Ita ſingulariter dicit Bar.in.l.quæſitū.in reportatis antiquis.ff.de acqui. hęre. Refert & ſequitur Ludo.Roma.in.l.q̃ ſupſtitis.co.ti.& in.l. pactū qđ dotali.C.de colla.Fran.Cremen.ſingulari ſuo.16.& ibi in additione dicitur,q̃ taliter legitimat⁹ dicitur poti⁹ diſpēſat⁹,quā legitimat⁹.allegat Pau.de Ca.ī. l.ſolet.ff.de iuri.oīm iudi.& in.d.l.pact⁹ qđ dotali. in.ver.& eadē rōne.vbi dicit cū aliis cōſuluiſſe. & q̃ reperit cōſultū p ray.de forli. in ciuitate Piſarū. Idē tenet Ludo.& alij in.d.l.ſupſtitis in ver.8.limitat Bar.ſingulariter.in.d.l. quęſitū. in lectura antiqua. Anto.de Bu.in.d.c.p venerabilē.27.co. qui filij ſint legitimi.vbi ē ſcribētes. Alex.4.volu. cōſi.

16 29. ¶ Si tā † naturalis ſimpliciter & ſine aliqua cō ditiōe legitimatur:ſic legitimat⁹ præteritus pōt dicere teſtamētū nullū.tenet Roma.cōſi.33. q̃ allegat iura.tenet etiā Matthæ.de afflic.in.deci.neapo.195. nu.3.dixi in glo.ſup pte.no pueda ſucceder. ¶ Le *Qō.* gitimati an ſuccedāt in eccleſiaſtica emphiteoſi:ponit Matthę⁹ de afflictis.deci.neapo.386.nu.1.&. 4.

17 s ¶ De ſus abuelos. Nota circa hoc,q̃ † legitima- *Nota.* tus ſimpliciter:intelligitur legitimat⁹ quoad ſucceſſionē patris tātū:nō quoad ſucceſſionē aui,& aliorum

rũ aſcẽdentiũ. Tenet ẽt Ange. per illũ. textũ in authẽ. qbus mo. natu. effici. ſui. in. §. filiũ verò. colla. 7. & Bal. in. l. cũ in adoptiuis. 3. co. verſi. tantũmodo. C. de adopti. & in. l. oĩm. & ibi Bar. C. de natura. libe. quia quoad aſcẽdẽtes dicitur extrane⁹. vt in. d. §. filium verò. & in. l. fi. C. de natura libe.

nieto o deſcendiẽte ltĩmo o delegitimo matrimõio naſcido

t ¶ Siguiente matrimonio. & taliter legitimatus eſt verè legitimatus. ca. tanta. qui filij ſint legitimi. &. l. 2. ti. de las herencias. foro. le. &. §. fi. inſti. de nup. & authẽ. quibus mo. natura. effi. ſui. in. §. ſi quis igitur. colla. 7. meli⁹ in. l. 1. §. otroſi. ti. 13. quarta partita. vbi dicitur, q̃ filij nati ex cõcubina poſtea matrimonialiter copulata, ſunt legitimi per ſequẽs matrimoniũ. per quã legẽ hodie eſt cõprobata glo. in. c. tanta. qui filij ſint legitimi. quę in hoc multũ laborat, an filius natus ex concubina ſit verè legitimus per ſequens matrimoniũ, an fictè. & tandẽ concludit, q̃ eſt verè legitim⁹. licet. do. Anto. de Butrio. ibi tenet, q̃ nõ eſt verè legitimus, ſed q̃ dbet haberi pro legitimo. quia verbũ, habeatur, de quo in dicto. c. tãta. eſt verbũ fictitium.

18 Adde. Sed quia ſolet dubitari, an † legitimatus per reſcriptum principis, vel per ſequẽs matrimoniũ, dicatur verè an fictè legitimus. vide Bar. in. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuca. per Bal. in. l. eã quã. 1. 2. &. 12. co. C. de fideico. & in. l. cũ acutiſſimi. eo. ti. vbi per Pau. d̃ Ca. per Ange. in. l. iubemus. C. ad trebellia. per canoniſtas in. c. innotuit de elect. per Paulũ de Ca. in. l. ſed ſi hac. in. §. patronũ. ff. de in ius voca. & in. l. fi. C. de his qui veni. ęta. impe. ▽ Dicit tamẽ Bal. in. dicta. l. ſi is qui pro emptore. q̃ licet legitimatus dicit legitimat⁹, non tamen dicitur legitimẽ natus. quod nota, quia facit ad multa. ▽ Propterea dicit, q̃ ſi ſtatutũ facit mentionẽ de legitimatis: nõ comprehendũtur legitimati per ſequẽs matrimoniũ. quia ſtatutũ non verificatur in ſuo ficto. l. 3. §. hęc verba. ff. d̃ nego. geſtis. ▽ Sec⁹ dicit, ſi hæc verba proferãtur à iure cõmuni, & ita reſidet. ▽ Cuius cõtrariũ ipſe tenuit in. c. per venerabilẽ. in repetitiõe. 20. col. eo. ti. ▽ Et iſtud vltimũ putat eſſe verius do. Abb. in. d. c. tanta. 1. co. qui filij ſint legitimi. qa legitimati per ſequens matrimoniũ, ſunt legitimi, iuris authoritate. ▽ Nec obſtat verbũ, habeantur, de quo in. d. c. tãta. quia vbi profertur ab habẽte poteſtatẽ, paria ſunt dicere, ſũt legitimi, ſeu, pro legitimis habeantur. allegat ad hoc. c. ex parte. d̃ ſpõſa. ▽ Sicut in ſimili dicit Bar. paria eſſe q̃ ſtatutũ dicat, habeantur pro ciuibus, vel, ſint ciues. vt notatur in. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucapi. & in. l. ſi maritus. ff. de adulte. ▽ Illud etiam voluit glo. in. d. ca. innotuit. de elect. in parte, conugata. vbi dicitur, q̃ matrimonium ſequens, purgat vitia præcedentia. tenet Bald. in. l. eam quã. 6. col. verſi. de vno dubitatur. C. de fidei-

19 co. ▽ Ex quo infertur, q̃ † legitimatus per ſequens matrimonium, ſuccedit parentibus, & aliis aſcendentibus, ſicut legitimus & cum legitimis. & hoc tenuit Bald. in. l. ſi te. C. de ſuis & legitimis hæredibus. habetur in. l. fina. in fine. C. de his qui ſponte mune. ſube. per Bald. in dicta. l. eam quã. 10. co. C. de fideico. Spe. in ti. de teſta. §. 4. Pau. de Caſtro cõſilio ſuo 221. doctores in dicto. *Infertur*

o legitimado por ſiguiẽte matrimonio⁹ el tallegitimado⁹no

20 capit. tanta. ¶ Sed quæro iuxta hoc. Eſt † conſuetudo in his regnis, q̃ maior natu legitimus ſuccedat in maioratu parentum. quidam habuit filiũ ex concubina, cũ qua poſtea matrimoniũ cõtraxit: & aliũ filiũ ſuſcepit ex eadẽ. ▽ Quæritur quis eorũ ſuccedat in maioratu: an prius nat⁹, & p ſequẽs matrimoniũ poſt legitimat⁹: vel ſecũdò nat⁹ ĩ matrimonio. Videtur q̃ ſecũdò nat⁹ legitimus præferatur prius nato, & per cõſequẽs matrimoniũ legitimato. Vtte net Ioã. And. in regula ſine culpa. de regu. iuris. li. 6. in mercu. & Ioan. de Imol. in. l. ex facto. 6. co. ff. d̃ vulga & pupi. & Bal. in. l. quotiẽs. C. d̃ rei ve. & in. d. l. eã quã. 10. col. ver. ſed pone. C. d̃ fideico. Oldra. cõſi. ſuo. 94. vbi dicit q̃ legitimat⁹ primogenit⁹ nõ excludit ltĩmũ ſecũdo genitũ à ſucceſſiõe regni, in quo debet ſuccedere primogenitus legitimus. & facit pro eis iſta lex, inquantum dicit, q̃ legitimatus non ſuccedit cum legitimis. ▽ Contrarium videtur aliquibus: quia legitimatus per ſequens matrimonium, eſt verè legitimus per. d. iura, non ſolum quo ad ſuccedendum in dignitate. vt per gloſſ. & doct. in. d. c. innotuit. ▽ Item. qui eſt cauſa beneficij conſequendi, non debet à beneficio remoueri. tenet Bal. in. d. l. cum quis. C. de natura. libe. & ibi plenè in additione. ▽ Et poſſet reſponderi ad contraria, q̃ Ioan. And. in. c. regula. ſine culpa. & alij, de quibus ſupra, loquuntur in alio caſu. ſ. quando legitimatus & legitimus ſunt nati ex diuerſis matribus: ſecus ſi ex eadem, vt in caſu noſtro. ▽ Sed primũ tene, quia hęc opinio eſt cõmunis, & eã etenet Bal. in. l. imperialis. §. his illud. ver. & ideo ſi fit cõſuetudo. C. de nup. p illũ tex. & per. l. ſenatoris filium. ff. de ſenatoribus. quia debet eſſe primogenit⁹ regis, & à rege, pcreat⁹. & idẽ tenet Bar. in. l. cũ ſatis. vltima col. de agrico. & cẽſi. li. 11. qa qualitas adiuncta verbo, ſignificat ſecũdũ verbi tẽpus. l. in. delictis. §. ſi extraneꝰ. ff. de noxa. l. ex facto. §. ſi qs aũt. vbi vide. ff. ad trebe. & vide Bar. latius loquẽtẽ in materia in. l. ſenator. de dignita. li. 12. & gl. in. d. l. imperialis. & Ioã. Baptiſta in. c. ex inſinuatiõe. de iure patro. pleniſſimè Marian⁹ in tractatu d̃ primogenitura. Frã. Cremenſis conſilio ſuo. 50. *Contra.* *Sõ.* *Qũ.*

21 ¶ Sed quia doctores, vbi ſupra, tenent, q̃ † legitimat⁹ per ſequẽs matrimoniũ efficitur verè legitimus. &c. quid ſi conſuetudo, de qua ſupra vt diximus, defert hæreditatẽ primogenito: an pſerat ĩ ſucceſſiõe pri⁹ nat⁹ & p ſeqns matrimonium

6 rò † legauit alimenta, intelligitur ſecundum quod teſtator illa conſueuit dare ei, cui legauit alimenta. Si tamen non conſueuit aliquid dare in vita, præſtabit alimenta ſecũdum legatarij perſonam, & facultatem hæreditatis. ita textus in. l. 24 tit. 9. ſexta parti. & ibi plenè in glo. vbi vide. ¶ Itẽ quæro. Vxor Qõ.
7 † legauit viro ſuo, vel econtra, vinum cum vaſis. an veniant in legato etiam vaſa vacua, vel ſine vino. Tene q̃ veniunt tantum vaſa plena vino. quia acceſſoriũ reſtringitur per principale. textus eſt ſingularis in. l. prædiis. cum glo. de lega. 3. ¶ Multo-
8 tiens † tamen legatum extenditur, & largo modo intelligitur factũ. vt ſi rei legatę accedit aliquid ędificatione, plantatione, ſeu alluuione, quia intelligitur etiam illud legatum cum re principaliter legata. ita textus in. l. 37. titu. 9. ſexta parti. ☞ Item eſt ca-
9 ſus ſingularis in. l. 42. dicto titu. 9. in quo † legatum extenditur. puta ſi legatur quadriga, vel currus, q̃a debentur etiam beſtiæ adiuuãtes currum, vel quadrigam. & ſi beſtiæ moriuntur, & alię ponuntur loco illarũ per teſtatorẽ, debentur legatario. quod eſt notandũ, vt ibi. ¶ Maritus ſi ex forma ſtatuti debet lucrari certam partẽ dotis & vxor aliquid ei leget in teſtamẽto, tale legatum quanuis ſimpliciter factum computatur in lucro talis ſtatuti. Hãc dicit cõmunem ſententiam Iaſo. in authen. præterea. pe. col. C. vnde vir et vxor. Quod limitat dupliciter. vt ibi per eum. refert Soci. in regula. 283. vbi vide.
10 a ¶ Marido. dicitur † quaſi maris ritus. tenet Paul. de Ca. cõſilio ſuo. 112. & plerũq; vir ponitur p̃ marito. l. 1. cũ glo. 1. ve. itẽ quidã. de digni. li. 12. & l. 1. & in rubro. C. vnde vir & vx. ☞ Quod ẽ verũ cũ adiectione fœminę, aliàs ponitur p̃ adulto ſecũdũ Bar. in. l. cum quis. §. codicillis. verſi. nota ſecundo. de lega. 3. & in. l. ſeruus. de lega. 1.

b ¶ Alguna coſa. Iſta verba modicum ſignificant. vt. l. 3. titu. delas dona. fo. legum. quia non poteſt excedere quintam partẽ bonorum coniugis, ſtantibus liberis. dixi infra iſta lege in parte. en la parte. in fine. Tenet do. Abb. in. c. relatũ. el ſegũdo.

2. col.

2. colu. verſi. ex quo ſecundo infero de teſta. Vel dic, ꝙ relinquitur arbitrio iudicis, cùm non exprimatur quãtitas. per.c.de cauſis.de offi.dele. ſed primum verius. ¶ Quando legata vel donationes dicãtur minimę aut paruę, vide per Bar.in.l.niſi.§.quãuis. ff. ſi cui pluſquã.

Q̃. per.l.falci. ¶ Sed quæ muger al tiẽpo deſu
11 ro † Maritus inter vi muerte ò de ſu teſta
uos, vel in ſuo teſtamento reliquit vxori tantum: quod totum non potuit capere tempore donationis, vel teſtamenti, licet tempore mortis ſic: nunquid capiet totum? Barto.in.l. fina.circa finem ver. pone ergo. ff.de regu. catho. tenet ꝙ ſic. Idem dicit in ſtatuto, quo cauetur, ꝙ legatum factum forenſi, non valeat: ꝙ ſi legatarius erat forenſis tempore teſtamẽti: & tempore mortis factus eſt ciuis, ꝙ nihilominus debetur ei

Contra. legatum. ¶ Cuius contrarium ſentit Bal.in.l.eam quã.pe.col.verſi.ex his apparet C.de fideico. dum
12 loquitur in filio ſpurio dicẽs. † Pater principaliter legauit filio ſuo ſpurio: quod capere non poterat: ꝙ licet poſtea filius legitimetur, teſtamentum patris non conualeſcit. quia vbi deficit fundamentũ, deficit & fundatũ. & vide eundem Bal.in.d.l.eam quã. ante pe.co.ver.quęro nũquid. qui dixit, ꝙ quando teſtamentũ ab initio nõ conſiſtit ratione cauſę materialis, & ratione rei legatę, ꝙ non conualeſcit. argu.tex.in.l.r. §.ſi filio.de lega.3. tenet Pau.de Caſt.

Sa. in.l.2.&.3.C.de poſthu. hęre.inſti. vel ex. ¶ Aduerte, quia opinio Bald. & Paul.de Caſt. non contrariantur opinioni Barto. nam Bald. & Paul. lo-
13 quuntur in caſu, quo † teſtamentum à principio eſt nullum. & quod à principio eſt nullum, tractu temporis non conualeſcit. vt regula. Non firmatur. de regu. iur. lib.6. Barto. verò loquitur, quando relictum à principio nõ fuit nullum, quod tractu temporis confirmatur. Ad quod bene facit.l. 19.&.23.cum ſimi. infra. vbi patet, ꝙ ſi pater donauit in vita vel in mortis articulo, vt valeat donatio, habetur conſideratio ad bona, quæ teſtator reliquit tempore mortis: quia ſi vltra reliquit, retrahitur donatio ad ea, quæ tempore mortis potuit legare: & quod vltra, vel amplius reperitur legatum, non valet extunc. vt.l. 26. in fine.cum aliis infra. Quod credo verum, per dicta iura. & per tex. in.l.

Q̃. 7.titu. delas donacio.fo. legũ. de qua dixi in. l.69.
14 infra. ¶ Sed pone † teſtator legauit vxori ſuæ veſtes, quas habebat in domo: aliquæ erãt penes ſartorem, forte inciſæ, ſed nondum conſutæ: an tales veſtes veniant in legato. Tene ꝙ ſic. quia licet penes ſartorẽ eſſent, tamen deſtinatio animi mariti erat, vt factis veſtibus, reducerentur domum. ita pulchrè dicit Bar. in.l. ex facto. §.rerum.ff.de hæ-
15 redi.inſti. ¶ Quod intellige † de veſtibus, quę erãt

Intelli- permiſſę portari. nã ſi in loco teſtatoris erat ſtatu-

ge. tum, quod veſtes ſirici, vel cum margaritis portari non poſſent: tunc non videntur legatæ tales veſtes prohibitæ. tenet idẽ Bar.in.l.quãuis. ff. de auro & argen.le. Sed an tunc debeatur æſtimatio, vide per Bal.in.l.cum te. C.de dona.ante nup. & in rubrica. C.de cõdi.fur. vbi dicit, ꝙ dẽbetur æſtimatio. & idẽ tenet Fran.Cre.conſilio ſuo. 64. ¶ Et quid ſi margaritę ſunt fictę. vide ibi in additiõe. ¶ Itẽ *Nota.*

mẽto no ſe le cuẽte[d] ſi † teſtator iuſſit filios educari ſeu alimẽ-
16 ẽ la parte[e] que la mu tari penes matrẽ, per iſta verba videntur alimenta relicta matri. tenet Bal.in.l.ſi mulier. ff. de vſufru.
17 accreſ. ¶ Fortius dicit Fran.Cre. cõſilio ſuo. 65. ꝙ † ſi maritus reliquit vxori habitationem cum filiis, ꝙ tacitè videntur alimenta legata ipſi vxori. allegat Bald.in.l.fi.C.de edic.di.Adria.tol.

Adde. Verumtamẽ eſt, ꝙ ſi debet alimẽtari, debet ꝙ hęredibus viri laborare. ſecundũ And.Sicu.in.c. cõſenſus. co. 2.in.ver.incipiente. vbi ſi vxori. de rebus eccleſiæ alię. vel nõ. idẽ dicit Alex.in.l.diuortio.co.5.ſuper glo.2.cũ duabus ſequẽtibus. & ibi Bar.in prin. co. 2.in.ver.extra gl.quæro. ¶ Qđ intellige, ſi vxor cũ marito ſolita erat laborare. vel quia eſt multũ nobilis. aut magna principiſſa. vel quia eſt ſenex. aut in ætate, in qua laborare non poteſt. vt ibi.

c ¶ A ſu muger. dummodo non excedat quintã partem bonorum. l. nona. titulo delas mandas. fo
18 ro legũ. cum ſimilibus. ¶ Sed quęro. † Maritus in Q̃. ſuo teſtamento legauit vxori ſuę certam quantitatem: vxor deceſſit viuo teſtatore: qui cõualeſcens, aliam ſuſcepit in vxorem: nunquid mortuo viro, ſuperſtite vxore ſecunda, videatur legatum primę vxori, an ſecundæ. Bal.in.l.fin.3. col. verſi. & nota ꝙ ſi talis vxor. C.de indic.vidui.to.dicit, ꝙ debetur primæ vxori, non ſecundę. quia teſtator videtur đ ea ſentire. vt.l.ſi quid eorum.§.fi.de lega.3. ¶ Sed Bar.tenet contrariũ in.l.gaio.in princi. ff.de alimẽ. & ciba.le. & pro eo facit lex. itẽ legato. §.ſi vxori. đ lega.3. vbi dicitur, ꝙ legatũ vxori debetur, ſi vxor erat tẽpore mortis legantis. ¶ Item facit pro Bar. l. ſi cognatis. ff. de reb⁹ dubiis. & quod notat Oldra. conſilio.212. & Alexan. in additio. ad Bal.in.d.l. fi. C.de indic.vidui.to. Sed ſępenumero vidi Bal. in. d l.fi.2.co.ver. & nota. attamen non potui ex eius dictis colligere contrariũ eius, quod dixit Bar. in dicta.l.gaio. niſi intelligas Bal. ſecundum concordantias, quas allegat. vide eum, & tene cum Bar. quia. d.l.ſi quis eorum. in.§.ſi quã inducit. Bal. pro ſe loquitur in caſu certo, vt quia teſtator emit cauſa prioris vxoris, quæ poſtea legauit ſecundę. Vide etiam in.l.ſi auguſtę. de lega.2. quod intellige, quando teſtator legauit vxori, nõ expreſſo nomine vxoris, aliàs ſecus vt ibi. ¶ Item eſt verum in donatione *Limita.* liberali, ſecus in remuneratoria. vt ſi maritus legauit vxori propter ſeruitia pręſtita in eius infirmitate, quam tunc patiebatur ipſe teſtator: quia cùm ſit certum de qua vxore teſtator ſenſerit, non de-

Oppo. betur ſecũdę,cũ tũc ceſſent prę ſumptiones. ☞Sed videtur q debetur legatũ per legem.9.ti. 11. ſexta
19 partita.&.l.certũ.ff.ſi certum peta. vbi dicitur † q ſi teſtator legat titio amico ſuo,& ſunt duo titij amí
Solutio: ci teſtatoris,q neutri detur legatum ☞Solutio.verum eſt,quando non poteſt conſtare per coniectu ras de quo ſenſerit teſtator.vt.d.l.9.&.d.l.certum.

Oppo. Adde. ☞Iterũ oppono contra ſupradicta.et videtur,q ſolũmodo teſtator videtur legaſſe primæ nõ ſecundæ vxori per textũ in.l.ſi ita eſſet.ff.de auro & argen. lega. &.l. qui filiabus. cum ſimilibus. de lega.1.per quæ iura fuit deciſum in capella Tholoſę. quæſtio notanda:
20 ☞Quidam † legauit cuilibet ex omnibus filiolis
Qõ. ſuis decem.facto teſtamento, vixit magno tẽpore, & plures filiolos fecit,& habuit. non mutato teſtamẽto deceſsit:quo mortuo,veniũt filioli facti poſt teſtamentũ,& volunt habere legata,ſcilicet decem ab hæredibus.hęredes dicũt q nõ tenentur:quia teſtator ſolũ intellexit de filiolis exiſtẽtibus tẽpore teſtamẽti,per dicta iura:maximè,quia pronomina poſſeſsiua,meũ,tuũ, ſignificant præſens tẽpus. vt
Cõtra. in legibus ſuperius annotatis. ☞Legatarius in cõtrariũ dicebat per legem ſi cognatis.ff.de rebus dubiis.et.l.ſi quis filiabus.ff.de teſta.tute.&.l.ſi ſeruitus.ff.de ſeruitu.vrba.prædio.&.l.fi.C. quæ res pigno.obli. po. & fuit cõcluſum in dicta capella pro prima parte,vt patet in dictis deciſionibus. q.190.
Solutio. ☞Nec videtur obſtare dicta.l.ſi cognatis. ff.de rebus dubiis.quia loquitur per verba indiſinitè prolata. Idem in.l.ſi ſeruitus. ff. de ſerui.vrba. prędio. ☞Nec obſtat.l.fina.C.quæ res pigno.obli.po.quæ loquitur per verbum,& participium,& pronomẽ meum.quia ibi agitur de modico præiudicio .ſ. de obligatione.In noſtro autem caſu agitur de magno prędiudicio.ſ.de tranſlatione dominij ſecundũ Cynum ibi. ☞Item non obſtat dicta.l.ſi quis filiabus. ff.de teſta.tute.quia inter dare tutorem & legatum dimittere,eſt maxima differentia, vt ponit glo. in dicta.l.qui filiabus. de lega.1.vbi videtur textus de iſta.q.& per illã fuit deciſum in.d.capella.Et ibi dicitur in additione,q Bar.in.d.l.qui filiab9.dicit, q in tutelis ius interpretatur in dubio,q teſtator voluit prouidere poſthumo.vt.d l.ſi quis filiabus. & in.§.pe.&.fi.inſti.qui da.tuto.po. ſed in legatis dicit,q non ita de facili interpretatur:ideo quia ſi cogitaſſet ſe plures filiolos habuiſſe,non feciſſet legata.Quæ ratio in tutela ceſſat.Ideo in legato oportet apparere alias coniecturas, de quibus per eundem Bar.in.d.l.ſi ita eſſet. ☞Solutio. Aliud eſt idem legatum cenſeri ſecundæ vxori relictũ,quæ erat tempore mortis : & aliud eſt legatũ cenſeri duplicatũ, quod nõ videtur,niſi inueniatur expreſſum. Et ſic non repugnat quod ſuperius dictum eſt . Ex quibus legibus etiam colligitur , q poteſt legari certo de incertis:ſed quia hic patet, quòd legauit vxori,quæ certa erat , licet poſtea fuit certa de incertis. igitur.&c. ☞Nota tamen,q ſi teſtator legat in teſta Nota.
mẽto famulis ſuis non expreſſis eorum nominib9, q debetur his,qui ſunt tẽpore teſtamẽti.l.ſi ita.ff. d auro & argen.lega.etiam ſi eſſe deſierint tempore mortis.l.titia.& ibi Ange.ff. de manu. teſta . notatur in.l.ſi cognatis.ff.de rebus dubi.
21 ☞Adde.Teſtator † dixit,lego oẽs res meas, q̃ ſunt & repiri poſſunt Mutinę.qa intelligitur legatũ de oĩbus rebus,q̃ erant teſtatoris tpe mortis,& non q̃ poſt teſtamẽtũ reperiantur queſitæ.Ita voluit Bar. in.d.l.ſi ita.ff.de auro & argen.legato.pe.co.in.ver. ꝑ đclaratiõe.cũ diſtinctiõe.vt ibi.& Rapha.ful.cõ ſi.ſuo.37.circa finẽ.idem notat Ange.in allegata. l.
22 ſi ſeruitus. ¶Quid † ſi vir legat vxori oẽs veſtes Qõ.
ſuas:& illę oẽs ſunt corruptæ & aliæ factæ đ nouo, vtrũ extẽdatur ad futuras.Bar.in.d.l. ſi ita. dicit, q ſi teſtator addidiſſet aliã veſtẽ prima ſupereſſet illa adiecta nõ eſſet in legato:ſed ſi prima eſſet conſumpta,& alia facta loco primæ,tũc talis veſtis đ nouo facta cedit legato,qa prima videtur. ¶Quid ſi te- Qõ.
23 ſtator † legauit alicui laboragium, qđ habet in certo villagio:poſtea ibi emit aliquas poſſeſſiones,an illæ cedant legato. Et concludit,q ſi ẽ aliqua poſſeſſio addita vnà cũ illis,q̃ prius erãt:ita q cũ illis pñt laborare,venit in legato,aliàs nõ.vide Bar.ĩ.l.certarũ.ĩ fine.ff.de teſta.tute.& Bal.ſup rubrica đ verbo. ſigni.facit multum ad.l.46. vbi dixi in glo.1.infra.
24 ¶Quid † enim ſi fuerit legatũ factũ canonicis,an Qõ:
debeatur canonicis poſtea creatis.Bal.in.l.non modus.C.de ſeruitu.dicit,q debeatur.quia ex quo potuit taxare numerũ canonicorũ,& non taxauit,indefinita æquipollet vniuerſali.d.l.ſi ſeruitus. ff. de
25 ſeruitu.vr.prędio. ¶Et † quod hic dicitur,eſt ſec9 Fallit:
in actibus.puta ſi pater non habens filios facit actũ pro filiis:ſi poſtea filij naſcantur,non conualidatur ille actus.ita dicit Alex.in.2.volumine.cõſilio.170. incipien . Viſo proceſſu. &c. ver. nec obſtat quod
26 Ioã.quia dicit,q † omnis diſpoſitio debet iudicari ſecundum tẽpus,in quo confertur.vt.l.in tẽpus. ff. de hęre.inſti.l.quod ſponſę.C.de dona . ante nup:
27 l.in fuga.ff.ad legem falci.de plagia. ¶Quid † ſi vir legauit vxori ſi viduitatẽ ſeruabit,nõ tamẽ portat habitũ nigrũ , an videatur per hoc non ſeruare viduitatẽ.Bal.in.l.decreto.p illũ textũ.C. ex quib9 cau.infa.irroga.tenet,q non dicitur ſeruare viduitatẽ,ꝑterea nõ conſequitur legatũ, vel q ꝑdit legatum.Idem Bal.in.c.1.co.2. in. ver . dicit lex quo tẽpore miles inueſtituram petere debet. vſib9 feu. dicit,viduã ſtatim mortuo viro debere indui veſte lugubri:& q finito anno,poteſt dimittere. ☞Tamẽ Contra.
videri meo dicta lex.decreto.& ibi Bald. 2.notabi. C.de infami.dicunt,q vidua non tenetur induere ſeveſte lugubri,nec plorare in morte vel funere viri.ſatis enim eſt viduam ſeruare honorem viri,donec tenet viduitatem . vt habetur in authentica.cui relictum.& ibi Bald.1.co.C.de indic.vidui. tollen. ☞Et honor viri ſtat,qñ vidua caſtè viuit.vt p . Bal.

in.l.deo

in.l.deo nobis.2.co.in ver.iuxta prędicta quęritur. C.de epiſco.& cle.glo.& docto.in.d.authē.cui reli ctū.ver.in nuptiis.& ibi Bald.2.co.ver.nota.q̄ anima mariti.C.de indic.vidui.tollen. &.in.l.fi.2.col. in ver.quid ſignificēt.eo.ti.Ange.in authē. de non eligē.ſecū.nub.§.cū igitur.collatio.2.And. de mōt. vlbeano.cōſilio incipiēte.videtur q̄ hęreditas &c. Pau.de Ca.in.l.2.vel.3.C.de inſti.& ſubſti. ſub cō di.fac.Bal. in.l.fi.C.quādo muli.tute.offi. fun.po. omnino per Bar.in.l.mulier.§.cum proponeretur. in fine.ver.vlti.Oldra.ff.ad Trebe.In hoc quidem mihi videtur cōſiſtit honor viri,non in habitu,ſed in vita & actu. ☞Maximè,quia hodie Hiſpanę viduæ in ſignū viduitatis vtuntur velo albo, & longo,vſq; ad cingulum,non velo nigro.

d ¶ No ſe cuente. quia ſeparatæ ſunt cauſæ.vt. l. creditor. C. ad legem falci. dixi ſuper iſta lege, in prima glo.

28 Adde. Maritus† legauit vxori certum quid animo compenſandi cum ſeruitiis & aliis iuſtis cauſis.an videatur compenſare etiam cum fructibus perceptis ex bonis feudalibus vxoris. Doctores in.l. ſi cum dotem. §.ſi pater.ff.ſolu.matrimo.de qua mentionem feci in glo. 1. iſtius legis.diſtingunt inter debitum neceſſariū ex legis diſpoſitione,& debitū voluntariū. ☞Primo caſu dicunt, quod inducitur compenſatio, etiā ſi non dicatur,quòd animo compenſandi.vt in.l. ſi pater.& in.l.cum pater. §. quod dotale. de legat.2. notatur in.l.huiuſmodi.& ibi Alex.plenè de lega. 1.l. titia.§. qui in vita.de lega.2. ☞Si verò debitum eſt voluntarium : & tunc ſi nō apparet expreſſè q̄ voluit compenſare,nō pręſumitur animus cōpenſandi.per tex. in.l. vnica. §.ſciendum eſt.C. de rei vxo.actio.de qua in.d.glo.1.&.l.creditorē.de lega.2 ☞Ita etiā firmat Pau.de Caſt.conſi.132.incipiente. licet iſta doctrina.bene facit text. in.l. planè. ff. de alimen. & ciba.lega. Bal.in.l.ſi adiecta.C.de hære. actio.Ange. in dicta authen.præterea.C. vnde vir & vxor. Alex.de Imol.2. volu.conſi.12.col.2.& in eo volu.conſi.132.domi.Car.& Ioan.de Imol.in.c. officij. de teſta.vbi ſic diſtinguit. ☞Aut debitor legat animo compenſandi,& hoc conſtat:& tūc creditor,vel vxor, vt hic in textu,alterum tantum petet.l. ſi cōpenſandi. C. de hære.inſti. l.ſi ab vno.de lega. 2. & in. d. c. officij. ☞Aut legauit animo non cōpenſandi:& hoc cōſtat: & creditor vel vxor petet vtrūq;,vt dixi.per dictum.§.ſciendū. ☞Aut eſt dubiū,& tunc. ☞Aut eſt debitor ex diſpoſitione legali, & intelligitur relinquere animo cōpenſandi. vt d.§.ſi pater. ☞Aut eſt debitor ex obligatione cō tracta,& non intelligitur relictū animo cōpenſandi.vt.d l.creditorem.de lega.2. ☞Et iſtam diſtinctionem ſequitur de verbo ad verbum Ioan. de Imol. ibi. ☞Quòd autē in caſu,de quo quęritur,ſit inducta compenſatio per dicta verba contenta in teſtamento, colligitur,ſi teſtator legauit vxori creditrici animo compenſandi cum ſeruitiis præſtitis, vel cum melioramentis,& alis iuſtis cauſis. Quæ verba ſunt generalia,apta comprehendere ex quacunque iuſta cauſa ipſe teſtator tenetur q̄ legatum ſit animo compēſandi. ☞Nam ex verbis generalibus teſtatoris comprehēditur eius animus, ſiue mens, vt patet in.l. ſiquis. in principio teſtamenti. de lega.3.& in.l.fi.C. quod cum eo.l.quātuberionis.§.1. ff.de peculio.notatur in.c.qui ad agendum. de procura.in ſexto. ☞Hæc iura ad hoc allegat Alexā.de Imol.in.2.volu.conſi.115.colu.7. ☞Et propter dicta verba generalia videt generaliter cogitaſſe omnem iuſtam cauſam debendi.vt in.l.qui iure militari.ff. de teſtamen. mili. Bar.in.l. ſub prætextu ſpecierū: C.de tranſactio. quæ iura ad hoc allegat Alexā. de Imol. in primo volu.conſil.42.5. col.in verſicu.4. ☞Itaq; ſi diſpoſitio in genere idem operatur,quod operatur diſpoſitio in ſpecie. vt dixi in.l.7.in glo. ſuper parte, priuilegio nueſtro. et text. in. d.l.qui iure militari. & docto.in.d.l.ſub prætextu. & Ange. in.l. tres fratres. ff. de pactis. ſecundum Alex. in. 4. volumi. conſi. 98. 1. col. ¶ Et ſic verba generalia,ſcilicet & aliis iuſtis cauſis,probant eiuſdē teſtatoris mentem,quòd legauit animo cōpenſandi.nam ea quæ continentur in genere,habentur ac ſi ſpecialiter eſſent dicta.vt in.l.ſi quādo.de lega.1. &.l.ſi chorus. de legatis.3. l. omnes. C.de præſcri. 30. annorum. notat Bal.in.l. in teſtamento.ff.de mili. teſta. & in.l. 1. C. de iura. calum.& in l. fina. C. de iure aure. anu.& in.c.1.in prin.per quos fiat inueſti. ☞Et per conſequens ſub verbo,animo compenſandi cū ſeruitiis & aliis iuſtis cauſis,comprehēditur cauſa iuſta debitæ perceptionis fructuum ex bonis extra dotē.quia ſub genere comprehēditur eius ſpecies. vt in.d.l. chorus. cum ſimili. ☞Et verba generalia ad omnia extēduntur. l. pluribus. ff. de acceptila.l.emptor.§.lucius. & ibi glo.& docto.ff.de pactis. Cin.& Bal.in.d.l.ſub prætextu ſpecierum.& in.l.ſi decreta. C.de tranſa.& in.l. cū tutoribus.§.fi.ff.de trāſa.& in.l.ex pluribus. in prin. ff. de ſolu. & in.l. amelius. §.gaius.ff.de libe. lega. doctores in.c. 1.de tranſa.quæ iura allegat Alexan. in primo volu.conſi.46.col.1. ☞Et ſi dicatur,q̄ vbi iura dicunt,q̄ ſpecialiter aliquid operatur, nō ſufficit exprimere in genere.per nōta.in.d.cap.qui ad agendū.& in.l.2.§.quęſitū.ff.ſiquis cautio. & dicit Ange.in auth.de hęre.& falci.§.ſi verò expreſsim. colla.1.q̄ nō videtur ſatiſfactū legi, vbicūq; lex requirat aliquid ſpecialiter fieri ſeu expreſsim, ſi fiat verbis generalib⁹.Et idē Ang.in auth.de nup. §.ſoluto.colla.4.perBar.in.l.fi.§.omnē.inverbo,ſpecialiter.C.de admi.tuto.facit.l.ſi quādo.§.& generaliter.& ibi Bal.C.de inoffi.teſta.q̄ iura allegat And. Sicu.in cōſi.19.in fi. ☞Sed tex.in.d.l.vnica.§. ſciendum.C.de rei vxo.actio.dicit,q̄ quādo maritus legat vxori,niſi expreſſe dicat,q̄pro dote,vel pro debito legat,q̄ habebit vtrūq;.ſ.debitum & legatum.

Ad qđ reſpõdetur, q̃ expreſſa dicũtur eſſe nõ ſolũ illa quę apparẽt ex verbis expreſsis, verũ ex cõiecturis. vt in.l. licet imperator. de lega. 1. &. l. ſi quis locuples. ff. de manu. teſta. nã & probatio per cõiecturas dicitur probatio manifeſta. l. licet. de lega. 1. Bal. in. l. ſi quãdo. C. vnde vi. & in. l. 1. in fi. ff. de verbo. obli. vt dicit Alex. in. 2. vol. cõſi. 12. co. 4. ℣ Nec obſtãt in contrariũ allegata ſecundũ Ange. in. d. §. ſi verò expreſsim. q̃ vbi lex requirit aliquid fieri expreſſè pro eo, quia factũ ſimpliciter eſt cõtra diſpoſitionẽ iuris cõmunis: tunc illud videtur fieri expreſſè, quod ſit per verba ſpecialia hęc importãtia. ita loquũtur cõtraria: ſed vbi per legẽ aliquid requiritur fieri expreſſè, nõ ex eo q̃ fiat cõtra diſpoſitionẽ iuris cõmunis, ſed quia lex ſic mandat q̃ fiat, expreſſè dicitur fieri, etiã ſi ex cõiecturis apparet. Iſta ſunt verba notãda Ange. in. d. §. ſi expreſsim. et in. l. ſi prætor. §. marcellus. ff. de iudiciis. facit. l. lucius. §. lucius. de lega. 2. Bar. in. l. ſi quis. §. an verò hæredi. 1. co. ver. ſed quęro quę erũt. ff. de edẽdo. loquitur tamen de manifeſta. ℣ Et pro cõfirmatione hu-
29 ius doctrinę, facit: quia hodie requiritur, q̃ † nouatio fiat expreſſè per. l. fi. C. de nouatio. & tamẽ dicitur expreſſè fieri nouatio, ſi per coniecturas appareat, q̃ partes voluerũt facere nouationẽ: ita ſatiſfactum eſt legi volenti q̃ expreſſè fiat cõpenſatio. ita dicit Ioan. de Imo. in. l. delegare. ff. de nouatio. ſentit Cinus in. d. l. fi. hoc expreſſè firmat Alex. in. 2. volu. conſi. 72. col. 1. ℣ Item pro hoc facit dictum Bal. in. l. in tẽpus in fine. ff. de hære. inſti. vbi dicit, q̃ quando dubitatur de perſona hæredis. ſ. de qua ſenſit teſtator, debet fieri probatio apertiſsima. Ta-
30 mẽ dicitur apertiſsima probatio † ſi fiat per indicia. argumẽto. l. imperator. de lega. 1. & in. l. qui habebat. ff. de rebus dub. Quod eſt menti tenendũ ad intellectũ. d. l. in tẽpus. & l. quotiẽs. §. hęres eo. ti. & l. 10. ti. 5. ſexta partita. in princi. vſq; ad verſi. mas ſi vna palabra. eſt etiã ſingularis intellectus. ad. l. 9. titu. 9. ſexta partita. & ad. §. ſi quis in nomine. inſti. de lega. & ad. l. certum. ff. ſi certũ peta. & ad. l. ſi fortidianum. C. de legatis. ¶ Et in materia compenſationis Albe. de Roſa. in. l. filię legatorũ. C. de lega. dicit, q̃ voluntas cõpenſandi probatur, ſicut aliàs probatur voluntas per coniecturas. vt. l. cũ proponebatur. de lega. 2. & in. l. 3. ff. de inoffi. teſta. licet dicat, q̃ Guido de Suza. tenet, q̃ debet talis voluntas expreſſè probari per duos teſtes. quia iſtud nõ eſt probare teſtamentũ: ſed declarationẽ, vt in. l. hęredes palam. §. ſed ſi natã. ff. de teſta. ℣ Si ergo verba generalia declarant animum cumpẽſandi, ergo expreſſè inducta eſt compenſatio: cùm in teſtamentis potius mentẽ etiam tacitam, quã verba ſunt attendenda. vt in. l. 3. C. de libe. præte. l. inter veſtẽ. ff. de auro & argen. lega. quæ iura ad hoc allegat Alexan. in. 3. volu. conſi. 55. in. 1. colu. ¶ Secundò, q̃ †
31 legatum ſit factum animo compenſandi, apparet: quia non eſt veriſimile, q̃ teſtator voluit duplici onere præ grauari, nec grauare ſuos hæredes, vel proximiores in gradu in teſtamento, vel ab inteſtato, & ſucceſsiuos, videlicet, vt teneantur ſoluere legatũ ita vniuerſale, & ipſos fructus perceptos. lex enim teſtatoris regulatur ex veriſimili. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de lega. 2. c. inſpicimus. de regu. iuris. l. ſicut certi. & l. ſi cũ vel in vtero. C. de teſta. mili. l. titus in prin. ver. 1. ff. de libe. & poſthu. Alex. in. 4 volu. conſi. 77. in. 6. col. ℣ Cùm ergo non videtur veriſimile q̃ teſtator voluiſſet ſuos hęredes ſic duplici onere grauare, attentis verbis cõtentis in lega to, præſumendum eſt, teſtatorẽ voluiſſe compenſare cum melioramentis vxori ſuæ pertinentibus an ne. ℣ Nec obſtat, q̃ illud veriſimile de quo loqui- So.
tur textus in. d. §. qui in vita. procedit in debito neceſſario. quia dico, q̃ ratione duplici videtur onere grauare hæredem. procedit tam in debito neceſſario, quã in debito volũtario, quando ex coniectura apparet de animo cõpenſandi. vt dictum eſt ſupra. Et ſic bene facit textus in dicto. §. qui in vita. in ratione ſui. ¶ Tertiò, † ſi teſtator legaſſet ſimpliciter vxori dicta bona, & non dixiſſet in compẽſam
32 ſeruitiorum, vel melioramentorũ, & aliis iuſtis cauſis, tale legatũ præſumeretur factũ ob merita. textus eſt in. l. nec adiecit. ff. pro ſocio. ℣ Si illa verba, in recompenſam ſeruitiorũ, intelligerentur ob merita et ſeruitia recepta, nihil importarẽt: quia eſſet expreſſum id, quod tacitum inerat. l. 3. de lega. 1. l. non recte. ff. de fideiuſſo. l. ſi arrogator. ff. de ado-
33 ptio. cum ſimilibus. ℣ Et † verba poſita in teſtamẽtis debent ſemper aliquid operari. vt. l. ſi quando. de lega. 1. ¶ Idem dicendum eſt in contractibus: Extẽſio.
quia verba cõtrahentium debent aliquid operari. vt habetur in ſpe. de emptio. & ven. §. 1. verſicu. ſed quid ſi in teſtamẽto. ℣ Ideo dicit Bal. in rubrica. 9. q. C. de contrahen. emptio. q̃ quodlibet minimum verbum non debet eſſe ſine uirtute aliquid operãdi. c. ſi papa. in fine. de priuile. in ſexto. cum cõcordan. ℣ Ergo illa verba, pro bonis ſeruitiis & aliis iuſtis cauſis, intelligi debent, q̃ facit dictum legatum animo compenſandi cum dictis melioramentis. ¶ Quartò † talis præſumitur eſſe voluntas teſ-
34 tatoris, qualis eſſet debet. l. 6. in parte. Y eſto es. titu. 3. ſexta partita. cum ſimi. Nam teſtator fingitur cogitare, quod lex diſponit. vt dicit Bal. in. l. precibus. penulti. col. in princi. C. de impube. & aliis. pro quo allegat. l. ſi duo. ff. de acqui. hæred. quia volũtas alicuius talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet. dicit Bald. in. l. 1. fi. co. C. de ſacroſan. eccle. Et dicit Bar. in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebelia. q̃ teſtator præſumitur voluiſſe id, quod vult lex & ſtatutũ. Idẽ dicit Ioan. de Imol. in. l. fi. ff. de conditioni. inſti. Alexan. in ſecundo volu. conſilio. 36. colu. 4. Sed legis diſpoſitio vocat patres, fratres, & alios de cognatione ad hæreditatem decedentis. vt l. 6. & 7. ſupra cum ſimili. Ideo præſumendum non eſt, quod teſtator voluit prę ferre vxorem ſuis

parentibus

parentibus deſcendentibus & collateralibus. quia teſtator magis præſumitur diligere ſuos, quã extraneos. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſti. & ſubſti. & in. l. cum alienam. C. de lega. l. 1. cũ glo. in verbo, paterno. ff. de in ius voca. ſecundum Alex. in. 2. volu. conſilio. 130. in. 2. co. ℣ Si enim teſtator inſtituit, quos inſtituere debuit: & vxori relinquit amplum legatum in compenſationem ſeruitiorum & aliarum iuſtarum cauſarum, & non intelligeretur animo compenſandi cum melioramentis, ſolutio melioramentorum facienda per heredes abſorberet maiorem, vel magnam partem portionis hæreditatis. maximè ſi fratres, vel alij inferiores conſanguinei eſſent inſtituti, & legatum vxori factum eſſet in magna quantitate, quæ abſorberet, vt dixi, quaſi totam portionem ipſorum fratrum, & eſſet expreſſe contra mentem teſtatoris. Et ſic vt eius mens ſeruetur, debem⁹ intelligere, ꝙ animo cõpenſandi fuit factum tale legatum. ¶ Quintò, quãdo
35 † verba teſtatoris ſunt generalia, debent ita intelligi, vt non videatur teſtator alienam agnationẽ ſuę agnationi anteponere. in. l. cum acutiſſimi. C. de fideico. & d. l. cum auus. ff. de condi. & demoſtr. & dicta. l. generaliter. §. cũ autẽ. de inſtitu. & ſub. Alex. in. 2. volu. conſilio. 28. in. 2. colũ. ℣ Igitur illa verba generalia, aiõ cõpenſandi cum fœminis & aliis iuſtis cauſis, intelliguntur in fauorẽ ſuorũ hęredum: ſcilicet, ꝙ ſit facta cõpenſatio cũ melioramentis, & nõ in fauorẽ vxoris, vt hęredes ſoluant vtrunque. ¶ Sextò oſtenditur, ꝙ illa verba, ꝙ legat aiõ compenſandi cum ſeruitiis & aliis iuſtis cauſis, debent intelligi ciuiliter: quia ſunt in ſcriptura redacta, & non ſecũdũ vulgarẽ & cõem vſum loquendi, & ſecundũ ꝙ ſimpliciter iſta lex loquitur. vt dicit Bal. in. l. lege. in fine. C. de legiti. hære. Cinus in. l. cum authoritate. C. de dona. ante nup. Alex. in. 2. volu. conſilio. 87. in. 8. col. ℣ Sed ſi teſtator legat id, quod debet, intelligitur de eo debito, quòd poteſt ab eo inuito extorqueri. vt in. l. is cui. §. flauius. ff. de ſolutio. l. vel obligare. §. 1. ff. de libe. cau. l. debitor. ff. de verbo. ſigni. Ita debent intelligi illa verba. ſ. ꝙ legatũ ſit factum animo compenſandi pro illa parte, ꝙ qua poterat conueniri: ſcz ad ſeruitia obſequialia domus, q̃ fecit vxor marito, non poteſt conueniri. vt bene colligitur ex his, quę dixi in proœmio iſtarũ legũ ſupra in glo. ſup parte. gratia. in. ver. ſecũdò ꝙ nõ quęlibet ſeruitia. &c. Et ſi ſunt ſeruitia, de quibus maritus poteſt cõueniri, quia fecit expectationẽ cũ marito tanti tẽporis, & eo tẽpore cũ facultate vtriuſq; multa ſuperlucrata ſunt, meritò de hoc ſeruitio intelligitur feciſſe cõpenſationẽ. ſ. de his, quæ iſto tempore ſuperlucrati ſunt. ¶ Septimò †
36 vbi poteſt dari aliqua cõiectura quã donatiõis, ceſſat præſumptio donationis. l. cum de indebito. ff. d̃ probatio. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. nota. Alex. in. 2. volu. conſi. 172. in fine. & in aliis ſuis conſiliis. Sed dicta verba, animo cõpẽſandi, etiam vt ceſſet animus donandi, poſſunt intelligi in compenſationem acquiſitorũ conſtante matrimonio. Ergo nõ debet intelligi vt importent do-
37 nationem. ¶ Octauo † tunc pro legatario dbet legatum interpretari. vt in. l. in teſtamentis. ff. de regu. iuris & in. c. cum dilecti de dona. quando nulla in contrariũ apparet coniectura, aliàs ſecus. vt dicit Cinus. Bal. & Sali. in. d. l. vnica. §. ne autem. C. de caduc. tollen. firmat Alex. in. 3. volu. cõſilio. 58. in fine. ℣ Sed contra legatariũ apparent ſupradictæ & infraſcriptæ coniecturę, ꝙ fuit legatum factũ animo cõpenſandi cũ melioramentis: ergo non debet fieri interpretatio in fauorem legatarij. ¶ Nonò. nõ eſt pręſumendũ, ꝙ teſtator elegit viam per quam eius diſpoſitio impugnaretur. l. meui⁹. in princ. de lega. 2. l. ſi miles qui deſtinauerit. ff. de teſta. mili. facit. l. quotiens in ſtipulationibus. ff. de verbo. obliga. c. abbate. de verbo. ſigni. ℣ Sed ſi diceremus in caſu, d̃ quo quęritur, teſtatorem voluiſſe vxorem habere tam amplũ legatum & tam ampla lucra ab hęredibus abſq; animo compenſandi, & ſic ꝙ haberet melioramẽta & legatũ: ſequeretur, ꝙ ei⁹ diſpoſitio nõ haberet locum effectualiter: quia hęredes non haberẽt ea, quę ſunt eis relicta, & ſic deſtrueretur ei⁹ voluntas. quod non eſt dicendum. ¶ Decimò. interpretanda voluntate defuncti, debet attendi id, quod eſt veriſimile. c. inſpicimus. de regu. iuris. in ſexto. l. ſeruus plurium. §. fi. de lega. 1. Et illud quod eſt veriſimilè, habetur pro expreſſo. l. titius. §. 1. & ibi docto. ff. de libe. & poſthu. & eſt glo. notanda. in. l. tale pactũ. §. fi. ff. de pactis. Alex. in. 2. volu. conſilio. 36. in. 1. col. Imò fingit lex, vt ſeruetur mens teſtatoris: ſed veriſimile eſt, ꝙ teſtator plus dixit, quã notari⁹ ſcripſit. d l. 6. ti. 3. ſexta partita in ver. y eſto
38 es. igitur. &c. ¶ Vndecimò. poteſt † conſtare de voluntate teſtatoris, ſi ante factum teſtamentũ, vel poſt ipſe protulit aliqua verba, per quę declarabatur velle cum legato compenſari lucra habita conſtante matrimonio. verba enim pręcedentia vel ſequentia poſt teſtamentũ, declarant animũ teſtatoris. l. qui filiabus. in principio. & l. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. de lega. 1. l. 3. ff. de libe. & poſthu. facit gl̃ ſi. in. l. & puto. ff. fami. her. l. vtrũ. ff. de peti. hęre. l. vxor. §. fi. & ibi Bar. de lega. 3. dixi in ꝓœmio iſtarũ legũ in glo. ſup parte. al bien deſtos reynos. ¶ Duode-
39 cimò. debet † coniecturari animus cõpenſandi ex eo: quia ſi legatũ factũ vxori eſſet in magna quantitate, vt dictũ eſt, & inſtituti eſſent agnati, vel cognati, ſi nõ fieret compenſatio, iſti hęredes non haberẽt facultatẽ ſoluendi legatum & medietatẽ acqſitorũ cõſtante matrimonio, ſi diſtraherentur bona ſtabilia teſtatoris contra tex. in. l. vnũ ex familia. d̃ legatis. 2. cum ſimi. ℣ Sed ſi intelligerent eſſe factã cõpenſationem, ceſſaret iſta diſtractio bonorum. pręſumendum eſt enim de animo compẽſandi. ad quod facit dictũ Bal. in. d. l. vnũ ex familia. §. ſi rem delega. 2. vbi dicit, ꝙ facilius preſumitur grauatus ille, qui

ille,qui facultatem rei præsentandę habet,quã ille, qui non habet.sed oportet rẽdimere.per illum tex. & per nota.in.l.cum à matre.C.de rei ven. ¶ De-
39 cimotertiò arguitur,ꝙ † legatum fit animo compẽ sandi, si post testamẽtum vxor dixit,ꝙ ipsa erat cõtenta de testamento,vel de legato: tunc enim satis. videtur,& bene colligitur, ꝙ non fuit eius intentionis velle agere ad partẽ bonorũ,imò renunciasse videtur,iuxta notata in.c.officij.de testa.& facit, ꝙ quando de vno dicitur,de aliis denegatur.vt in. c.nonne.de præsumptio.&.l.maritus.C.de procura.cum cõcor. ¶ Decimoquartò colligitur animꝰ compensandi,si probatur,quòd post testamentum testator fuit allocutus hęredem,dicendo, ꝙ ita dispoſuerat,ꝙ nullum esset litigium inter eũ & vxorẽ,sic apparet de animo compẽsandi. quia ex hoc, ꝙ dixit testator,extra testamentum, colligitur eius mens.vt egregiè dixit Alex.de Imol.in.4.volu.cõ filio.100.in.3.col. ☞ Quapꝓpter videtur dictũ legatũ fuisse factum animo compẽsandi cum ea parte,qua vxor dbuit habere in bonis mariti de acquisitis cõstante matrimonio. ☞ Dicit tamen in hoc Paul. de Ca.in.l.si compensandi.C.de hęre.insti.quòd tunc non debet fieri compẽsatio,nisi quatenus est in legato.si enim pars eorũ, quę superlucrata sunt, transcendit legatum in magna quãtitate:illud quod supereſt,vel transcendit,potest peti per vxorẽ. Pro quo etiam videtur tex.in.l.titia.§.qui in vita.de lega.2.& in.l.pe.ff.de alimen.& ciba.lega.notatur in dicta.l.si cum dotem.§.si pater.ff.solu.ma. licet glo. in.d.l.creditorẽ.de lega. teneat ꝙ in totũ sit facta cõpensatio.quia in tantũcensetur ęstimasse legatũ illud acceptando. ☞ Sedidẽ Pau.de Ca.in.d.l.compensandi.dicit.ꝙ glo.in.dl.creditorẽ.ꝓcedit, si testator,qñ legauit aĩo cõpensandi,dixit.cũ hoc,ꝙ nihil plus possit petere.secus si simpliciter legasset. Et istam opinionẽ sequitur Alex.ĩ.d.l.si cõpensandi.quicquid dixit ipse Paul.de Ca.in.d.l. creditorẽ vbi secutus fuit simpliciter glo.ibi. ¶ Et sic retenta ista opinione:si pars superlucrata vxoris ascenderet contenta in legato facto vxori animo compẽsandi,ex hoc deberet vxor cõstqui ęstimationẽ illius partis transgredientis ipsum legatũ.Sed reuera ista lex multũ facit in oppoſitũ,imò in expresso vi
Intellectus istius legu. detur decidere cõtrariũ. ¶ Procõcordia tamẽ isto rũ iurium,puto sic esse dicendũ,scilicet. ꝙ dispoſitio istius legis reuera procedit in casu,quo maritus simpliciter legauit vxori id, quod poterat legare, scilicet quintam partem bonorũ suorũ, quã poterat relinqre ꝓ aĩa sua,stãtibus filiis,vel aliis descẽdentibꝰ vt.l.9.ti.delas mãdas so.le&.l.18.infra.

¶ Vel tertiã partem, stantibus ascendentibus, vt lege.6.supra in.§.pero biẽ permittimos. ☞ Si tamẽ desunt descendentes & ascendentes,maritꝰ potest totam substantiã suam vxori suę relinquere. ☞ Si verò non relinquit totam substantiam,sed certã partẽ vel quantitatẽ:tunc maritus videtur legasse de suo, non de parte vxoris,quam ipsa vxor lucrata est,& debetur sibi de lucratis constante matrimonio. vt bene colligitur in.§.legatum.insti.de lega.& ex lege.10.ti.9.sexta partita.&.c.quod autem.§.1.de iure patro.c.pastoralis.de donatio.cũ simili. ☞ Propterea non videtur maritus in dubio legare vel donare vxori res vxoris:sed ipsius mariti,nec videtur legasse animo compensandi.vt plenè dixi in glossa illi legis.& Bar.in.d.l.1.§.primum.C.de rei vxo.actio. & Bal.in lege.si adulta.C.de hęre.actio.Et sic intelligo istã legem,quę vt ex ea patet, clarè, & apertè dicit,ꝙ maritus videtur legasse de suo,nõ de lucrata constante matrimonio. ¶ Si tamẽ ex verbis testatoris vel mariti contentis in testamento,vel extra,vel ex dictis testium potest apparere testatorẽ voluisse cõpensare cũ suplucratis:ꝓfectò tenerem absq; dubio debere fieri copẽsatio cũ multiplicatis eo mõ,quo supra dictũ est. ☞ Nã tunc satis videtur cõstare de animo & voluntate testatoris vel legantis. ☞ Ex quo voluntas videtur esse corã testibus aperta verbo,vel explicata factis.vt.l.reprehendenda.& ibi docto.C.de insti.& substi.iũcta doctrina Bal.ĩ.l.nõ codicillũ.2.co.in prin.in.ver. extra not. ex hac.l.C.de testa.dixi in.l.2.in pte. voluntad. in ver.itẽ nota ꝙ volũtas.supra.&ĩ.l.26.glo.1.in. ver. ĩmo etiã.infra. ¶ An probatio sit sufficiẽs, vel nõ bonus iudex arbitrabitur.& sic per ista ĩtelligẽt iuuene legistę istã legẽ,q̃ per supradicta erat dubia.

40 e ¶ Enla parte.quę † intelligitur dimidia l.1.ti.đ las ganan.so.le.&.l.1.co.ti.in ordina.& si non dicatur de dimidia appellatione partis, intelligitur dimidia.l.etiã partis.ff.de vsufr.l.de ętate.§. qui interrogatus.ff.de interroga.actio.l. nomen filiarum. §. portionis verba.ff.de verbo. signi.l. scimus.& ibi Bal.C. de inoffi. testamen.cap.2.§.1. de decimis li. 6. ☞ Quod procedit secũdũ quosdam, nisi adijciatur verbum,aliqua.nam tunc minus dimidia intelligitur.vt dixi in principio istius legis. & est glo. in cle. vnica.in princi.ver.aut earũ parte. de foro compe.tenet Bal.in.c.1.in princi.de feudi aliena.& supradictã glo.allegat.domi.Abb.in.c.super eo.de eo qui cogno.cõsan.vxo.suæ.& Bal.in.c.1.§.cũ autem.ver.quęro vtrum sit differentia dicere partem, an aliquã partem.in.ti.de controuersia inuesti. in vsibus feu. ☞ Sed idem Bal.in.l.si eam vel in vtero. in fine.C.de testa.mili.tenet contrarium. & intelligit textum in.l.si vnquã.C.de reuo.donatio.vbi dũ dicit partem aliquã, idest dimidiam. & tamen est ibi dictio,aliqua,significans dimidiam.vt. l. vxori. in principio.cũ glo.& ibi Bar.de lega.3.&.l. certe. §.quintus.ff.de verbo.signi. *Contra.*

41 f ¶ A de auer.scilicet soluto matrimonio,qa † cõstante matrimonio non dicitur illam habere, cùm maritus possit partem istam alienare constãte matrimonio.per legem.4.ti.delas ganan.in ordina.&. l.46.infra. ☞ Sed videtur, ꝙ mulier durante matrimonio dicatur habere istã medietatem, cùm illam *Opp.*

non

non perdat mulier propter delictũ mariti. vt.l. 77. infra. quia iſtam dicitur mulier lucratã fuiſſe. ¶ So- 50.
lutio. Eſt dicendum, q̃ propriè is dicitur habere, qui de iure habet, & cui auocari non poteſt: non tamen propriè dicitur habere, qui de iure habet, & poteſt ſibi res auocari. vt in ſpe. d̃ emptio. & ven. §. 1. ver. ad euidentiam. ¶ Vel dic q̃ habet. ſ. actionem ad partem illam, non q̃ habeat rem illã. vt exponitur in ſpe. de dona. inter vi. & vxo. §. tertio. verſi. illud etiam. & in. §. ſui. inſti. de hære. quali. & diffe. cum multis aliis. quibus iurib⁹ dicitur, q̃ filiꝰ eſt dominus in vita patris propter ius, quod habet in ſpe ad bona patris poſt obitum ipſius. propterea exponitur multotiens verbum, habet, pro habere debet. l. ſi vxori. §. cum ita. & ibi Bar. ff. de auro & argen. lega. idem Bar. in l. nemo. ff. de reſtitu. integra. ¶ Et ex hoc dicit Petrus de Ancha. cõſilio. 101. incipi. In Chriſti. &c. contra dictã donationem, q̃ ex his, quæ maritus acquiſierit cõſtante matrimonio, non tranſeat dominium in vxorem ipſo iure pro dimidia ſibi competenti, ſed demum re tradita. & hoc fuit de mente dictæ legis primę. titulo delas ganancias. in ordina. & l. prima. eodẽ titulo. foro legum. vbi dicitur, q̃ quicquid fuerit emptum per coniuges conſtante matrimonio, ipſi habeant illud æqualiter: ideo mulier, vt ſupra dixi, non habet dimidiam propriè vt ſuam conſtante matrimonio, ſed eo ſoluto. vt dicta. l. prima. et patet ex. l. iſta, inquantum dicit, habeant, quod verbum eſt futuri temporis. vt p̃ gloſſam. & doctores in. capitulo. ſi diligẽti. de foro competenti. & capitulo. vnico de ſagitta &. lege. in criminali. C. de iuriſditione omniũ iudicum. refert & ſequitur dominus doctor de Pala. in repetitione. capituli. per veſtras. de donatio. inter virum & vxorẽ. ſuper rubrica. 319. coluna. verſiculo. item videtur dicendum. ¶ Et reſponde ad dictam legem. 77. infra, q̃ ideo mulier nõ perdit partem ſuam de acquiſitis conſtante matrimonio propter delictum viri: quia vir & vxor ſunt ſocij diuinæ & humanæ domus. vt. lege. aduerſus. C. de crimini. expi. hæredi. ſed ſi ſocij aliquid lucrantur durante ſocietate, vnus non perdit partem ſuam propter delictũ alterius. l. ſi ex duob⁹. ff. de noxa. actio. notatur in. l. ſi duo. ff. ſi quis cautio.

ger a de[f] auer delos bienes[g] multiplica-

g ¶ Delos bienes multiplicados. Intellige cuiuſcunq; ſint· qualitatis. quia cùm nõ exprimãtur mobilia vel immobilia, veniunt omnia bona multiplicata. tenet Bal. l. ſi cõſtãte. §. fi. 2. col. ver. vltimo quęro. ff. ſo. matri. Bar. in l. fi. ff. de vſufructu. ¶ Et nota,
42 q̃ † illa dicuntur multiplicata, quæ vltra propria bona acquiruntur, & multa fiunt: ſi tamen multa non fiunt, nõ dicũtur bona multiplicata, licet conſtante matrimonio fiant acquiſita. Et valet hoc argumentum ab alluſione ſeu etymologia vocabuli negatiuè ſumptum, vt dixi in proœmio ſupra gloſſæ.
43 1. ¶ Et quo ſequitur, quòd † ſi ex vna parte coniuges aliquid lucrantur, & ex alia parte tantundem vel amplius amittunt, non dicuntur aliquid habere multiplicatum: quia multiplicata ſuccedunt in locum bonorum amiſſorum. Si tamen aliquid ſupereſt vltra ea, quæ coniuges adduxerunt ad matrimonium, illud diuiditur inter eos pro dimidia, ſoluto matrimonio. Iſta eſt concluſio Bald. loquentis inter ſocios. in l. 3. C. pro ſocio. & in. l. 1. penulti. col. verſi. circa ſecundum. C. commodati. cùm loquitur in forma diuiſionis inter ſocios. Itaq; , ſoluto matrimonio, vterq; coniugum, vel eorum hæredes, in diuiſione bonorum extrahunt adducta ad matrimonium integrè, etiam de acquiſitis conſtante matrimonio: & quod ſupereſt, dicitur multiplicatum, diuiditurq; inter eos æqualiter, vt ſequitur.

dos durãte el mr̃io-nio[h] mas aya la dĩa

¶ Item nota, quòd diuerſitas iſtius nominis, multiplicados, ab aliis nominibus diuerſitatem arguit effectus. in. lege. ſi idem. & ibi Bald. C. de codicillis. & in. l. 53. infra. prout dicimus de aliis bonis habẽtibus diuerſa nomina, putà, bona dotalia, caſtrẽſia, decimalia, aduẽtitia, & p̃fectitia, & ſic de aliis. nam diuerſitas talium nominum, arguit diuerſitatem effectus. & iſta nomina ponuntur ſecundum originalem rationem. vt per Bald. in. lege. humanitatis. 1. col. C. de impuberi. & aliis ſubſti. ¶ Qua-
44 liter † tamen accipiantur nomina multiplicatiua, habetur per glo. in. lege. qui creſtim. de murilegulis & genitiariis. lib. 10. per Bar. in. l. ita ſtipulatus. in principio. ff. de verbo. obli.

Adde. Quæro iure cauetur, quòd medietas eorum, quæ ſuperlucrantur conſtante matrimonio, diuidantur inter maritum & vxorem, ſcilicet medietas eorum, quæ ſuperſunt de ſuperlucratis poſt mortem mariti vel vxoris, & medietas detur vxori, vel hæredibus ſuis ea defuncta. vt iſta lex dicit. & l. 1. & 4. titulo quarto, lege quinta ordinamentorum. cum
45 aliis. ¶ Fortè maritus † habebat feudum vel emphiteoſim priuſquam matrimonium contraheret, in quo tunc temporis vxor nihil penitus habebat. contingit, quòd conſtante matrimonio fuit conſolidatum, et rediit ad primum dominum. i. ad ipſum maritum ex aliqua cauſa: an vxor habeat in his conſolidatis partem. Do. doctor de Pala. in repetitione. capituli. per veſtras. de dona. inter virum & vxorem. ſuper rubrica. col. 302. in. verſi. ex his infero. tenet, q̃ ſic: qa videntur alia à rei proprietate per conſolidationem, & tanquã alia iudicanda ſunt. qd̃ dictum dicit vbi ſupra, nunq̃ obliuiſcaris. Pro cuiꝰ corroboratione allegat. tex. ſingularẽ. & ibi Bar. in l. non quocunq; . §. fundus. de lega. 1. vbi probatur, q̃ quando vſufructus reuertitur ad proprietatem, dicitur

dicitur domin⁹ proprietatis acquirere ex cauſa lucratiua. & illum textū dicit memoriæ commẽdandum ad hoc, quia forſan non reperietur melior in corpore iuris. & vide ibi Pau. de Caſtro & Ioa. Fa.

Limi.1. in. §. ſi cui. inſti. de lega. ¶ Iſtud eſt verū ſecundum dominum doctorem de Pala. vbi ſupra. quãdo feudum, vel emphiteoſis ex aliqua cauſa reuertitur ad dominū. ſ. propter canonẽ non ſolutum, vel aliàs. ¶ Si tamẽ non ex cauſa ſuperius dicta, ſed quia feudū, vel emphiteoſis paterna renouatur in filio, cui etiam à principio data fuit: tũc filius, cui feudum, vel emphiteoſis fuit renouatũ, habebit feudum in totum, non vxor filij: quia in renouatione videtur tacitè repetitum quicquid erat repetẽdum. argu. l. itẽ qa. §. fi. ff. de pactis. & l. pe. §. vxor. ff. ſolu. matrimonio. nam renouatio uidetur facta ad cõfirmationẽ, nõ ad derogationẽ. vt in authẽ. ſi quas ruinas.

46 C. de ſacro ſanct. eccle. ¶ Item † quia in præiuditium terij non poteſt dominus mutare formã antiquitus cõſtitutã. argu. tex. in. l. impuberi filio Centurio. ff. de adminiſtra. tuto. ¶ Item quia innouatio videtur facta cum ſua cauſa, ſuiſq; vitiis. argu. l. ſi quis domum. ff. loca. l. lex vectigalis. ff. de pigno.

47 ¶ Secundò intellige, q̃ † procedit dictũ do. doctoris de Pala. vbi ſupra. ſi feudũ, vel emphiteoſis conſolidatum ſimpliciter fuit datũ per dominũ feudi vel emphiteoſis: nam tunc vxor habebit partem in feudo ſic habito conſtante matrimonio. ¶ Si tamen domin⁹ feudi vel emphiteoſis ad ſe reuerſum propter canonẽ non ſolutum vel aliàs, iterum tradidit illud feudatario, vel emphiteotę, p ſe, & filiis ſuis, & deſcendentibus, prout ſæpe fit: tene, q̃ mortuo patre filij capiũt feudũ vel emphiteoſim à primo domino, non à patre, & eſt totũ filiorũ, non medietas matris eorum. Ita tene Bar. in. l. mortis cauſa capitur. ff. de dona. cau. mor. plenè And. Sicu. in rub. de feudis. pe. & fi. co. ¶ Conſequitur tamen vxor medietatẽ fructuum acquiſitorum viuẽte viro ſuo, non partẽ vtilis dominij. vt ſupra. quæ omnia ſunt notanda ad intellectum iſtius legis &. d. l. 1. &. 4. ti. 4. lib. quinto ordinamentorum.

Limi.2.

Intellectus notandus.

h ¶ Durãte el matrimonio. Intellige ſi habitãt ſimul, aliàs mulier nõ debet habere medietatẽ eorũ quæ lucrantur conſtãte matrimonio. probatur ex. l. 1. titulo delas ganancias. fo. legum. & eodem ti. l. 1. in ordina. ibi, cum dicũt, de cõſuno. quia iſtud verbum, de conſuno, requirit ſimultaneam cohabitationem. ſecundum glo. in. d. l. 1. ti. delas ganan. fo. legum. ¶ Et ex hoc dicit. do. do. de Pala. in repeti. ca. per veſtras. de dona. inter virũ & vxo. ſuper rubri.

Infertur

48 297. co, q̃ † lucra habita inter maritũ & vxorem poſtquã ſimul habitant, veniunt communicanda: non illa, quæ ante traductionẽ ad domum maritus acquiſiiuit. allegat gloſam ad hoc in. c. cũ ſocietas. 27. q. 2. & notata in. c. 2. de dona. inter virum & vxorem. & ſi prædictus doctor nõ alleget, iſta fuit opinio glo. in. d. l. 1. titulo. delas ganãcias. foro legum. glo. 1. quæ notanter loquitur. ¶ Ex quo inferunt, q̃ † ſi ante traductionem vxoris ad domũ maritus aliquid lucratur, non veniet communicãdũ inter eos, ſed maritus habebit illud præcipuũ. Eſt ratio, quia ante traductionẽ ad domum, non poteſt dici, q̃ vir, & vxor emerunt ſimul. Item, quia nec tunc maritus ſuſtinet onera matrimonij, nec lucra hinc inde percipiuntur. notatur in. l. ſi donaturus. ff. de conditio. ob cauſam. ea enim, quæ deſpõſata eſt, ante contractas nuptias ſuũ non mutat domicilium. vt. l. ea quę deſponſata. ff. ad municipa. niſi dicas, q̃ illa lex loquitur in ſponſa de futuro. Eſt igitur neceſſariũ, vt dictas leges intelligamus, poſtquã mulier fuit traducta ad domum, vt tunc damna & lucra communicentur, & æqualiter diuidantur inter eos, ſoluto matrimonio. ¶ Eandem ſentẽtiam tenet do. doctor de Segura in repe. l. vnum ex familia. §. ſed & ſi fundum. 9. col. in. fi. ver. primo caſu. de lega. 2. vbi dicit, q̃ ſi maritus poſtquã cõtraxit matrimonium per verba de preſenti vxore nondum ducta ad domũ aliqua acquiſiuit, q̃ hoc caſu non communicat vxori, imò ſibi acquirit. & hoc p̃ textum expreſſum in. d. l. 1. ti. delas ganã. fo. legum. inquantum dicit, compraren de cõſuno. quod verbum dicit eſſe ponderãdum, quia ſignificat ſimultaneam cohabitationẽ. qđ probat lex ſtyli. 207. in ordine. incip. todo el deudo. quæ lex ad hoc eſt notabilis ſecundũ do. doctorẽ de Segu. vbi ſupra. inquãtum declarat, q̃ iſta verba, de cõſuno, intelligũtur quando ambo marit⁹ & vxor ſunt in vno. ¶ Hinc etiam dicit prędictus do. doctor de Segura. vbi ſupra col. ſequenti. ver. ſecundo caſu. q̃ eodem modo ſi vxor nondum ducta ad domũ aliqua acquiſiuit durante matrimonio, nõ communicat viro, imò ſibi ſoli acquirit, vt ęqualitas inter eos ſeruetur. argu. tex. in. l. fi. C. de fructibus & litis expen. & qa. cõtrariorum eadem eſt diſciplina. vt. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. & quia correlatiuorũ idẽ eſt iudicium. l. fi. C. de indic. vidui. tollẽ. ¶ Pro quo facit id, quod notanter dicit Bal. in authen. hoc locũ. C. de. ſecũ. nup. muli. vbi quęrit. ſi marit⁹ relinquat vxorẽ ſuã dominam maſſariã & vſufructuariam omniũ bonorum, q̃ ſtantibus filiis, conſuetudine vulgari interpretatur, q̃ habeat alimenta tantũ. vt per glo. & doctores in. d. authẽ. hoc locũ. Bar. in. c. Pau. in. l. titia. §. fi. de lega. 2. ¶ Certè erit econtra. q̃ ſi vxor fecit teſtamentũ, & reliquit maritum dominũ maſſarium et vſufructuariũ omnium bonorũ ſuorum: q̃ ſtantibus filiis habeat locũ dicta conſuetudo. ad quod allegat ſingulare dictum Baldi in authen. dos data. 1. col. C. de dona. ãte nup. vbi dicit, q̃ quemad modum mulier non lucratur donationem propter nuptias quãdo nõ ſuſtinuit onera matrimonij, pro ut iubet ille tex. ita nec maritus vigore pacti vel ſtatuti non debet lucrari dotẽ, quoniam non ſuſtinuit onera matrimonij. & ratione relationis vxor & vir non iudicãtur ad imparia, ſed vna eſt lex eorum

Infertur idem.

Infertur

rum regulariter.vt in Spe.de feudis.§. quoniã.ver. vigeſimo q̃ritur. Sed qualiter hoc procedat colligi tur ex infra dicendis. ☞Adde tamẽ ad ſupradicta textum meliorem & clariorem de iure in.l.17. titu. 2.li.4.fo.juzgo.vbi dicitur, ꝙ quando vir & vxor habitant de conſuno.i.ſimul,diuidunt lucra habita
Queſtio. conſtante matrimonio,non aliàs . ☞ Sed iuxta hoc
50 quẽro † ſponſus ante traductionem ſponſę ad domum recepit dotẽ, & cum ea negotiatur , & multa eſt ſuperlucratus.queritur an in ſuperlucratis ſpõſa habeat partem. Videtur ꝙ nõ,per ſupradicta . & ita tenet do.doctor de Pala.vbi ſupra. Quia ſi dos ſponſæ periret,cùm eſſet ante traductionem ad domũ,ſpõſi periculo perderetur:cũ dos ſit data in pecunia numerata,cui⁹ effectus eſt dominus.vt.l.ſi ex traneus.ff.de iure doti.cum ſimi.& facit.l.incẽdiũ. C. ſi certum peta.vnde iniquum dicit videri, ꝙ lucrum ex ea dote habitum ſponſę cõmunicaret. Dicit tamen,bonum eſſe,ſi fieri poſſet,ex tali lucro ꝓ uideri ſponſę ad alimenta,ex quo dos datur ad alimentandã vxorem.vt.c.ſalubriter.de vſuris.cum ſimi.quibus adde bonum textũ.in.l.1.in princi.ti. 11. quarta partita.vbi dicitur,ꝙ cùm dos datur , tacitè videtur actum,ꝙ vxor ex ea alatur.Et quanuis præ dictus doc.de Pala.in caſu iſto plura loquatur , in hoc reſidet, ꝙ de iure mulier nondum tradita domui mariti nõ habeat partem in queſitis per maritum,etiam ſi marit⁹ vel ſponſus dotem recepiſſet, & cũ ea multa eſſet ſuperlucratus . ☞ Verè queſtio eſt difficilis,& ſępe vidi dotem ſolutam viro multo antequam ſponſa duceretur ad domum viri:nec non ſponſum vel maritũ multa ſuperlucratum fuiſſe ante traductionem vxoris ad domũ:& hęc diuiſa inter coniugem ſuperſtitem & hęredes defuncti ſoluto matrimonio.& ita ſeruatur cõſuetudine domicilij mei.☞Et hanc conſuetudinẽ approbat Bal. in.l.1.prima col.in fine.2.q.C.proſocio. ☞ Ceſſante verò conſuetudine,quę videtur rationabilis, multa poſſunt adduci cõtra ſentẽtiã do . doctoris de Pala.& do.doctoris de Segu.quorum ſciẽtia noſtris p̃fulget tẽporib⁹ vltra alios ſcribẽtes . pro ſuis etenĩ operibus poteſt dici illud vulgatũ.modicũ,& bo-
Contra. num,& bene pręparatũ. ☞Et primũ cõtra ſuã opinionẽ eſt pręmittẽdũ,ꝙ ꝓ cõtractũ matrimonij,vir & vxor efficiũtur ſocij diuinę &humanę dom⁹.vt. l.aduerſ⁹.C.de crimine expila.hęre.& in cõtrahẽda ſocietate iſta nõ req̃ritur ſimultanea cohabitatio ſed matrimonij cõtract⁹.vt ibi.& ĩ Spe.d̃ feudis . §. quoniã.ver.vigeſimo. ☞Secũdò. ſocietas p̃ſumitur cõtracta ĩter ſimul negociãtes,etiã ſeparatim habitãtes.tenet Pe.de Peru.in tracta.ſocie.ſecũda parte ꝓ totã.& Fran.por.in tracta.d̃ duob⁹ fra.ſecũda parte.q.57. ☞ Tertiò.in obligationib⁹, quæ cõſenſu cõtrahũtur,nõ eſt opus verbis.nota.Ioã.Fa.in.§.1.inſti.de ſocie. ☞Quartò.iure cauetur , ꝙ lucra habita ex pecunia cõmuni,veniunt inter ſocios diuidẽda. l.3.& quaſi per totum.ti.10.quinta partita.☞Quintò.ſola pecunia interueniente, cum intentione, vel tacito conſenſu,contrahitur ſocietas.vt.l.1.dicto. titul.decimo.quinta partita . ☞Sic igitur in caſu noſtro videtur contracta ſocietas inter ſponſos de prę ſenti,& inter coniuges , ante ſimultaneam cohabitationem:& lucra , dote recepta ante traductionem vxoris ad domũ veniunt diuidenda inter maritum & vxore.☞Præterea negari non poteſt,ꝙ dos data ſponſo,data ſit,vt viro.argu.tex.in.l.fi. C. de dona. ante nup.tenet Bal.in.l.pactum.20.q.C.decolla.eſt tex.ſatis apertus in.l. 2.in princi.ti.11. quarta partit. & melius in.l.10.eo.titu.ſed maritus quicquid lucratur tenetur diuidere cum vxore,vel eius hęredibus,ſoluto matrimonio per legem.1.ti.delas ganan. fo.le.igitur.&c. ☞Præterea ſi dos datur viro ratione cõtractus matrimonij ſimpliciter,vel ratione ꝓmiſſionis,vel ratione ſtatuti,intelligitur ſi nubat.l. itẽ quia.ff.de pactis.&.l.18.ti.11.quarta partita.tenet Pau.de Ca.cõſi.ſuo.129.& ſub iſta ſpe de matrimonio ſolenniter contrahẽdo in facie eccleſię dos poteſt ſolui ſponſo ante conſũmatum matrimonium. vt.d.l.10.&.l.13.eodem ti.& dotẽ non recipere antequã mulier ducatur ad domũ,non eſt in poteſtate mariti,quia & ante traductionẽ ſolui poteſt . vt ſupra dixi.notat Ange.in.l.1.ff.qui potio.in pigno. habe. ☞Item quando dos traditur viro,intelligitur tradita,vt eam habeat vir in bonis ſuis,& in ſuo dominio.& vt negotietur cũ ea,& ſuſtineat onera matrimonij.l.7.ti.11.quarta partita.& ſoluta dote, maritus debet ſubire onera perſonalia impoſita ꝓ rebus.vt.l.in rebus.§.1.C.de iure doti.&.l.doce ancil lã.C.de rei vendi.per Bar.in.l.neq;.ff. de impenſis in rebus.dota.fa.quanuis dos antequã ſoluatur viro,ſit in dominio vxoris.vt.d.lege.in rebus.☞Prẽterea dos data viro,etiam ſi dictum non ſit expreſſè,tacitè videtur actum,ꝙ exinde queſita communicẽtur.vt.d.l.1.ti.delas ganan.fo.le. &.l. 1 . eodẽ ti. ☞Prẽterea ex traditione dotis non cauſatur contractus venditionis,depoſiti,cõmodati,nec alteri⁹ cõtractus:ſed quędam ſolutio pro vxore facta in maritũ dotis ꝓmiſſę:& talis ſolutio habetur , acſi fieret matrimonio conſummato.ſecundũ glo. in.l.fi.C. d̃ pactis pigno.tenet Bar.in.l.qui romę.in princi . ff. de verbo.obliga.Pau.de Ca.in.l.item quia.in fine. ff.de pactis.ideo debet habere ſuos effectus. l. aſſiduis.& ibi Bal.fi.co.ver.habes hic glo . notabilem. C.qui potio.in pigno.habe.Itaq; habet dos ſua priuilegia à tempore,quo datur viro:& iſta priuilegia dantur doti in fauorem vxoris.l.1 . & communiter ſcribentes.ff.ſolu.matrimonio . Igitur debet habere partem de acquiſitis ante matrimonium conſum
51 matum. ☞Præterea iure cauetur expreſſè, ꝙ † fructus dotis receptæ per ſponſum ante matrimonium,non cedunt lucro viri, ſed augent dotis fructus. §. 1.ff.de iure doti.lege cum pater. §. ſi fundũ. & ibi Barto.& doctores.ff.ſolu.matrimonio.& melius in lege. 28 . incipi . deſſructan los eſpoſos . titu.11.

tu.11.quarta partita. ℣ Niſi quando ſponſus nutrit ſponſam,quia tunc lucratur dotis fructus. vt dicit glo.notanda.& ibi Bal.in.l.2.C.de dotis promi. & l.28.titulo.11.quarta partita.de quo infra. ſed fructꝰ dotis in pecunia,vt in queſtione propoſita, eſt lucrum,quod ex ea percipitur.tenet Bal.& doctores in.l. diuortio.§.ſi vir.ff ſolu.ma.& Bar.in.l. fi. eodē ti. ideo quod ex pecunia data in dotem percipitur, erit vxoris,non viri.& ſic erit omnino contrarium eius,qđ do.doc.de Pala.tenuit vbi ſupra. Quia vt vxor cū dote ſoluto matrimonio conſequitur totū lucrum habitum cū pecunia dotali ante traductionē vxoris ad domum.per ſupradicta. ℣ Aut habebit dimidiā de multiplicatis,vt ſocia ſpōſi vel mariti. ℣ Et ſi iura de hoc non eſſent expreſſa,ſatis videtur rationabile,& conſonum ęquitati,atq; ęqualitati,ꝙ lucrū inter eos vt cōmune diuidatur. Quia ſi ſponſa appoſuit pecuniam in ſocietate, maritus appoſuit operā & induſtriam,quæ poteſt ęquiualere.vt.l.3.ti.10.quintapartita.&.l.ſi non fuerit. ff. pro ſocio.ideo quodammodo videtur rationabile, ꝙ ſponſus conſequatur premium ex labore ſuo. cōtra dictam legem.3.in fine. & iſtud argumentum à ratione eſt validum in iure.vt.c.ratio nulla.de pręben.& digni. ℣ Itē quia,vt ſupra dixi, videtur contracta ſocietas inter eos,traditione rei dotalis, & tacito conſenſu.vt per Bar.in.l.titium.§.altero. 2. co. ver.quæro an ſocietas.ff.deadminiſt.tuto.igitur in contrahenda ſocietate inter maritum & vxorē nō requiritur ſimultanea cohabitatio, ſed contractus matrimonij,& traditio dotis. ℣ Et bene ad hoc etiā facit tex.iuncta doctrina Bal.in.l 1.ver.2.quęro. C. vnde vir.& vxor.& tex.in.l.7.cum ſimi.ti.13.ſexta partita.vbi dicitur,ꝙ deficientibus conſanguineis, vir,& vxor ab inteſtato vocantur.& quęrit Bal.in. d.l.1.C.vnde vir & vx.nūquid.d.l.1. habeat locum in vxore nondum ducta.& tenet ꝙ ſic.vt.l.deo nobis.C.de epiſcopis& cle.&.l.nihil. ff. rerum amo. &.l.cum hic ſtatus.§.ſi mulier & maritus.ff. de dona.inter vi.& vxor.& quanuis ibi agebatur de prę iudicio fiſci,& aliorum,appellatione vxoris in ſucceſſiōe bonorū mariti venit vxor nondū ducta.& idē in viro,quia par eſt cōditio eorū. Sic dicamus in caſu propoſito,vt ſeruetur ęqualitas,ꝙ aut lucra diuidātur,aut totum lucrum detur ſponſæ cum dote ſua per.d.l.28. ℣ Et reſponde ad fundamenta adducta per dictos doctores đ Pala. & de Segura.vbi ſupra.Et primò ad legem primam ti. delas ganancias fo.le.per quam nituntur probare, ꝙ reqratur ſimultanea cohabitatio vt lucra diuidātur inter eos per illa verba,compraren de conſuno. q̄ verba, vt ipſi dicunt,ponuntur pro ſimultanea cohabitatiōe. vt.l.ſtyli.in ordine.207.quia dico,ꝙ dicta lex rectè intellecta,non dicit illud, ad quod inducitur. dicit enim,ꝙ ſi vir & vxor aliquid emerunt ſimul cōſtāte matrimonio,debet inter eos diuidi. & ita intelligit ibi glo.ſed non negatur per iſtam legem & ſupradictas,ꝙ ſi ante traductionem vxoris ad domū dote recepta vir & vxor aliquid emerunt,debent diuidi inter eos quia ſi eſſet neceſſaria ſimultanea cohabitatio,ſequeretur,ꝙ lex.9.q̄ icipit.ſi vn ome. foro generoſorum.li. .titul.3.de qua l.facit magnū feſtum prædictus do.doctor de Pala.dicta repe.ſuper rubri.307.co.ver.amplia ſecundo.ac etiā lex.6. titu.delas labores y particio.fo.le.eſſent correctæ. quia dicitur ibi,ꝙ ſi mortua vxore bona ſua remanſerunt in communi cum bonis mariti, in diuiſione veniunt ea quæ maritus fuit ſuperlucratꝰ cū dictis bonis communibus ſoluto matrimonio.ecce qualiter iſtę leges non requirunt ſimultaneam cohabitationem,ſed cōmunio bonorū, ꝙ vxor mortuo viro ſoluta eſt à lege viri:nec tūc dicūtur vir& vxor ſimul cohabitare.ſ.mortuo viro. vt.c.pe.& fi. de diuor.&.l.3.titul.12.quarta partita.Si ergo iſta cōmunio bonorum ſoluto matrimonio morte vnius contrahentium eſt ſufficiens vt lucra habita ſoluto matrimonio diuidantur,à fortiori,tradita dote, & cōſtante matrimonio,debēt diuidi inter maritum & vxorē, etiā ſi nō habitant ſimul.& iſtud argumentum eſt ſufficiens in iure. per authē. multo magis. C.de ſacroſan.eccle. ℣ Item reſpōde ad.d.legē.titulo delas ganancias fo.legū.ꝙ nihil dicit de ſimultanea cohabitatione,ſed dicit, comprarē de conſuno. nā iſtud verbum,de conſuno, refertur ibi ad illud verbum cōpraren.quod verbū eſt generale, & pōt referri ad tempus ante cohabitationem.item ad tēpus,quo ſimul habitant item ad tempus,quo matrimonium eſt ſolutū. quia emptio poteſt fieri ſimul de pecunia communi,licet ſimul non cohabitent. vt.l.nihil.& ibi Bar.ff.communi diui.&.l. 2. & ibi Bar.& Bal.C.pro ſocio.ſufficit verò,vt ibi dicitur, ꝙ ſint ſocij,& ꝙ habeāt rem in cōmuni in ipſa emptione. ℣ Itē iſtud verbum,de cōſuno,eſt relatiuū, & refertur ad ſuum antecedens,quod eſt, compraren.igitur in ipſa emptione debent ſimul eſſe, non tamen in cohabitatione domꝰ. Quia licet ſocij ſint in diuerſis domibus, dum tamen emptio fiat pro ambobus,vel pecunia cōi. res empta erit communis,& debet inter eos communicari.vt dicit Bal.lo quēdo inter fratres ſimul negociātes, ꝙ empta per vnum ex eis,debēt alteri communicari. & hoc tenet in.l.cū oportet,in princi. C. de bonis que libe. & in.l.1.C.ſi quis alteri vel ſibi. ¶ Item reſponde ad.l.ſtyli,ꝙ nihil dicit ſuper intellectu.d.l.an requiratur ſimultanea cohabitatio vt lucra diuidātur. & miror,quia do.doctor de Segu.illā ad hoc induxerit:maximè,quia iuribus expreſſis cauetur contrarium.Quia mulier dum eſt cum marito,ſimul cum eo,nec ſeorſum poteſt obligari,nec tenetur ipſa ad debita contracta per maritum.vt.l.61.infra.cū aliis. niſi dicas,ꝙ tenetur,cum petit partem de multiplicatis conſtante matrimonio.vt.ibi.& in. l. 60.infra. Et ſi dicatur ibi, de multiplicatis conſtante matrimonio,exempla non arctant regulā.quia, vt ſupra dixi,etiam

Reſponſū ad cōtraria.

dixi,etiã de multiplicatis ſoluto matrimonio vxor & eius hęredes debent ſuam partem habere. Nec eſt credendũ,ꝙ dictę leges corrigãtur per.d.l.1.maximè in continenti.vt.l.pe.& ibi Bal. C. per quas perſo.nobis acqui.℣Item non ſequitur, ꝙ ſi ſponſus non ſubiit onera matrimonij,non debeat maritus cõicare vxori prædicta lucra,cùm non reperiamus hoc iure cautum.maximè,quia ſubire onera, pondus,& ſarcinam, damnoſum eſt marito: & vtinam parentes vxoris meæ alimenta ei præſtarent, & onera matrimonij ſupportarẽt, quia maiora lucra tunc mihi & vxori meæ obuenirent.℣Et ſi ſtatutum eſt à iure, ꝙ maritus ſubeat onera matrimonij,eſt ad hoc,vt fructus dotis faciat ſuos, aliàs ſunt vxoris:nec ipſe lucratur eos,ſed ipſa.l.25.ti.11.quarta partita &.l.dotis appellatione.ff.de iure doti.

℣Item ſi dicas,ꝙ ſponſa,ſiue vxor nõdum tradita, non ſeruit viro,& propterea non debẽt ei lucra cõmunicari(concedo)attamen neq; vir non ſubeundo onera matrimonij debet habere fructus dotis receptæ:per dicta iura.℣Sed quid dices ad legem. 9. foro generoſorũ.& ad legẽ.6.titu.delas lauo.& particio.fo.legũ.quia ibi dicitur, ꝙ vxor mortua erat, nec viro ſeruiebat,nec poterat ſeruire:ſed quia dos ſua remanſit communis cũ bonis mariti, hęredes vxoris extrahunt partem ſuam de ſuperlucratis ꝑ maritum,ſoluto matrimonio.Dic enim,ꝙ ſi nõ ſtat per vxorem,quo minus ſeruiat viro,dote ſoluta,nõ imputatur ei.vt inqt do.docto.de Segu.in quęſtione infra proxima. Item inquãtũ do.doctor de Pala.dixit,ꝙ ſi iſta dos data in pecunia periret, ſequeretur ꝙ periculo ſponſi periret,quod eſſe nõ debet & ꝓpterea quod lucrum ex ea habitum nõ debeat cõmunicari.Tene (ſalua eius pace) ꝙ nõ ſequitur ex hoc,lucrum ex ea dote habitum, non debere cũ vxore,vel cum ſponſa nondum tradita cõmunicari.dicens,ꝙ ſi cõmunicaretur,& dos periret,periculo ſponſi perderetur.verè loquitur contra iura expreſſa in.l.18.in parte.y porende. & contra legem. 19.20.&.21.ti.11.quarta partita.& contra legem primã.§. finautem.&.l.quotiens. C.de iure doti. &.l. plerunq;.§. finautem.ff.eodem.vbi dicitur,ꝙ ſi res tradita in dotẽ,ſiue in pecunia, ſiue in alia re æſtimata pereat antequã nuptię ſolenniter celebrentur ſponſę periculo periret,non periculo ſponſi. & econuerſo cõmodum ex ea dote habitum, etiam dũ eſt apud ſpõſum,vel maritũ, ante quã ducatur ad domũ,ipſius eſt vxoris.perit etiã ſi ęſtimata nõ eſt vt dictis iuribus.Et quia conſulendo dicit, bonum eſſe,ſi fieri poſſet,ex tali lucro prouidere ſponſę ad alimenta,ex quo dos datur ad alimentandam vxorem.Tu dic ſatis eſſe conſultum,tam ſponſę,quàm ſponſo circa hoc per iura regni.quia text⁹ dicit in.l. 1.in princi.d.ti.11.quarta partita. ꝙ cùm dos datur tacitè,videtur actum, vt vxor ex ea alatur. poteſt itaque ſi vult alimenta petere,cùm debeantur ei,recepta dote.℣Item ſponſo eſt ſatis conſultum per.l. 28.d.ti.11.quarta partita. inquantum dicit, ꝙ ſi ſpõſus,dote recepta,alimenta præſtat ſpõſę,facit fruct⁹ ſuos,nõ aliàs.ideoq;,vt dixi, ſatis prouiſũ eſt ſponſę:quia ſi non alitur ab ſponſo,ſuos facit fructus dotis.Et ex his habes,quid dicendum eſt in acquiſitis per maritũ vxore nondũ tradita domui ipſius mariti.℣Vnum tamẽ non omitto,ꝙ ſi vir & vxor ante traductionem ad domum, vel ipſe vir ſolus etiã dote non recepta cõmuni nomine.ſ. vxoris & viri, aliquam rem emit,erit cõmunis:& hoc,quia res illa empta eſt de conſuno.pro quo eſt bonus textus ſano modo intellectus,vt ſupra dixi.in.l.1.titulo de las ganãcias.foro.legum.&.l.1.eodem titu. in ordina.ibi dum dixit,compraren de conſuno.quod poteſt conſtare publico inſtrumento.vt tenet Bar.in. l.titium.§.altero.3.co.ver.ꝙro an ſocietas.ff. de adminiſtr.tuto.vbi dicitur,ꝙ ſocietas cõtrahitur eo ꝙ cõtractus cõmuni nomine celebratur.℣Sed Bal. in c.1.prima co.ver.& nota diligẽter de beneficio fra. ait non probari ſocietatẽ eo ꝙ per inſtrumentũ cõſtat rem emptam de pecunia communi, ſecus ſi res cõmuniter ematur.vt.l.nihil.& ibi Bar. ff. cõmuni diui.&.d.l.2.vbi idẽ Bar.& Bal.C.pro ſocio.itaque emptio facta cõmuni nomine.ſ.vxoris & viri, erit cõmunis,licet nõ cohabitent ſimul,non aliàs, propter iura ſuperius per me inducta de lege. 28. cum aliis.quarta partita.&.l.17.ti.2.li.4.foro juzgo. per quę iura remanet vera opinio do.doc.de Pala.& đ Segu.vbi ſupra. quanuis non per fundamenta per
52 eos inducta. ¶Sed pone, ꝙ † vxore iam ducta ad 20.
domum,marit⁹ eam expulit ſine cauſa, & interim ipſe marit⁹ aliqua bona acquiſiuit, ipſo matrimonio durante: nunquid maritus debeat vxori dicta lucra cõicare.Iſtam quæſtionem mouet do. doctor de Segu.in.d.repe.§.ſed & ſi fundum.l.vnum ex familia.10.co.in fine.ver.tertio caſu.de lega.2.vbi dicit,ꝙ maritus tenetur dicta lucra vxori cõicare.Ad quod probandũ primò allegat textũ.in.l.ſi filia. ff. de diuor.vbi dicit tex.ꝙ ſi pater pro filia emancipata dedit dotẽ,quã ſtipulatus eſt ſibi reddi,filia in matrimonio decedẽte,aliàs ꝙ ipſe vir lucraretur dictã dotẽ:filia in odiũ patris ꝓpter amorẽ quẽ erga virũ habebat,diuertit,& ſic in matrimonio deceſſit, vt vir dictã dotẽ lucraretur.habetur in.d.l.ſi filia.ꝙ patri erit ſuccurrẽdũ ꝓpter ac ſi filia nõ diuertiſſet. Ita putat dicẽdũ in preſenti.cùm marit⁹ habeat vxorem,ſi ipſa ſtaret in matrimonio cũ marito, erat lucratura medietatem bonorum: ſi igitur maritus eam expellit à conſortio ſuo, ipſa non eſt in culpa:& perinde debet habere, acſi in matrimonio permaniſiſſet, cùm hoc caſu videatur maritus expellere animo eam defraudandi in dictis lucris. nã dicta expulſio fine cauſa, cùm ſit de genere malorum prohibitorumque,mala fide fieri preſumitur, & in fraudem.vt in.l.item ſi obſtetrix.§.ſi. cum lege ſequenti.&.l.itẽ mela.in princi.1.reſponſo. ff.ad legẽ Aqui.tex.& notat do.Abb.& alij ĩ.c. cũ dilecti.de ac-

cti.de accuſatio.&in.c.1.vbi hoc notat Inno.Abb. & moderni. de præſump. & per hoc limitat quod notat Bar.in.l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de noui ope.nunciatio.Et omnia iura, quæ dicunt, q̃ ſi factum poteſt ſe habere ad delictum & nõ delictũ, debemus præſumere in meliorem partem.per legẽ merito.ff.pro ſocio.quia illud eſt verum, quando pariter & indifferenter ſic ſe poteſt haberi, ſecus quando factũ de ſui natura regulariter eſt malum: licet poſſit excuſari aliqua ratione,tũc ſi excuſatio non probatur,debemus præſumere in peiorẽ partem.ita dicit Petr⁹ de Ancha.quem ibi refert & ſequitur Ioã.de Ana.in.d.c.cũ dilecti. Eodem modo dicit poſſe intelligi qđ notat Bal.in.c.cum tu. de teſti.per illum textũ.q̃ vbi eſt dubium tẽporis,præſumitur in benigniorẽ partẽ. Per quod etiam poſſet limitari illud,quod alibi ponit Bal.in.l.precib⁹. 6.col.C.de impu. & aliis ſubſtitu. inquit,q̃ in delictis ſemper præſumitur,p̃ eo,q̃ delictum excuſat. per.d.l.meritò.q̃ ſit hoc verũ,quando actus ſe habet ad bonum & malũ:ſecus quando de ſui natura eſt malum.ita tenet ipſe Bal.in.l.1.2.co.ff. ſolu. ma. per gl.in.l.2.C.đ petitio.hęre.Ita ergo dicit in præſenti,q̃ cum expulſio vxoris à marito facta dicatur factum prohibitũ,& de ſui natura malum,quod patet ex eo,q̃ eſt punibilis talis expulſio per textum in.l.fi.C.de repudi.& per textũ in.c.præcipit.&. c. quidquid.32.q.5.vbi dicitur,q̃ debet excõmunicari,qui propriam vxorem expulit. quòd debemus intelligere dictam expulſionẽ in malam partem,& in fraudẽ ipſius vxoris fieri.igitur fraus mariti circa lucra amittenda nõ debet nocere vxori,quemadmodum fraus filię circa lucrum dotis nõ debet nocere patri.per dictã.l.ſi filia. ☞Itẽ facit.quia cũ iſte marit⁹ dolo deſinat vxorem tenere in ſuo conſortio habetur ac ſi vxorẽ in cõſortio & ſimultanea cohabitatione haberet.argu.tex.in.l. ſin autem. §. ſed & is.ff.de rei vendi.& bene facit.l.8.titu.delas fuerças y daños.fo.legum.vbi dicitur,q̃ ſi famulus recedit à domino ſuo,amittit lucrũ,quod exinde ſperabat cõſequi per conuentionem factam cum domino.Si tamen dominus malicioſe deſinit tenere famulum in ſuo ſeruitio vel conſortio, & illum expulit, vel quid aliud fecit iniuſtũ propter qđ famulus receſcit,imputatur domino,& tenetur famulo pretium conuentionis ſoluere. ☞Tertiò facit arguendo ab abſurdo.quod argumentũ eſt validum in iure. vt dicit Bal.in.l.conuenticulã.C. de epiſcopis & cle. Nam ſi in caſu,quo maritus expellat vxorẽ, obtenta durante matrimonio per eum vxori non cõmunicaret,diceremus,q̃ maritus ex ſuo delicto conſequebatur commodum.quod eſt contra textum in l.3.§.1.ff.de donatio.inter vir.& vxo.&regulã.non fraudantur.§.1.ff.de regu.iu. ☞Quartò facit. nã quãuis vxor habeat medietatem dictorum bonorum, hoc non habet à marito,ſed potius à lege, notatur in.l.fi.C.de bonis mater.& in.l.3.ff.de interdic. & rele.ergo cùm tale beneficiũ à lege ſit indultũ vxori per maritum,non eſt auferendum.per regulã.indultũ.de regu.iu.li.6. ☞Quintò facit.quia cũ vxor lucretur dictam medietatem ſi cum marito cohabitauerit.vt.d.l.ti.delas ganancias. ſi per vxorem nõ ſtetit, quominus dicta cõditio adimpleretur, eo q̃ ſtetit per maritum,talis conditio habetur pro impleta.l.quę ſub conditione.§.quotiens.ff.de conditio.inſti.&.l.iure ciuili.ff.de conditio.& de.qua,p̃pter dicta vxor habebit dictam medietatem lucrorum ſtans extra ſimultaneam cohabitationem viri, acſi ſecũ cohabitaſſet,cùm per eam non ſtetiſſet. p̃ regulã.imputari.de regu.iu.li.6. ☞Sextò facit tex. in.l.fi.C.de repudi.qui dicit, q̃ maritus expellens vxorem ſine cauſa iuſta,punitur in hoc,quia tenetur ſuæ vxori dare quartam partem bonorum ſuorum.ecce ibi tex, per quẽ patet,maritum expellẽtem vxorẽ ſine cauſa, pati pœnam circa bona.Si ergo ibi punitur in bonis,quę ſunt propria mariti, à fortiori veniet puniendus in bonis, quæ ſibi deferuntur à lege. ☞Septimò facit. ſi ſunt duo ſocij, & vn⁹ callidè& malicioſe renũciauit ſocietati,hoc animo,vt lucrũ ſibi obueniẽs ſibi ſoli acquirat,& non communicet alteri ſocio:ſi poſtea ſocio à ſocietate expulſo aliquod lucrum eueniet, tenetur & ſocio cõmunicare.textus eſt notabilis in.§.manet. inſti. de ſocieta.&.l.12.ti.10.quinta partita. Cùm igitur inter virũ & vxorem ſit contracta ſocietas diuinæ & humanæ domus.vt.l.aduerſus.C.de crimi.expi.hære.&.l.1.ff.de donatio.inter vi. & vxor. & bonorũ hodie per.d.l.1.titu.delas ganancias.& maritus callidè & fraudulenter,vt ſupra eſt dictum, vxorẽ expulit à ſua ſocietate,nimirum ſi interim aliquod lucrum acquiſiuit, tenetur vxori illud cõmunicare. nã iſta ſocietas tacita à lege inter virũ & vxorẽ nõ eſt minus priuilegiata,quã illa,quę expreſſè contrahitur inter ſocios.vt tenet notanter Bald.quẽ ibi ſequũtur moderni in.l.re iudicate.§. ſocero.ff.ſolu. matrimo. Et quemadmodũ ſocietas expreſſa, quæ inter ſocios cõtrahitur,eſt quędam fraternitas.l.verũ.in princi.&ibi Bar.1.nota.ff.p̃ ſocio.& in Spe.de iudi.§.ſpecialia vero.ad finem.ita ſocietas contracta inter virũ & vxorẽ eſt quædã fraternitas.vt dixi. ☞Octauò ad hoc facit qđ dicit Bal.in.l.co.3. C. de lega.& dictũ Ioã.de Platea in rubrica. de fugi. colo.li.11.& tex.in.§.fi.inſti.de inge.&manu.Fede. de Se.conſilio.177.incipi.domino Corrado.quẽ refert Præpo.in.c. plerũq;.4.co.ver.quęro maritus de donatio.inter vi.& vxo.& quod notat.Bal.in.l. quod in vxorem.C.de nego.ge.& ibi Pau. de Ca. qui dicunt,q̃ ſi maritus expulit vxorem de domo, tenetur eam alimentare extra domum. Idem tenet Raine.de for.in.l.gaio.§. fi. ff. de alimen. lega. & facit.l.ſi cõuenerit.ff.pro ſocio.tenet Auguſti.in additio,ad Angelum ĩ ſuo tracta.malefi.in parte thee meai adulterato.4.colu.additio.incipienti. tu autẽ
53 in hac materia. ☞Quid tamen econtra.ſi † vxor nõ

vult ſtare

vult ſtare cum marito, ſi aliqua interim ipſa acquiſiuit, do. doctor de Segura vbi ſupra. 13. co. ver. quarto caſu dicit quòd tenetur eidem viro communicare, per ea, quæ ſuperius ſunt dicta. Et facit pro iſta parte dictum Baldi. in. d. l. quod in vxorem. C. de negotiis. ge. & in. d. l. 1. 2. colu. C. de legatio. verſiculo. tertio dubitatur. & eſt optimus textus. in. l. quinta. ti. delas penas fo. le. vbi dicitur, q̃ ſi vxor contra voluntatem mariti receſſit de domo ſua, perdit ea, quę fuit lucrata cum viro conſtante matrimonio. & quaſi idem dicit lex. 1. &. 15. ti. 17. ſeptima p̃tita. ¶ Quæro inſuper. ſi vir & vxor ſunt inuicem ſeparati propter aliquam cauſam cum diſpenſatione, de qua in. c. ex publico. de conuer. coniuga. & poſtea aliquis eorum aliquid acquiſiuit, an teneatur alteri dictum lucrum communicare. Vide do. doc. de Segu. vbi ſupra. 13. co. vbi dicit, q̃ vnuſquiſque ſibi acquirit lucratum ab eo. Quod patet. quia cum ſint iuſta cauſa ſeparati, iam non ſunt vir & vxor, ergo non habet locum lex loquens de lucris communicandis: cùm certum ſit, q̃ non ſint vir & vxor poſt dictam ſeparationem cum cauſa venientem. Et facit optime. d. l. 1. titulo delas ganan. fo. le. & l. 1. eodem titulo in ordina. vbi dicitur, comprarен de conſuno. quia hi, qui ſunt ſeparati iudicio eccleſiæ, & habent ſua bona ſeparata, non dicuntur inſimul habitare, nec inſimul emere, nec aliquã inter eos ſocietatem habere. ¶ Quid enim ſi vir & vxor ſe ad inuicem ſeparant, ſeorſum habitando, promittendo ſimul caſtitatem, an lucra habita per vnum, ſint inter eos communicanda. Et prędictus doctor de Segu. vbi ſupra. 14. co. dicit. q̃ non: quia cùm ambo ſint ſeparati, & cohabitent ſeorſum, nõ ſimul, q̃ vnuſquiſque ſibi acquirit: quia nulla eſt inter eos communio, vel ſocietas: & q̃ poſſint ſe adinuicem ſeparare quo ad thorum, promittendo ſimul caſtitatem. eſt glo. & ibi Abb. in. c. veniens. de regula. notatur in. c. dudum. de conuerſio. cõiuga. notat Prępoſitus in. c. præterea. el. 1. ſecũda co. de ſpõſa. ¶ Item quid ſi vxor ſeparatur à viro quo ad thorum propter eius fæuitiam & crudelitatem, eo q̃ non facit cum vxore vitam maritalẽ. Et in hoc præ dictus doctor de Segu. vbi ſupra. dicit, q̃ non ſolum eſt dos vxori reſtituenda, vt. in. c. 1. & ibi Abb. de donatio. inter virum & vxorem. & Bal. in. c. 1. prima co. 3. nota. vt lite non conteſ. verumetiam medietas lucrorum ante dictam ſeparationem per virum obtentorum. Iſte eſt tex. cum ſua glo. in. c. ſignifica uit. de donatio. inter vi. & vxor. iunctis his, quæ dicit Abb. in. d. c. 1. de donatio. inter vi. & vxor. Ideo conſulit vxoribus petentibus ſeparationem quo ad thorum propter dictam ęquitiam, vt non ſolum petant à maritis ſuis dotes ſuas, verũ etiam medietatem bonorum, quę ante dictam ſeparationem viri acquiſierunt. quod ipſe multotiens vidit omiſſum ab aduocatis mulierum. ¶ De obtentis tamen poſtea vxor non communicabit: quia ſua petitione à viro eſt ſeparata in facie eccleſiæ, licet vir fuit cauſa ſeparationis.

¶ Ley deziſiete.

QVãdo el padre o la madre[l] mejorare a alguno d̃ſus meytad de bienes[i] y la tal manda en lo que de derecho deuiere valer.[k].

i ¶ De bienes. Quæro iuxta hoc. pater in teſtamento reliquit filio ſuo nudam proprietatem cuiuſdam fundi, & vſumfructũ reliquit filiæ ſuæ, hoc acto, q̃ mortua filia, vſusfructus conſolidaretur cum proprietate, & totũ eſſet penes filium ſuum. deceſſit filia, ſtante fratre ſuo in matrimonio: & obtento vſufructu deceſſit & frater: quæritur nunquid in medietate bonorum, quam vxor iſtius defuncti deberet habere de multiplicatis conſtante matrimonio, habeat etiam medietatem vſusfructus fundi habiti conſtante matrimonio. Quæſtio eſt notanda, de qua vide quod dixi in. l. infra.

k ¶ Deuiere valer. intellige ſtantibus liberis valere vſque in quintam partem bonorum teſtatoris: ¶ Et eis non ſtantibus, ſed aſcendentes, vſque in tertiam. vt de primo eſt tex. in. l. 9. titu. delas mandas. foro. le. de ſecundo in. l. 6. ſupra. ¶ Deficientib⁹ his valebit legatum in totum. l. 1. ti. delas heren. foro. le. & l. 27. infra cum aliis.

Summarium.

1 *Bona aliena, an & quando poſſunt vſucapi.*
2 *Donatio facta à matre filio, an poſſit reuocari.*
3 *Filiorum appellatione, an veniat poſthumus, qui nondum eſt natus totus.*
4 *Filij appellatione qui comprehendantur. Et legatum factum famulis teſtatoris, quibus famulis debeatur.*
5 *Legatum factum filiis, an debeatur iis, qui teſtatorem offenderunt.*
6 *Legatum factum poſthumo, an intelligatur de eo, qui erat tẽpore Teſtamenti, qui deceſſit, an de habito ex ſecunda vxore.*
7 *Legatum relictum in Teſtamento, in quo dixit Teſtator, ſubſtituo filios & proximiores meos, An, filius mortuis, ad legatum ſoror, & eius filius veniant.*
8 *Pactum cum furnario, quòd poſſit coquere ipſe, & eius familia, An intelligatur de familia præſenti tantùm, an etiam de habitura.*
9 *Melioratus in tertia parte ſubſtantiæ, an videatur melioratus in tertia parte bonorum.*
10 *Verbum, bona prolatum à cõtrahentibus, vel à lege, ſeu à Principe, quid importet.*
11 *Quota hæreditatis, & quota bonorum, an ſint diuerſa.*
12 *Similia an ſint illa, quorum qualitas eſt vna. Et an ſint eadẽ illa, quorum ſubſtantia eſt vna.*
13 *Ordo ſcripturæ an attendatur, vbi conſtat de ordine intellectus.*

14 *Teſtamentum an vitietur, ſi habet admixtam donationem, vel venditionem.*
15 *Vltima voluntas an poſsit tranſire in ſpeciem contractus.*
16 *Pactum de donando, an ſit contractus nominatus.*
17 *Pactum inter maritum & vxorem de ſe inuicem ſuccedendo, an habeat vim vltimæ voluntatis. Et an in ſubſtantia ſit vltima voluntas.*
18 *Pactum de ſuccedendo, an requirat tot teſtes, quot requiruntur in teſtamento.*
19 *Pactum inter maritum & vxorem de ſe inuicem ſuccedẽdo, an & quando valeat.*
20 *Donatio cauſa mortis, an accedat magis contractui, quàm vltimæ voluntati.*
21 *Donatio, in qua fit mentio de morte, an cenſeatur in dubio cauſa mortis.*
22 *Donatarius cauſa mortis, an poſsit renunciare in præiudicium tertij.*
23 *Donatio cauſa mortis quot teſtes requirat.*
24 *Falcidia an detrahatur de donatione cauſa mortis.*
25 *Ius accreſcendi, an habeat locum in donatione cauſa mortis.*
26 *Donatio an videatur reuocata propter ſuperuenientem inimicitiam inter donantem & donatarium.*
27 *Alter. a. um. an ſit diſtributiuum trium, an duorum.*
28 *Inquiſitio, in qua dicitur alterum alteri auxilium præſtitiſſe, an irritetur, ſi inquiſiti ſunt tres.*
29 *Donatio, an ſit contractus.*
30 *Statutum diſponens, quòd de quolibet contractu ſoluatur centum, vel gabella, an debeat ſolui de donatione.*
31 *Donatio inter viuos, an poſsit reuocari.*
32 *Donatio quando videatur reuocari.*
33 *Donatio cauſa mortis, an reuocetur pœnitentia donãtis, quando decedit ſine hærede.*
34 *Donatio morte cõfirmata, an ſapiat naturã vltimæ volũtatis.*
35 *Donatio morte confirmata, an requirat tot teſtes, quot in teſtamento.*
36 *Confirmans, an videtur donare.*
37 *Donatio facta per prẽm filio ſui iuris, vel in poteſtate conſtituto, an irreuocabiliter confirmetur iuramento.*
38 *Donatio facta à matre filiis exiſtentibus in poteſtate patris, an valeat.*
39 *Donatio facta filiofamilias à patre tradita poſſeſsione, an valeat & an poſset reuocari.*
40 *Donatio quando dicatur perfecta.*
41 *Poſſeſsionis miſsio qualiter poteſt probari.*
42 *Poſſeſsio an trãsferatur per contractum nullum.*
43 *Poſſeſsio an trãsferatur in ſecundum emptorem, ſi primo fuerunt generaliter obligata bona venditoris in ipſa venditione.*
44 *Poſſeſsio ſi contendatur vel ſit dubium cui potius fuit tradita, an præſumatur pro primo emptore.*
45 *Poſſeſsio rei donatæ filio, an debeat dari ſeu tradi.*
46 *Donatio facta filio à patre, quando computetur vel conferatur inter fratres.*
47 *Contractus incipiens à traditione, an dicatur nominatus.*
48 *Contractus nominatus, an perficiatur ſolo conſenſu.*
49 *Traditio rei an probetur, ſi in contractu dicitur, donauit, & tradidit.*
50 *Traditio poſſeſsionis qualiter probetur.*
51 *Poſſeſsio quibus caſibus tranſit ſine apprehenſione.*
52 *Poſſeſsio, an & quando probetur per clauſulam, conſtituti.*
53 *Clauſula, conſtituti, quid operatur.*
54 *Poſſeſsionem obligatus ad tradendum excẽpto, an liberetur, ſi conſtituit ſe nomine emptoris poſsidere rem venditam.*
55 *Poſſidens nomine alterius precariò, negando poſſeſsionem, an videatur dominum, vel creditorem, cuius nomine poſsidet, ſpoliare.*
56 *Poſsidere an dicatur, qui pluries ad poſſeſsionem acceſsit.*
57 *Poſsidere an dicatur, qui probat penſionem recepiſſe à colono.*
58 *Poſsidens rem communem, an videatur pro ſe, & pro ſocio poſsidere.*
59 *Poſſeſsio per clauſulam, conſtituti, per quæ verba transfertur.*
60 *Poſſeſsio an transferatur per illa verba, Titius vendidit, & tradidit.*
61 *Poſsidens vt conductor, ſi expellatur à locatore, an poſsit agere ad reſtitutionem.*
62 *Poſſeſsio fictè, per quos modos transfertur.*
63 *Poſſeſsionem tranſferens fictè, an liberetur à vera traditione*
64 *Poſſeſsionem nitẽs probare per inſtrumentum, in quo eſt conſtitutus, qualiter debet articulare.*
65 *Poſſeſsio an tranſfertur per ſtimum aut cataſtrum.*
66 *Poſſeſsio quos effectus habeat.*
67 *Poſſeſsio ciuilis, an cauſet præſcriptionem.*
68 *Poſſeſsio ciuilis, an neceſsariò requiratur ad præſcriptionem.*
69 *Poſſeſsio naturalis ſola, an ſufficiat ad præſcribendum.*
70 *Poſſeſſor an faciat fructus ſuos.*
71 *Poſsidens an poteſt demoliri propria authoritate, quod alter in re à ſe poſſeſſa conſtruxit.*
72 *Poſsidens ciuiliter, an poteſt intentare interdictum, vti poſsidetis, contra ingreſſum, ad hoc vt reſtituat naturalem.*
73 *Poſſeſsio ciuilis ſi vacat, an accreſcat poſsidenti naturaliter.*
74 *Poſsidens immobilia, an releuetur ab onere ſatisdandi.*
75 *Poſſeſsio longa in iuribus incorporalibus, an habeatur pro veritate, & an faciat præſumi dominium ſine titulo.*
76 *Poſſeſsio rei donatæ à teſtatore tradita in vita, an poſsit ab eo reuocari.*
77 *Poſsidens inſtrumentum mandati, an præſumatur prior.*
78 *Poſsidens res patronatus, an præſumatur patronus.*
79 *Poſsidens res hæreditatis, an præſumatur adiiſſe hæreditatem.*
80 *Poſsidens rem publicam, an poſsit agere interdicto, vti poſſidetis.*
81 *Poſſeſsio rei immobilis, an ſortiatur forum, in quo res ſita eſt.*
82 *Poſsidens rem pro diuiſo ſpacio decem annorum, an præſumatur diuiſionem præceſsiſſe.*
83 *Poſſeſſor rerum hæreditariarum, an præſumatur longo tempore agnouiſſe poſſeſsionem.*
84 *Poſsidens beneficium, an videatur habere meliorem prouiſionem beneficij.*
85 *Poſsidens creditor, an præſumatur verus creditor.*
86 *Poſsidens inſtrumentum crediti, an præſumatur eo ipſo procurator creditoris.*

87 *Possidens instrumentum debiti, an præsumatur liberatus.*
88 *Possessor rei emptæ, an præferatur emptori non possidenti.*
89 *Possidens rem emptam à muliere coniugata, vel à filio familiàs per decem annos in præsentia mariti vel patris, an præsumatur eorum licentiam præcessisse.*
90 *Testamenta si inueniantur duo eodem die celebrata: nec appareat quod sit prius vel posterius, quod illorum valebit.*
91 *Possessio operatur, quòd si facta sit conuentio inter cõiuges, quòd is succedat alteri, qui posterior decesserit sine filiis: & ambo decesserunt, nec apparet quis eorum decesserit posterius: si hæredes vnius possident bona alterius, illi præferuntur in successione.*
92 *Possidens ciuiliter, an possit conueniri reiuendicatione.*
93 *Transactionis titulus licet non sit sufficiès ad præscribendum, an sit sufficiens, si cum eo concurrit possessio.*
94 *Reiuendicationis cessio, an causet translationem dominij.*
95 *Reiuendicatione mota contra aliquem: si pendente lite supervenit & possessio, an extinguatur iudicium.*
96 *Possidens ciuiliter, an habeat interdictum Vnde vi.*
97 *Possessio data precario, an sit vera an ficta.*
98 *Possessio an transferatur per licentiã intrandi possessionem.*
99 *Possessio an transferatur solo animo.*
100 *Emptor, cui res nondum est tradita, an possit agere, quòd alteri emptori non tradatur possessio, donec sit in lite iudicatum.*
101 *Donatio, an perficiatur per traditionem instrumenti.*
102 *Possessio rei donatæ vel venditæ, an trãsferatur per traductionem instrumenti.*
103 *Possessio an transferatur per incisionem instrumenti.*
104 *Donatio facta filiæ à patre pro dote, si matrimonium non sequatur, an possit reuocari.*
105 *Donatio propter nuptias facta filio, an possit reuocari, matrimonio non secuto.*
106 *Donatio facta filiæ vt intret monasterium, an possit reuocari.*
107 *Donatio pro alimentis an valeat incontinenti.*
108 *Donatio, in qua interuenit iuramentum, an possit reuocari.*
109 *Donatio facta filio causa militiæ, an possit reuocari.*
110 *Verbum, potest, præcedente negatione, an sit restrictiuum.*
111 *Verbum, potest, præcedente negatione, facit actum de iure impossibile.*
112 *Donatio facta extraneo, an possit reuocari.*
113 *Pater an potest in integrum restitui aduersus donationem à se factam filio.*
114 *Donatio facta sub modo vel conditione: si modus vel conditio non impleatur, an donatio valeat.*
115 *Pater reuocans donationem à se factam, an debeat soluere expensas in re factas.*
116 *Donatarius an possit retinere rem donatam propter expensas factas in re.*
117 *Donatio ex quibus causis possit reuocari*

QVando el padre. Melioratio in tertio facta à parentibus alicui ex filiis vel descendentibus legitimis in testamento vel in vltima voluntate, aut in contractu inter viuos, licet filius melioratus sit in potestate eius, qui fecit meliorationem, vel sui iuris, poterit quandocunque reuocari. præter quàm si donator tradidit possessionem, vel scripturam rei donatæ ei, cui facta est donatio, vel procuratori suo. vel si contractus meliorationis factus sit cum tertio ob causam onerosam. s. matrimonij, vel ex consimili causa: quia tunc non poterit reuocari, nisi ex aliquibus causis in iure expressis. vel si donator reseruauerit in se, quòd posset meliorationem sępe dictam reuocare. hoc dicit tota ista lex.

℣ Diuiditur in sex partes. In prima ponitur regula. In secunda, tertia, & quarta ponuntur tres casus fallentię. In quinta & sexta hæ tres fallẽtię limitantur. Secunda ibi. saluo si hecha. Tertia ibi. o le ouiere entregado. Quarta ibi. o el dicho cõtracto. ℣ Quĩta ibi. si no reseruasse. ℣ Sexta. o por alguna causa.

¶ Nota istam legem, quia est singularis, maximè in duobus. ℣ Primò inquantum dicit, q̃ donatio facta filio in potestate, tenet à principio mero iure, licet possit reuocari. ℣ Secũdò. quia sentit, q̃ donatio facta filio sui iuris, non est donatio perfecta, sed q̃ possit reuocari. ℣ Aduerte quo ad primum, quia per istam legem multa reuocantur iura, signãter. l. 3. titulo. 4. versicu. mas si el padre. quinta parti ta. & l. si pater. C. de inofficio. donatio. & in. l. donationes. C. de donationibus. inter virum. & vxorem. &. lege. 2. §. si filium. de donatio. ff. & multa iura antiqua dicentia, q̃ donatio facta per patrem filio in potestate non valet, nec morte confirmatur. ℣ Rationem assignat glos. in dicta. l. si pater. C. de inoffici. donatio. & ibi Paul. de Castr. 1. colu. versicu. in tex. vbi dicit, q̃ si donatio facta filiofamilias valeret, esset frustratoria, quia dominium transiret in filium, & eo instanti rediret ad patrem, cũ quidquid acquirit filius, acquirat patri ipso iure, nec momẽto remaneret apud eum. argu. legis. quis sit. ff. de solutio. & facit. l. si quis pro eo. ff. de fide iusso. ℣ Reprobatur etiam dictum Bald. in. c. iurauit. de probatio. vbi dicit, q̃ donatio facta à patre filiæ suæ adhuc existenti in domo sua, non valet, nisi sit in domo mariti. & allegat textum, quem reputat singularem iuncta glo. in. l. nec inter. C. de donatio. inter vi. & vxor. & ibi Iaco. de Are. refert & sequitur And. Sic. in. d. c. iurauit. ℣ Et approbatur per istam legem. l. donationes. l. 1. cũ simi. C. de donatio. inter virũ & vxorem. vbi dicitur, quòd donatio facta à patre filiofamilias, potest à patre reuocari vsq; ad mortem. morte tamen confirmatur. vt infra patebit. ℣ Sed do. docto. de Segu. in repe. §. sed & si fundum. l. vnũ ex familia. de lega. 2. 10. folio. 1. co. versicu. istam tamẽ conclusionem. dicit, q̃ quando pater donat filio in potestate dictam partem bonorum, videtur sibi in vita assignare pro parte suæ legitimæ, vt de se clarè patet. quia quando pater donat filio in potestate, talis donatio fit reuocabilis. per. l. 2. C. de inoffi. donatio. & d. l. donationes. tamen quando pater donat filio in potestate aliquid pro sua legitima, talis donatio incontinenti valet. Ista fuit determinatio Angeli. l. si non mortis. in principio

Corri. *Approbat.*

principio. per illum textum.ff.de inofficio.teſtamē. per quam dicit ibi ſe ita conſuluiſſe. quod dicit no tandum,ſi eſſet verum. ☞Secundò adducit textum in.l.ſi quādo.§.& generaliter.C.de inoffi. teſtamē. vbi filio fuit à patre donatum pro legitima in vita: attamē dicitur ibi,quòd talis donatio. ſtatim valet.

Contra ☞Sed prædictis fundamētis non obſtantibus,contrariam ſententiā putat prædictus doctor de Segu. eſſe veram, quam fundat iuribus, & rationibus.

Fallit ☞Primò per iura,quę ſimpliciter dicunt,quòd donatio facta per patrem filio in poteſtate,non valet. vt.d.l.2.C.de inofficio.donatio. & d.l.donationes. C. de donatio.inter vir.& vxo.&.l.2.§. ſi filium.ff.

Fallit de donatio. ☞Præterquàm vbi donatio fieret filio propter merita. ꝓut dicitur in auth. vnde ſi parēs. C.de inoffi.teſta. pleniùs per Bar. in.l. 1. §. nec caſtrenſe.ff.de collatio.bono.& in.l. ſi donatione. & ibi per Bal.& modernos.C.de collatio, ☞Itē in caſibus exceptis,de quibus per glo.in.d.l.2.C.de inoffi.donatio.& per Bal.in.l.cū oportet.§. ſi autem. C.de bonis quæ libe.& per Fran.de Are. in.l. placet.3.col.ff.de acqui.hære.per Iaſo.in.l.frater à fratre.19.col.vſq; in finē.ff.de conditio.inde. ☞Secundò adducit fortiſsimū argumentum: quia alimenta debētur filio in vita patris l.ſi quis à liberis.in principio.ff.de liberis agnoſ.tamē donatio in cauſa alimentorum facta à patre filio in poteſtate,nō valet. glo. eſt notanda, quā ibi commendat & approbat Bal. in. d.l.2.C. de inoffi. donatio. incipi. ſi pater. ☞Tertiò pro hoc facit tex. formalis. & ibi Bal.in. l.cum de bonis.C.de donatio. vbi vult tex. quòd ſi pater donat filio in poteſtate partem ſuam,non valet donatio. ☞Quartò facit tex.in.l.ſi filia.§.ſi pater. ff. famili. herciſ. vbi dicit tex. quòd ſi pater bona ſua diuiſit inter filios in vita, vnicuiq; partem ſuā aſsignando, quòd talis aſsignatio non valebit vt donatio,eo quòd filij eſſent in poteſtate ſecūdum Flo.ibi. ☞Quintò facit tex. in lege ſi ancillam.§. ſi pater.ff. pro ſuo. vbi dicit tex. ſecundum gloſſam primam. ꝙ † ſi pater inter filios, quos habebat in poteſtate , ſua bona cum quibus erant aliena diuiſit,ac etiam tradidit,quòd iſti filij vſu capiunt aliena, non titulo pro donato: quia donatio non tenuit,ſed titulo pro ſuo. ☞Sextò ad hoc facit ſingulare dictum Fran de are.in.d.l.placet.3.col. ver.tertiò adde.ff.de.acq.hęre.& lati⁹.17.incipi. cōſideratis diligentiſsimè & maturè. Iaſon. in.d.l. frater à fratre.pe.col.ff.de.cōditio. inde. tenēdo hāc ſecundam concluſionem pro veritate, dicit, ꝙ reſtat reſpōdere ad tex.in d.l.ſi quando.in.§.& generaliter. vbi clarè probatur , ꝙ dicta donatio valet.ſed ad dictum.§. & generaliter dicit , ꝙ clara ſtat reſponſio. quia intelligitur in donatōe facta filio emācipato, & non in poteſtate,vt patet neceſſariò rectè intuēti.nā ibi dicit tex.ꝙ ſi pater donauit filio, nō imputat in legitima,niſi hoc pater expreſsiſſet. ſed in filio in poteſtate hoc eſſet falſum:ꝙa imò fili⁹ in poteſtate donationem ſimpliciter factā imputat in legitimam.l.filium quem habentem.C.fami.her.per Bar.& alios.in.l.in quarta.ff.ad.l.falci.nam in filio emācipato eſt ſecus. vt in.d.§.notatur. ergo neceſſariò primum dictū regulę. dicti.§. & generaliter. intelligitur in emancipato,& per conſequens exceptio à regula.vt.l.1.ff.de regu.iuris. ☞Et ad textū in.d.l.ſi non mortis.per quē ibi ſe fundauit Ange. reſpondet dupliciter. Primò,ꝙ ibi loquitur in matre donante filio,cuius donatio incontinēti valet. vt.l. ſi conſtante.C. de donatio.inter vi.& vxo. & eſt ratio,quia mater non habet filiū in poteſtate.vt in.§.fœminę.inſti.de adoptio.☞Secūdò,ꝙa poſito, ꝙ dicta lex.ſi non mortis.loquatur in patre,loqtur in filio emācipato , ſecundū prędictos doctores in dictis locis. ☜Et quāuis prędicti domini non dicant,iſtud probat tex. de pura neceſsitate in.d.l. ſi non mortis. ibi dū dicit.hac autē contemplatione, vt in quartam habeatur. vbi donatio in vita fuit facta cū cōditione,vt eā filius cōputaret in legitimā: ꝙ ſi fuiſſet filius in poteſtate,nō erat neceſſarium, per.d.l.filium quē habentem.vt dixi reſpondendo ad dictū.§. & generaliter.ergo de neceſsitate ſequitur,ꝙ dicta.l.ſi non mortis. loquatur in filio emancipato.Et ita concludendo prędictus.do.doctor de Segu. dicit.ꝙ donatio de tertio facta filiofamilias à patre,poteſt per eum quandoq; reuocari. & ita ſua opinio eſt hodie per iſtam legem comprobata. & ceſſant opiniones & iura contraria. ☞Et quod dicit Bal.in authē.ex teſtamento.2.col.ver. concludę ergo.C.de collatio.& Ange.in authen. de immen. donatio.1.&.2.col.collatio.7. vbi latè. ☞Niſi intelligas,quòd donatio facta filiofamilias non tenet in eo,quòd eſt immēſa. vt ibi & in. d.l.ſi pater.quam legē ſic intelligit Pau.de Ca.ibi. ☞Vel aliter intellige ſecundum Bal. in.d.c.iurauit. de probatio.vbi tenet vt ſuperius dixi. ꝙ donatio facta à patre filię ſuę dum adhuc exiſtit in domo ſua,non valet,niſi ſit in domo mariti.allegat textū , quē reputat ſingularem iuncta glo.in.l.nec inter.C.de donatio.inter virum & vxorē.& ibi Iaco.de are. refert & ſequitur Andr.Sicu.in.d.c.iurauit. ſed tene quod ſupra cum do. doctore de Segu. per iſtā legem. ☜Sed quia do.doctor.de Segu.vbi ſupra , dicit , ꝙ mater non pōt reuocare donationem à ſe factam filio ſuo: tu tene contrarium per ea,quę dixi in glo.iſtius legis ſuper parte.la madre. ☞Quo ad ſecūdū,inquātum iſta lex dicit,ꝙ donatio facta filio ſui iuris,poteſt reuocari,ſicut facta filiofamilias.dic,ꝙ per iſtā legem in hoc reuocatur & corrigitur.l. donatione. &.l.velles.C.de reuo.dōatio.&.l.ſi quādo.§.& generaliter. de qua ſupra.& cōmunis doctrina ſcribētiū.in authē. vnde & ſi parens.C.de inoffi.teſta.&. l.2.C.de inoffi.donatio.&.d.l.& ſi mortis.C. ad legē falci. & alia iura dicētia,ꝙ donatio facta à patre filio emācipato vel ſui iuris , nō pōt p patrē reuocari. ☞Cuius cōtrariū iſta lex diſponit. Et cū ea cō- *Concor.*

approbat

reprobat

cordat.

cordat.l.vnum ex familia.in prin.de lega.2. vbi eſt caſus, q̃ ſi ego inſtitutus ſum grauatus à teſtatore vni ex familia ſua reſtituere fundum titianum,quē ego elegero,q̃ poſſum vnum in vita eligere, & ſic inter viuos. Vnum tamen eſt,q̃ ſi poſtquā elegero, pœniteat me,& voluero reuocare dictam nominationem, & electionem inter viuos factam, q̃ licitè poſſum,& valebit dicta reuocatio:& ſic pinde habebitur nominatio,acſi facta non fuiſſet. Et quāuis. d.l.vnum ex familia.habeat locū in propria perſona teſtatoris,q̃ poſſit variare, & reuocare electionem,& nominationē à ſe factam:hodie hoc facere non poteſt is,cui cōmittitur electio & nominatio: quia ſi ſemel elegit,non pōt ſuam nominationē & electionem reuocare.per textum, qui bene hoc p̃bat in.l.35.infra.vbi dixi. Concordat etiam cum lege iſta.l.cum pater.§.à filia.& ibi Bar.* & alij de lega.2.vbi dicitur,q̃ ſi is,cui fuit facta cōmiſſio eligēdi elegit,poterit electionem à ſe factā reuocare. tenet etiam Iaſon in.l.poſt mortem.pe.colu.ver. adde ad confirmationem prædictorum.C.de fideico. iſtam etiam quæſtionē mouet do. doctor de Segu. dicta rep fo.fi.7.co.ver.quarto mō. vbi cōtrarium tenet.Sua tamen opinio, vt ſupra dixi, hodie non procedit per iſtam legem.

2 l ¶ La madre.Nota ex p̃ticula iſta.q̃'† mater pōt reuocare donationem à ſe factam filio ſuo de tertio bonorum ſuorum.Quod patet euidenter, inquantū iſta lex dicit.quando el padre o la madre hiziere donacion pueda la reuocar. ☞Per quam legem corrigitur in hoc.l.ſi nō mortis.ff.ð inoffi.teſta. & .l.ſi conſtante.C.de donatio.inter vi.& vxo. vbi dicitur,q̃ mater non poteſt donationem à ſe factam filio reuocare:quia non habet filios in poteſtate,ſicut pater.vt in.§.fœminæ.inſti. de adoptio. & per totū inſti.de patria po.& ita tenēt doctores.& Bal. in dicta.l.Si conſtante.& idem Bal.in.l.filium quē habentem.C.familiæ her.& domi.doctor de Segu. vbi ſupra.12.folio.3.co.ver.ex ſupra dictis.cui⁹ cōtrarium vt ſupra dixi iſta lex diſponit.& ſic nō ſolum pater,ſed mater,quę meliorauit filium in tertio bonorum ſuorum,poterit vſq; ad obitum donationē reuocare. ☞Probatur multipliciter ex lege iſta. ☞Primò referēdo finē legis ſuo princi. ſed finis eſt.pueda lo reuocar quādo quiſiere:principiū. quādo el padre o la madre mejorare alguno de ſus hijos.igitur mater poterit reuocare donationē.&c. Et q̃ finis legis debeat referri ſuo principio, habetur in Spe. de diſpu.& allega. §. 4. ver. vltimo. in princi. ☞Secūdò probatur,qa eadē eſt ratio in matre,quę in patre. quia ſi de iure imperatorū mater poterit donare filiofamilias eo quod non eſt in ei⁹ poteſtate.vt.d.l.ſi non mortis &.d.l.ſi conſtante.cum ſimi.eadem ratione pater poterat donare filio ſui iuris:ſed hodie per iſtam legem pater poterit reuocare donationem à ſe factam filio ſui iuris, licet in eius nō ſit poteſtate, per cōſequēs & mater poterit donationē à ſe factā filiofamilias reuocare, & ſi ī ei⁹ nō ſit poteſtate. ☞Tertiò dico,q̃.d.l. ſi nō mortis.&.d.l.ſi cōſtāte.loquūtur tā in patre,q̃ poſſit donare filio ſui iuris,nec poſſit dictam donationem reuocare,quā in matre:ſed in patre dictę leges corriguntur per iſtam,ergo in matre videntur correctæ.nam lex correcta in vna perſona ex correlatiuis,cēſetur correcta in alia.tenet Bal.in.l.ſi.in prī ci.C.de indic.vidui.to.& ibi eſt tex.& Pau.de Ca. ver.nota ergo.& facit lex ſi.C.de acceptila.&.l. cū emptor.C.de reſcin.ven.&.l.ſi ab eo.C. de legitimis hære. ☞Et q̃ vir & vxor ſint correlatiua,proba tur ex.c.pe.de adulteriis.& tenet Pau.de Ca.in. d. l.ſi.in principio.C.de cadu.tollen.vbi dicit, q̃ vir & vxor ſunt correlatiua:ideo ſtatutum in vno, videtur in alio ſtatutū. ☞Quartò in.l.iſta vir & vxor æquiparantur.& idem in.d.l.ſi nō mortis. vt ſuperius illam induxi.ſed in iure habes, q̃ lex loquens in vno de æquiparatis,habet locum in alio. ſecundum glo.quā ad hoc cōmendat Pe.de ancha.in.c. ſi poſtquā.§.fi.de electi.li.6 facit glo. in cle. abbates de reſcrip.& in.c.2.de conſe.in.6.&.l. quod ſeruo. C.de furtis.igitur.&c.

Contra. Sed Bar. in. d. l. edicto. in fine. verſi. ex quo nota. dicit contrariū eius, ad quod inducitur. Imò dicit, q̄ ille qui poſsidet ex licentia iudicis, debet probare immiſsionem per publicum inſtrumentum, nec videtur quòd ſufficiat probari per teſtes. & hoc dicit probari per illum textum. & idem Iaſo. ibi colu. 2. verſicu. quarto requiritur. ☞ Sed Bal. ibi. 9. col. & 8. quæſtio. & 15. opp. dicit, q̄ miſsio probatur per teſtificationē publicarū perſonarū. prout dicit tex. ille, & ſic dicit, q̄ per ſcripturā probatur poſsesſio. ☞ Cuius cōtrarium dicit textus in. c. inter dilectos. de fide inſtru. & l. prædia. §. fi. ff. de acqui. poſſe. ☞ Pro cuius ſolutione Bal. vbi ſupra diſtinguit. ☞ Aut inſtrumentū conficitur ſuper promiſsione, & non probatur poſſeſsio. Et ſi permitta tur pēſio vel affictus. vt in contrario. ☞ Aut ſuper poſſeſsionis recognitone vel cenſus ſolutione, & tunc probatur poſſeſsio cōtra ſe, non contra tertiū per. l. litibus. de agrico. & cenſi. lib. 11. & l. pomponius. ff. quibus mo. feu. ami. ☞ Aut ſuper traditione ficta & inuiſibili, vt ſuper precario, & nō probatur poſſeſsio vera ex ſolo inſtrumento, ſed probatur eius cōfeſsio inter partes. vt notatur in. l. ab emptione in gl. ff. de pactis. ☞ Aut ſuper corporali & viſibili traditione, & probatur per inſtrumentum factū intra rem poſſeſſam: ſed per verbalē traditionem factā extra rem poſſeſsio nō probatur, ſed licētia poſsidēdi. per dictā. l. prædia. allegat notata per Inno. in. c. 2. de conſue. ¶ Tu tamen aliter diſtingue. Aut loquimur de ipſo actu miſsiōis in poſſeſſionē, vel quādo quis mittitur in poſſeſsionē actualiter & corporaliter: & tunc ipſa miſsio poteſt probari per teſtes, qui interfuerūt tempore miſsionis. ☞ Si verò non tractatur de ipſa miſsione in poſſeſſionem, ideſt de probatione poſſeſsionis. ſ. q̄ quis poſsidet. & iſta multifariè multiſq; modis probatur. ☞ Nam probatur poſſeſsio ex receptione penſionis, ſi alius non poſsideat verè. vt ſi arat, vel fructat etiā in præiudicium tertij. vt tenet Bar. Ange. & Imo. in. l. qui vniuerſas. §. quod per colonū. & l. quāuis. §. ſi conductor. & ibi Bar. ff. de acqui. poſſe. Ange. in. l. quædā mulier. ff. de rei ven. & in. d. l. litibus. de agri. & cēſi. lib. 11. l. 44. ſuper parte, dela coſa. Item probatur poſſeſſio per teſtes, dicētes vidiſſe terram arari, ſeminari, & fructus colligi ad inſtantiam talis. vt per Bal. & docto. in. l. 3. C. finiū regū. ☞ Qualiter etiā probetur poſſeſsio, habetur in ſpe. de peti. & poſſe. §. 1. per totū. ☞ Si verò tractatur de licētia data à iudice de mittendo in poſſeſſionem, tunc poteſt ſuſtineri opinio Bar. vt debeat probari talis licētia per inſtrumētū per. d. l. fi. ¶ Sed. d. l. ſi bene ponderetur, nō dicit, q̄ aliter quā per inſtrumēta probari non poſsit. quia poterit eſſe, quòd iudex coram teſtibus præcipiat verbo, alguazelo vel executori, aut nūcio publico, vt mittat aliquē in poſſeſsionem alicuius rei. Et tunc ſufficit, q̄ probetur iudicis præceptum ſufficienti numero teſtiū, qui interfuerunt ad validationē actus, & iuſtificationē poſſeſsionis, & q̄ poſsidens iuſtè poſsideat. vt plenè Lanfran. in repe. rubricæ de cauſa poſſe. & propriet. 8. co. cum ſequen. ☞ Idem etiam dicimus in donatione facta cum clauſula conſtituti, quia dicitur perfecta, vt ſupra dixi, & eius poſſeſsio eſt vera & perfecta, licet traditio ſit ficta. vt eſt glo. ſatis notanda. & ibi Bar. in. l. ab emptione. ff. de pactis. in fine. igitur quia perfecta, reuocari non poterit.

Adde. ¶ Tenet etiam Anto. de Bu. cōſi. ſuo 34. nu. 1. vbi etiam dicit, q̄ tranſfertur vera poſſeſsio, & vtile dominiū, per clauſulā conſtituti. allegat. l. certe. §. 3. & §. Iulian⁹. ff. de precario. & d. l. ab emptione. & l. quædā mulier. ff. de rei ven. & c. cum veniſſent. de reſti. ſpo. ☞ Vnum tamē nota, q̄ licet dominiū pluribus caſibus trāſferatur in aliquē: poſſeſsio non tranſfertur ſine apprehēſione vera vel ficta. tenet in. l. ſi mora. 2. col. in ver. inter. cū ver. vnum etiā. ff. ſolu. matri. ☞ Præterea retentis eiſdem terminis vera poſſeſsio dicitur illa, quæ acquiritur per pedum poſitionē, vel per corporalē apprehenſionē. l. 1. cū ſimilibus. ff. de acqui. poſſe. & d. l. 1. ti. 30. tertia partita. Aliæ vero poſſeſsiones, quę acquirūtur ſine corporali apprehenſione, dicuntur traditæ fictè. vt dictis legibus apparet. & l. quod meo. cum aliis. ff. de acqui. poſſe. & l. 6. cum duabus ſequē. ti. 30. tertia partita. ſed ſic eſt, q̄ per traditionē inſtrumenti rei donatę donatio dicitur perfecta, & reuocari non poteſt, vt hic eſt caſus legis. igitur ſi res donata ſit apud donātem, qui ſe conſtituit donatarij nomine poſsidere, licet pręcariò ſe conſtituat, reuocare nō poterit. Ideo ſi lex dicat, quòd poſſeſsio acquiratur corpore & aīo, & nō altero tantū. vt. l. licet. C. de acqui. poſſe. ita q̄ rei apprehenſio ſit neceſſaria per ſe vel per aliū. vt. l. quēadmodū. ff. de acqui. poſſe. & l. quid vniuerſas. eodē titu. per fictionem tamē à iure traditam conſtat de animo & corpore in poſſeſſione & rei traditione. vt. c. ex literis. de conſue. & ibi glo. notabilis. facit. l. 1. C. de dona. refert & tenet glo. in. d. l. 8. titu. 30. tertia partita in fine. ☞ Et nota, q̄ iuncta doctrina, de qua ſupra eſt textus in. l. iſta. inquantum dicit, q̄ ſi poſſeſsio rei donatæ traditur donatario, donatio nō poſsit reuocari, poſſeſsio trādita. ſ. per corporalē apprehēſionem, vel per clauſulam conſtituti. vt ſupra. ☞ Et ex his poteſt dari ſolutio ad. d. §. aliq̄. & ad. d. l. ſi quis argumentū. cū ſimi. & ad glo. in. l. cū de in rem verſo. ff. de vſu. & ad l. 2. & ibi Bal. C. ſi quis alteri vel ſibi. vbi dicitur, q̄ in donatariū non tranſfertur dominiū, vel poſſeſsio niſi per traditionē. quia debet intelligi per traditionē veram vel fictā. quod nota. & ita ſi poſſeſsio rei donatæ traditur verè vel fictè: donatio erit perfecta, nec poterit reuocari.

Adde. Intellige q̄ erit perfecta per traditionem fictam, quando cōtractus initus inter partes eſt permiſſus: ſecus ſi reprobatus

probatus: quia tunc per clauſulam conſtituti non tranſfertur poſſeſsio. tenet notanter do. doctor de Pala.in repetione.c. per veſtras.de dona. inter vi. & vxo.ſuper rubri. co.437. in verſi.non obſtat. & co.ſequenti.dixi in.l.45.glo.1.infra.vbi vide. & in
42 parte.ſin otro acto. ¶ Hinc eſt,q† ſi inter aliquos eſt contentio ſuper fundo,& efficitur litigioſus,licet à poſsidente vēdatur, & in contractu venditor ſe conſtituat fundum emptoris nomine poſsidere, non trāſfert venditor poſſeſsionem in emptorem. quia ex quo res vendita erat litigioſa, cōtractus inītus inter emptorem & venditorem fuit nullus,per textum in.l. 3. & ibi Bart.& Bal. C. de litigio. ibi. dum dicit, tanquam ſi nihil factum ſit. Idem dicit
44 Bar.in.l.1.§. 1.ff.eodem titulo de litigio.notant doctores in.c.eccleſia ſanctę Mariæ.vt lite pen. ¶ Et vbi precarium eſt appoſitum in contractu nullo, tunc per precarium non tranſfertur poſſeſsio ciuilis.vt ſupra dixi.tenet Barto.in.l.ſi rem aliquam.in ſecundo membro principali.ff.de acqui.poſſe.per textum.in.l.ei à quo.ff.de vſucapio.ſequitur Alexand.in.l.1. §. ſi vir.in.2. fallentia. ff. de acquiren. poſſeſsio. hoc voluit Bald. in propriis terminis in precario appoſito ſuper contractu nullo, vt nihil operetur in.l.nō dubium. in opp. C.de legi. allegat dictam.l.ſi rem aliquā.&.l.ſi quis ante.in ver.
43 ſi quidem numo vno.ff.de acqui. poſſe. ¶ Item † ſi venditor iurauit primo emptori nulli alio vēdere,& non obſtante iuramento vendidit ſecundo,& tradidit,per clauſulam conſtituti, non videtur per eam poſſeſsionem tranſferre in ſecundum emptorē.quia dictus cōtractus vēditionis dicitur nullus, ſtante priori iuramēto de non alienando . vt notat glo.in.c.licet mulieres.de iureiuran.in ſexto. ▽ Et illam glo.allegat Hoſti.hoc volentē in.c.cum contingat.&.c.eam te.&.c.intellecto.de iureiu.& Bar. in.l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.& in.l.ſi prædiū. ff.de iure dotium.Spe.in.c.de emp.& vēdi.§.tertio loco.ver.& nota conſilium Inno.c.dilecto.de præben.▽ Hanc concluſionem firmat Alex.in.3.volu. conſilio.16. incip. ponderato. ¶ Et hoc verum, quando pro primo iuramēto concurrebat ius commune ſimiliter prohibens alienationem,vt in fundo dotali. Et in prohibitione alienationis rei litigioſæ,in quibus caſibus & ſimilibus ſtante primo iuramento alteri facto habenti concurſum cum iure cōmuni per dictum contractum prohibitum duplici reſpectu non tranſfertur dominium nec poſſeſsio per iura ſupra allegata.ſecūdum Io. de Imo. in.d.c.dilecto. Ale.de Imo.in.d.conſi.in.3.co.quod firmat Bald in.l. duobus. §. fi.ff.de iureiuran.▽ Et hoc maximè, ſi emptor ſecundus habuit notitiam de prima venditione,vel obligatione de non alienando.vt per Bal.in in rubri.C. de reuo.his quę in frau.credi.notatur in.l. ſi ea res.§.fi.ff.de acti.emp. ▽ Item primus emptor præfertur ſecundo, quando primus eſt perſona priuilegiata. ſ. eccleſia, vel ſimilis,in quam ſine apprehenſione tranſit poſſeſsio.vt dixi in.l.45.glo.1.infra. etiam ſi ſecundo fuit facta traditio. Ita dicit glo.& docto.in.l.1.§. ſi duobus.ff.de publi. glo. notanda.& ibi Bart.in.l. fina. C.de ſacroſan.eccle.Io.And.in.c. continebatur.de his quæ fiunt à præla. ▽ Etiam ſi ſecundus emptor ſit eccleſia,vel alia perſona priuilegiata.ſecundum glo. Bar.& Bal.in.d.l.fina.6.q. & Bar.in.d.l.ſi duobus. ¶ Item ſi venditor primo emptori obligauit omnia bona ſua in contractu venditionis: quia tūc res empta cedit in hypotheca ſimul cū aliis bonis, & non poteſt alteri vendi.ſecundum Bal.in rubri. C. de his quæ in frau. cre. quod eſt multum notadignum. ¶ Si verò eſt dubium † in traditione vera,cui pri⁹ fuit facta traditio, præſumitur facta primo emptori.vt tenet Bal.in.l.& ſi quidem.ff.de publi. ▽ Et idē ſi prius pretium ſoluit & eſt dubium, vt dixi,quis prius ingreſſus eſt poſſeſsionē. vt dicit Bald. ſingulariter in.§. ſi facta.ſi de feudo fuerit contro. inter domi. & agna. vaſſa. in vſibus feu.
▽ Quæro filius eſt in poſſeſsione rei,vel quia eam Qō. tenet permiſsione patris:& cùm eſt in poſſeſsione pater donauit eā eidem filio,nec tradidit poſſeſsionē:nūquid poſsit pater donationē reuocare,qa poſſeſsionē nō tradidit. Videbatur q⁹ ſic per iſtā.l.ſed tene q⁹ nō,per tex.in.l.quædā mulier.in fi.ff. de rei vē.vbi dicitur,q⁹ qui eſt in poſſeſsione,ſufficit titulus ſine traditione. ¶ Et quo vnū ſingulariter inſe *Infertur*
45 ro,q⁹ † etiā ſi filius ſit patri inobediēs, pater nō poterit donationē à ſe factā reuocare,niſi in caſib⁹ expreſsis in iure. ▽ Quapropter cōſulo parētibus, vt *Conſiliū.* in mēte habeāt illud ſingulare conſiliū.Eccleſia.33. vbi ſuper traditione bonorū conſulit parentibus, ita dicens. Audite me magnates,& omnes populi, & rectores eccleſię aurib⁹ ꝓcipite,Filio,&mulieri, fratri,&amico nō des poteſtatē ſuper te in vita tua: & non dederis aliis poſſeſsionē tuam, ne fortè pœniteat te,& depreceris pro illis.dum adhuc ſupereſt,& aſpiras,nō immutabit te omnis caro.Melius eſt enim vt filij tui te rogent, quàm te reſpicere in manus filiorū tuorū. In die cōſummationis dierū vitę tuæ,& in tempore exitus tui,diſtribue hęreditatē tuam.▽ Poterunt enim parentes filiis vel nepotibus obſequiū præſtātib⁹ eis aliqua donare, & tradere,ſed non tāta,q⁹ neceſsitas illos conferat in hoſpitale, & cogat illos mendicare: & ſi donauerint multa,non tradāt aliquo modo poſſeſsionem earū. nā metu pœnitētiæ,filij prę̄ſtabunt parētibus obſequia debita,& neceſſaria miniſtrabūt.& ecōtrario plures vidi agricolas& cultores,in ſenectute mēdicare.▽ Sed vide inſuper eundē Eccleſiaſti.40.in fi. vbi dicitur.Fili in tēpore vitę tuæ ne indigeas.melius eſt enim mori qnàm indigere. vir reſpiciēs in menſam alienam nō eſt vita eius in cogitatione.vi ctus alit animā ſuam cibis alienis.▽ Hinc etiā dici- *Corrigit*
tur ⁞Eccleſia.41.O mors bonū eſt iudiciū tuū homini indigenti,& qui minoratur viribus, defecto ęta

te,&

te,& cui de omnib⁹ cura eſt.melior eſt enim mors, quã vita amara.vt habetur Eccleſia.30. circa finem.
¶ Redeundo igitur ad propoſitũ,habes textũ ſa-
46 tis ſingularẽ,q† donatio facta filio,traditione poſ-
ſeſsionis confirmatur,nec expectatur mors paren-
tum.▽ Cuius cõtrarium tenuit Bar.in.l. frater à fra
tre.pe.co.ver.ſexto quæro.ff.de condi.inde.& glo.
in.l.2.C.de inoffi.dona.Ioan.And.in addi.ad Spe.
in tit.de teſta.§.hæc materia.ver.pone filius.Bal.in
auth.ex teſtamento.2.co.C.de colla.& in.l.filiæ cu
ius.C.familiæ her. & in. l. 2. C. de condi. ob cau.
per.l.2. ſi quis alte. vel ſibi. Bar.in.l.donationes.§.
pater.C.de donatio.inter virum & vxorem. quo-
rũ opinio hodie ceſſat per iſtam legẽ. ▽ Niſi intel-
ligas ſecũdum textum in.l.3.titu.4. quinta partita.
ver.mas ſi el padre.&.l. 29. infra.vt ſi filiꝰ venit ad
diuiſionem bonorũ parentũ debet trahere ad colla
tionem donationem factam à patre, quia tũc impu
tatur donatio facta filio in ſua portione & legiti-
ma,aut confertur. vt. d. l. 29. infra.ſed ſi filius vult
eſſe contentus cum re donata & tradita, valet do-
natio, & non confertur, nec imputatur, niſi in eo
47 quod eſſet immenſa.vt vbi. ▽ Et nota,q† contra-
ctus nominatus quando non interuenit traditio,di
citur cõtractus innominatus,ideſt quia iure nõ no
minatur. vt habetur per glo. tenet Bal. & docto.in
l.1.C.de re.permu.& in.l.naturalis.C.de præſcrip.
verbis. & in.d.rubri.de rerum permu.vbi etiã di-
cit Bal.q is dicitur cõtractus innominatus, qui per
48 conſuetudinẽ inductus eſt. ¶ Item nota,q † con-
tractus nominatus perficitur ſolo ſenſu.glo. eſt in.
l.1.in parte,habent.ff.de rerum permu.▽ Quod eſt
verum in contractibus non habentibus nomẽ pro-
prium.ſecundum Bar.in.l.iuris gentiũ.§.1. ff.de pa
ctis.vbi etiam dicit,quòd licet donatio, quæ inci-
pit à traditione,ſit contractus nominatus, tamen q
pactũ de donãdo eſt cõtractus innominatus. quod
facit ad legẽ.22.quæ loquitur in pacto de donando
infra.Bal.tamen tenet contra in.l.2.in fine.C.de cõ
Qõ. ditio.ob cau.& in.d.rubrica de rerum per.C.▽ Vl
49 terius quæro † an probetur poſſeſsionis traditio,ſi
in teſtamento dicitur.donauit & tradidit.Bal.in. l.
minus inſtructus.1.col.ver.ſequitur in textu.C. de
acqui.poſſe.dicit,q iſta verba non probãt traditio
nem,niſi contractus fieret in re,vel iuxta rem. Pro
50 pterea †ſis cautus tu,qui habes de poſſeſsione pro
bare,vt ex alio te fundes,quàm ex ipſo inſtrumẽto:
ſaluo,vt dixi,niſi res ſit in conſpectu,vt contractus
factus in re.ſecũdum Bal.vbi ſupra. tex.& ibi Bar.
in.l.prędia.circa finem.& ibi docto. ff. de acquirẽ.
poſſeſ. & in.l.2. eodem titulo.Bal.l.indicio.1.colu.
C.de rei vendi.& in rubrica.C.de contrahen.emp.
19.q.idem Bald.in.l.1. 1. col.C.de ſuffragio.notatur
in.c.inter dilectos.in fine.de fide inſtru.tex.in.l.6.
in fine.ti.30.tertia partita.ſed traditio debet proba-
ri per teſtes,etiam ſi per inſtrumẽtum ſit probãda
donatio.ſecundũ Lanfran.in.c. quoniam cõtra. de
probatio.in parte. teſtiũ depoſitiones. & Bal.in.l.
nõ idcirco.C. de fide inſtru. Quod eſt verum,niſi
res ſit immobilis,quæ tradi non poteſt. ſecundum
Bal.in.d.rubri.19.q.C.de contrahen.emp.▽ Eſt igi
51 tur caſus † in quo tranſfertur poſſeſsio ſine tradi- *Attẽde*
tione,ſcilicet quãdo res eſt in cõſpectu. itaque ocu *quibus mo*
lis & aſpectu acquiritur poſſeſsio rei ab alio tradi- *dis tranſ*
ta.vt.l.1.§.pe.ff.de acqui.poſſe.&.l. clauibus.ff. de *fertur*
contrahen.emp.&.l.quod meo.§.ſi venditorem. ff. *poſſeſsio.*
de acqui. poſſeſ. vbi ſi venditor fundi in mea turri
demonſtrat fundum, vacuãq; poſſeſsionem trade-
re dicat,non minus poſsidere cepi,quàm ſi pedem
funibus intuliſſem.& eſt tex.hodie in.d.l.6.titu.30
tertia partita. tenet etiam Bar. in.l.ſingularia.2. co.
ff. ſi certum peta.& eadem.l.penulti. col.Iaſ.in.l.1.
§. ſi iuſſerim. per illum textum.ff.de acqui. poſſeſ.
& per.l. pecuniam. ff.de ſolutio. &.l.1.§. deieciſſe. *Reproba-*
ff. de vi. & vi arma. ▽ Sed licet Bar.in.d.l. ſingula *tur.*
ria. 2. & pe. col. dicat, q per aſpectum verè tradi-
tur poſſeſsio, communiter reprobatur per docto.
ſecundum Iaſo.in.§. iuſſerim.per illum textum.&
per.d.§. ſi venditorem.& per.d.l.pecuniam.& per
dictũ.§. deieciſſe. ▽ Item poſſeſſio tranſfertur per
conſtitutionem precarij. vt.d.l.q meo.&.l. nona.ti
tulo. 30. tertia parti. &.l.interdum.§.fi.& vtrobiq;
doctores. ff. de acqui.poſſe.& Bar.in.l.3.in repeti.
8. co. ver. & prædicta vera. C.de pigno. & in.l.ab
emptione. in fine.ff. de pactis. latè per Abbatẽ &
docto.in.c.2.de conſue. ▽ Quod eſt verum,etiam ſi
dictum non ſit precario poſsidere: ſed ſimpliciter
ſit dictum ſe meo nomine poſsidere. ſecũdum glo.
in.d. l.minus inſtructus.& ibi Bal. C.de acquiren.
poſſeſsio. &. d. l. 9. titu. 30. tertia partita. in fine.
52 ▽ Intellige tamen ſupradicta vera eſſe, ſi † conſti-
tuens precariũ poſsidebat tempore cõſtituti. aliàs
ſecus.ſecundum glo. & doctores in.l. quanuis. §. ſi
conductor. ff. de acquiren.poſſe.tenent Bar.& An
ge.in.d.l. quædam mulier.ff.de rei vendi. Lanfrã.
d.c.quoniam cõtra.de proba in parte, teſtium.Bal.
in.d.l. minus inſtructus.& facit.l.3.§.nerati⁹. & ibi
glo. ff.de acquiren.poſſe. ▽ Et nota, q ſi venditor *Nota.*
tenetur emptori vacuam tradere poſſeſsionem,vi-
detur liberatus,ſi in inſtrumẽto dicit, q ipſe ſe con
ſtituit illam rẽ venditam poſsidere nomine empto
ris,& pro eo.notatur per glo.& Bart.in.d.l. ab em-
ptione.ff.de pactis. ▽ Quod limita, ſi vẽditor poſ-
ſidebat illam rem.per. d.l.quanuis.& per ea,quę ſu
pra dixi. ▽ Ideo tu emptor ſis cautus,ne cõfidas in *Cautela*
conſtitutione precarij: quia ſi is,qui conſtituit pre
carium non poſsidet,nõ tranſfert poſſeſsionem.te-
net Bar.in.d.l.quod meo.& in. d.l.ab emptione. &
eſt ratio.quia nemo plus iuris poteſt tranſferre in
alium,quàm ipſe habet.c.nemo plus iuris.de regu.
53 iu. lib.6. ▽ Sed † quia in contractibus multotiens
apponitur conſtitutum ſeu precarium, quid iſta
clauſula conſtituti operetur.vide notanter Hippo
lytum conſilio ſuo.168.

Adde.

54 Adde. Super hoc in facto habui vnam.q. Vē ditor † qui tenebatur actione perſonali exempto ad tradendū vacuā poſſeſsionem emptori, conſtituit ſe rem venditam nomine emptoris poſsidere, an ex eo ſolo ſit vēditor liberatus ab illa actione. Et videtur q̄ ſic, per iura, de quibus hic in glo. ſi conſtabat vēditionem tempore illius conſtituti ipſum poſſediſſe rem venditam ciuiliter & naturaliter: ſi nautem hoc non conſtat, tunc emptor agens debet obtinere, vt res vendita ſibi tradatur. nam ex quo fundata eſt intentio emptoris, quia conſtat de venditione, venditor clarè debet probare ſuam exceptionem per traditionem. probatio enim dubia exceptionis nō releuat. c. in præſentia. de probatio. cum ſimi. ſed ita eſt, q̄ licet conſtet de conſtituto, non conſtat, q̄ venditor poſsideret rem illam tempore conſtituti. ergo non apparet poſſeſsionem illam eſſe tranſlatam in emptorem. vbi enim non poſsidens rem aliquā cōſtituit ſe eam meo nomine poſsidere, illo conſtituto, nulla poſſeſsio tranſfertur in me. l. quāuis. in principio. & ibi Ange. ff. de acqui. poſſe. ☞ Itē quia nemo plus iuris in alium tranſferre poteſt, quàm ipſe habet. vt eſt regula iuris. ☞ Si verò probaretur, q̄ tēpore conſtituti ſola poſſeſsio ciuilis erat penes vēditorem, tūc eſt dubium quid iuris ſit. ☞ Nam quidam dicunt. aut poſſeſsio naturalis erat penes aliū, putà, penes vſuarium, vel penes emphiteotam, & tunc non eſt liberatus venditor. ☞ Aut poſſeſsio erat vacans, putà, in caſu legis. clam poſsidere. §. ad nundinas. ff. de acqui. poſſe. & tunc ſit liberatus vēditor, ſi emptor neglexit adipiſci illam naturalem cumprimum potuit. nam habetur pro tradita, ex quo per eum non ſtetit. Sed ſi emptor non potuit quia ſtatim naturalis fuit per alium occupata (tenui & nunc teneo) q̄ venditor non fuit liberatus. Et iſtam concluſionem reperi demum tenere Matthæ. Matheſila. ſingulari ſuo. 171. & ibi plenè in additio. ☞ De iſta quæſtione & de pluribus aliis tangētibus materiā precarij, aliàs cōſtituti, vide plene vltra alios do. Matthęū de afflictis in deci. neapo. 331. &. 335. &. 339. &. deci. quadrageſima. vbi etiā di
55 cit. q̄ † debitore precario poſſidēte, & negāte, q̄ videtur creditorē ſpoliare, & poſſe agi contra eū vt reſtituat. ☞ Vide etiam eundem dominū Matthęū de afflictis eiſdem deciſi. 167. in ordine. qui mouet aliam quæſtionē in materia mirabilem, quā etiam in facto habui, & conſului. Quidam nobilis Baptiſta nomine, ingreſſus fuit poſſeſsionem cuiuſdam territorij, & impoſuit cuſtodes ad cuſtodiendū dictum territorium, & paſcua illius: per quā impoſitionem cuſtodis probatur poſſeſsio ſecundū doc.
56 & ibi Alexan. in l. 3. ff. de acqui. poſſe. ☞ Itē † pluries fuit viſus accedere ad dictum territoriū, & per hoc videtur etiam probata poſſeſſio. per ea quæ dicit Bald. in l. indicia. C. de rei vendi. Alexand. in
57 primo volumine, conſilio. 133. in 4. colu. ☞ Sed † quidam alius nobilis Medranus nomine, ex aduerſo aſſeruit patrem ſuum in vita ſua ſupradictum territorium poſſediſſe per ſuos colonos, quibus dedit dictum territorium ad culturandum, & laborandū pro certo tempore, & ad veſcendum, vel paſturandum pecudes ſuas: quo tempore nondum finito, dicti coloni fructus ſoluūt dicto Medrano: & iſta de cauſa dicebat ipſe Medranus poſsidere ſtatim poſt mortem patris ſui per dictū colonum, per id quod volunt doct. & ibi Alex. in l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. ff. de acqui. poſſe. vbi dicitur. nota, quòd poſſeſsio defuncti non tranſit in hæredem, niſi apprehendatur, vbi defunctus poſsidebat per ſe animo & corpore: ſed ſi defunctus poſsidebat animo ſuo & corpore alieno, putà per colonum, acquiritur poſſeſsio hæredi, ſi continuet colonus in poſſeſsione nomine hæredis. vt eſt textus. in. d. §. quod per colonum. ☞ Itaq; licet dictus Baptiſta demum ingreſſus fuit poſſeſsionem modis, quibus ſupra, nullatenus prę iudicauit poſſeſsioni prædictæ Garcię Medrano, qui prius per colonum adeptus eſt poſſeſsionē per ſolutionē penſionis ſibi factā. Et iſto mirabili modo tranſit poſſeſſio in hæredē, & in alium per receptionē penſionis. & ſic præfertur ſecundo. quod eſt mirabile dictum. vt ſupra
58 dixi. ¶ Hinc etiam ego dico, q̄ † ſi vnus ex ſociis poſsideat rem cōmunem, ab omnibus ſociis poſsideri intelligitur. vt bene probat textus in. l. cōmunis ſeruus. ff. de acq. poſſe. ¶ Propterea dicit notabiliter Bar. ibi, q̄ ſi plures ſunt hęredes, qui habeāt bona cōmunia: vnus ſolus adminiſtrat, & fructus percipit, dicūtur alij poſsidere: quia ille qui adminiſtrauit totū, videtur geſsiſſe iure familiaritatis, & cōmuni nomine. Idem tenet Alex. in. d. l. cōmunis ſeruus. quam legit cū. l. qui iure familiaritatis. eodem titulo. & Io. And. & Dominicus in. c. vnico de iure patro. in ſexto. poſt Roſre. in queſtionibus ſuis. 18. & Rochus de curte. in ſuo tractatu de iure patro. in parte competēs. 11. col. nu. 43. fo. 16. Quod eſt menti tenendum in materia poſſeſsionis, maximè in caſu propoſito. ☞ Et ad. l. 8. ti. 6. libro 3. foro. legum. & ad. l. cum hęredes. ff. de acqui. poſſe. di-
59 xi plenè in. l. 45. gloſa prima. vbi vide. ¶ Verba † enim, per quæ tranſfertur poſſeſsio per clauſulam conſtituti, ſunt iſta, ſi dicat notarius. ☞ Qui quidem venditor conſtituit ſe nomine dicti emptoris poſsidere prędictum fundum. nam per iſta verba probatur, q̄ poſſeſsio eſt tranſita in emptorem. ☞ Si † verò ponuntur illa verba. titius dedit,
60 vendidit, & tradidit, ſcio talē fundum &c. non probatur aliqua tranſlatio poſſeſsionis, ſed duntaxat illa verba important, q̄ videtur data licentia per venditorem emptori capiendi poſſeſsionem propria authoritate. tex. eſt ſingularis in. l. prędia. ff. de acqui. poſſeſſi. & tenēt doct. ibi. & Lanfran. in repe. rubricæ. de cau. poſſe. & proprie 9. col. in princi. in. ver. 4. concluſio. ☞ Inſuper ibi ſexta concluſio-

ne dicit,q vbi verus poſſeſſor conducit fundum à tertio,putà à Titio,trãſlata eſt fictè poſſeſsio in Titium.& etiã iſte eſt optimus modus probandi poſſeſsionem.& allegat tex.in.l.quando.in principio. ff.de acqui.poſſe. & in.l. quędam mulier.ff. de rei vendi. ℣ Ex qua ratione nõ immeritò dicit textus in.l.2.in.ver.como quier.titulo.10.ſeptima ptita. q

61 † licet cõductor poſsideat per locatorẽ:ſi tamẽ conductor expellitur per locatorem, agit ad reſtitutio

62 nem cũ damnis. ¶ Et nota.q † ſunt tres modi,per quos trãſfertur poſſeſsio fictè.ſ.artificio iuris ciuilis.i. per conſtitutũ,per confeſsionẽ,per cõductionẽ.ita dicit Lãfrã.vbi ſupra.℣ Et in ſup ait ſup ver.

63 aduerte.q † licet p iſtos modos fictè trãſferatur poſſeſsio,tamen tranſferẽs poſſeſsionem fictè vno ex prędictis tribus modis,nõ liberatur à vera traditione:imò non obſtante dicta traditione. ficta,poterit compelli tradere poſſeſsionẽ realiter & naturaliter.per glo.ſingularẽ in.d.l.emptione.ff.de pactis.

64 ℣ Erit ergo practica † quãdo quis vult probare poſſeſsionẽ per inſtrumentũ,in quo eſt cõſtitutus, vt faciat vnũ articulum,vel capitulũ,& iſtud probet, q talis,qui cõſtituit ſe poſsidere nomine talis &c. tẽpore conſtituti poſsidebat dictũ fundum. & idẽ in aliis ſpeciebus fictę traditionis. ℣ Et quod eſt de conſtituto ſimplici,idem dicit Lanfr. de eo,qui cõſtituit ſe precario nomine poſsidere. vt probatur ex.l.interdum.& in toto titulo.ff.de precario.plenè per Bar.in.l.quod meo.ff.de acqui.poſſe. ℣ Vn

65 de dicit inſuper † non eſt recedendum, q per ſtimũ aut cataſtrũ probetur poſſeſsio,neq; dominiũ. vt notat Bar.& Bal.in.l.ſi pater. C.de actio.emp.& vend.dicit itaq; pluries vidiſſe dubitari in practica,& ſepiiſsimè.Ego vidi, & pluries habui in practica,patrocinãdo in cauſis ruſticorũ,volentiũ probare dominiũ petiarũ terrę, q adducebant manifeſtationes,quas ipſi faciebant, & in ſcriptis deferebant in ſua generali congregatione in cõtributionibus tributorũ regalium,& dicebãt ſuas eſſe:& tabelliones ad ſuã aſſertionẽ illas ponebãt vt ſuas in ſtimo & protocollo:& ex hoc nitebantur probare dictas petias terrę ſuas eſſe,vt dixi, quãdo cõuenie bantur ab aliis ſuper eas.ſed per hoc non probatur eſſe ſuas,nec q illas poſsiderent, & hoc in prędicti cũ tertij,ſed bene probaret cõmunitas cõtra ipſum ruſticũ pro exactione tributorũ, vel contra illum, qui fecit ponere in ſtimo,vt cogatur ſoluere collectas,vel tributa per ea quę dixi.in.l.17.in glo.ſuper parte,grauamẽ. in ver. octauo infra & Lanfrã. vbi ſupra.referens Ange. in.l. 10.ff.de verb.obliga.Io. Fran. Balbus in rep. legis Celſus.18. co.in fine.in parte, ſucceſsiuè.& col ſequen.vbi ponit plures ſolennes concluſiones in materia conſtituti.℣ Maximè de eo,qui obligauit omnia bona ſua, & conſtituit ſe creditoris nomine poſsidere.& in tract.prędicrip.4.parte.4.partis principalis.2.q.in ver.ſubdit Pau.de ca.folio. 25. vbi vide.& tene menti.quæ in materia dicit.& Ianfran.in rep.e.quoniã cõtra. de ꝓbatio.ſuper parte teſtiũ depoſitiones.29.col.in fine.ver.& ideo quotidie videtis.& co. ſeqn . Oldr. conſi.114.nu.2.&.3. ℣ Quęro inſuper,nũquid pcõ ſtitutionẽ precarij tranſfertur poſſeſsio ciuilis , an naturalis tantũ? Bal.in.l.3.vltima co.C . plus vale. quod agi.dicit,q ſi cõtractus eſt ſimulatus,nõ tranſfertur ciuilis poſſeſsio,ſed naturalis tãtũ.tenet etiã Bar.in.l.emptor.ff.de aqua plu.arcen.& l.quemad modum.2.no.C.de agrico.& cẽſi.li.11.Sed tu diſtingue. Aut vẽditor ſe conſtituit rem precario nomine poſsidere,aut non precario,ſed alteriꝰ nomine. ℣ Primo caſu,venditor,qui conſtituit ſe rẽ venditã precario nomine poſsidere, retinet poſſeſsionẽ naturalem,& tranſfert in emptorem ciuilem tantum. vt d.c.quod meo.in princi.& l.rem pignorũ.ff. de acqui.poſſe.quas ita intelligũt ibi doctores & Bar. & idem Bar.in.l.interdũ.in principio.ver . quæro quæ eſt differentia.& ibi Pau.de Ca. eodem titul. ℣ Secundo caſu venditor tranſfert in emptorẽ ciuilẽ & naturalem poſſeſsionem per dicta iura.& per Bar.in.d.l.interdũ. quod nota ad intellectũ legis. 6.cum quatuor ſequentibus.ti.30.tertia partita.vbi ſimpliciter dicũt prædicta iura,q venditor trãſfert in emptorem poſſeſsionem.nec dicũt, naturalem,

66 an ciuilem . ¶ Ex quo † multi ſequntur effectus, quos per te poteris videre.per totum titulum.ff.& C de acqui.poſſe.& d.l.titu.30.tertia partita.Et inter alios effectus poſſeſsionis nota effectus, qui ſe-

67 quuntur. ¶ Primus effectꝰ eſt,q † ciuilis poſſeſsio cauſat pręſcriptionẽ.tex.in.l.1.§.per ſeruum qui in fuga.ff.de acqui.poſſe.& in.l.acquiritur.§.fi.ff. de acquiren.rerum dominio.& hoc in poſſeſsione ciuili.& tex.in.l.acceſſorię.ff.de diuer . & tempora. præſ.& in.l ſerui & filij.§.fi.ff.de furtis.& l.qui fũdum.ff.proempto.glo.quę valde cõmendatur in.l. 3.§.ex contrario.ff.de acqui.poſſe.plenè per Dinũ in regula.ſine poſſeſsione. ver. dico igitur reaſſumendo.& ibi additio.de regu.iuris.li.6.

Nota. Effectus poſſeſsionis. Primus.

Adde. Tenet etiã do.Abbã.c.cauſam.2.col. in.ver.ſecũdo colligo principaliter. depręſcrip.vbi dicit per illum textũ

68 in fine iũcta glo.q † poſſeſsio ciuilis neceſſariò re

69 quiritur ad pręſcriptionẽ,& q † naturalis poſſeſsio non ſufficit,vt plenè per Dinum in regula.ſine

70 poſſeſsione.li.ſexto. ¶ Secundꝰ effectus, q † poſſeſsio eſt cauſa acquiſitiõis fructuũ.tex.in. l. ſi fur. ff.de vſufru.& l.qui ſit.§.in alieno.ff.de vſuris. gl. & ibi latè per Bar.in.dicto.§.econtrario.

Secũdus

Adde Dñm Rochũ de curte.in ſuo tracta. de iu. patre.ſup pte cõpetens.18. co.in fi. in ver.ratio eſt.&.co.ſequen. dicit.exiſtẽs in poſſeſsiõe rei lite pẽdẽte pũt colligere fructus illius rei. tamẽ q nõ debet pręſentatus ad ius patronatꝰ inſtitui.licet pręſentatio admitti debeat. ſed debet ipſa inſtitutio deferri in cuẽtum cauſæ. ratio eſt,quia illo caſu poſſeſſor ſi ſuccũbat tenetur reſti-

reſtituere omnes fructus, quos percepit poſt litem conteſtatã, per notata in.c.grauis. de reſtitutio ſpo. vbi vide. ¶ Tertius, q̃ poſſeſsio, quam quis habet ex inutili cõtractu, eſt ſufficiens ad hoc, vt lucretur fructus per eam. tenẽt docto. in.l.1.§.ſi vir vxori. ff. de acqui. poſſe. Pau. de Ca. in.l. quod vxor. eod. tit ſecus ſi poſsidet ex cõtractu nullo, vel ex ſententia nulla: quia tunc non facit fructus ſuos qui poſsidet ex ea. tenet Bal. ſingulariter in.l.2.pe.co. C. de ſerui. & aqua. ¶ Sed Bar. & Ang. & Imo. cõtra. in.l.ſi fur. ff. de vſucapio. §.1. Bar. & Pau. de Ca. in.l. ſed ſi lege §. ſcire. ff. de petitio. hęre. Ludo Pon. ſingula. ſuo. 93. & quod per glo. & Flo. in.l. iuris ignorantia. C. de iuris. & fac. igno. & Io. de Imo. in.c. pe. de rebus eccle. non alie. ¶ Quartus, q̃ ſi poſsideo, poſſum propria authoritate etiam ex interuallo deiicere eum, qui ingreſſus eſt. glo. eſt ſingularis in.l.3.§. cũ igitur. ff. de vi & vi. arma. vbi deiectus ciuiliter poſſidebat. Bart. latè. in.l.1.§. interdum. ff. vti poſside. doctores. in.l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. poſſe. & ibi Paul. de Ca. 2.co. ¶ Quintus effectus, q̃ † ſi aliquis ædificat in ſolo meo & à me poſſeſſo, poſſum propria authoritate demoliri & deſtruere prędictum ædificium. tex. in.l. quẽadmodum. ff. ad legem Aqui. l. fi. §. ſi ad ianuã. ff. quod vi. aut clam. ponit Bar. in.l.1.§. nunciatio. ff. de operis noui nunciatione. ¶ Sextus. q̃ † poſtquam habeo ciuilem, poſſum intentare interdictũ vti poſsidetis cõtra illum, qui ingreſſus eſt, & cogitur reſtituere naturalem, & nõ me moleſtare in ciuili. glo. eſt ſingularis in.d.§. qui ad nũdinas. in glo. magna. & ibi docto. & Bal. in.l.1.4.co. ver. quęro poſsideo. C. vti poſside. ¶ Septim⁹. q̃ † ille, qui poſsidet naturaliter per ingreſſum ſi poſſeſsio ciuilis vacet, ac creſcit poſsidẽti naturaliter. glo. Bar. & docto. in.l. ſed ſi nolit. ff. de acqui. poſſe. ¶ Octau⁹. q̃ † ſi quis poſsidet immobilia releuatur ab onere ſatiſdandi. vt.l. ſciendum. in prin. ff. de his qui ſadiſda. co. dixi in.l. 66. infra. ¶ Nonus. q̃ † longa poſſeſsio in iuribus incorporalibus habetur pro veritate, & facit pręſumi dominiũ etiã ſine titulo. Bal. in.l. 2. 13. col. C. de ſerui. & aqua. ¶ Decimus. ſi aliquis facit maioratum per viã contractus, & tradidit poſſeſsionẽ nõ poteſt amplius reuocari. l. 44. infra. ¶ Vndecimus. ſi † teſtator tradidit in vita poſſeſsionẽ rei legatę ſimpliciter, non poteſt poſtea illud reuocare. caſus eſt in.l. iſta per quã approbatur glo. & quod ibi dicit Bar. in.l. legatũ. de lega. 2. ¶ Duodecimus. q̃ † ſi aliquis dicit ſe procuratorẽ abſentis, & poſsidet inſtrumentum mãdati, præſumitur eſſe ille, de quo in inſtrumẽto fit mẽtio, hoc eſt ſingulare dictũ Cyni in.l. ſi qua per calũniã. ad finẽ. C. de epiſco. & cle. facit qđ dicit Bar. in argu. in.l. quis ſeruũ. §. ſi inter duos. de lega. 1. tenet latè & notanter Pau. de Ca. in.l. meuia. in prin. ver, itẽ quęro quid ſi penes te. ff. ſolu. matri. ¶ Et idem ſi habeat inſtrumentum debiti principalis: nam eo ipſo per traditionẽ talis inſtrumenti probatur mandatũ. glo. eſt notanda. in.l. ſi. C. de pactis conuẽ. glo. 2. facit l. 1. C. de dona. ¶ Decimus tertius. q̃ † poſſeſsio iuris patronatus facit poſſeſſorẽ pręſumi patronum. tenet Abb. latè. in.c. querelã. de electio. ¶ Deciusquartus effect⁹. q̃ † poſſeſſor rerũ hęreditariarũ facit præſumi additionẽ hęreditatis. tenet Bal. in.l.1.9.co. C. qui admi. & in.l.1.2.co. C. quando nõ petẽ. par. tex. qui hoc probat. in.l.1. C. de abſti. & repu. hęre. ¶ Decimusquint⁹. q̃ † licet verũ ſit q̃ lõga poſſeſsio in his quę ſunt cõmunia de iure naturali: vel ſunt publica. de quibus in.§.1. cũ ſequẽti inſti. de rerũ diuiſione. non ſufficiat ad pręſcribendũ. vt.l. fi. in prin. ff. de vſucapio. ¶ Prodeſt tamẽ ad hoc, vt habeat inter dictum vti poſsidetis. vt.l. ſane. ſi maris. ff. de iniuriis. ¶ Prodeſt etiã vt poſsit quãdocunq; repellere propria authoritate. vt.l. ſi quiſquã. ff. de diuer. & tẽpo. pręſcri. Iaſ. in.l. quomin⁹. 21. col. ff. đ flumi. qui refert Ang. cõſi. 290. ¶ Quod facit ad.l. regni iſtius tit. dela reſtitu. delos deſpo. l. 10. in ordina. in quantũ loquitur de his, qui habent res publicas occupatas. & qualiter ſit procedendũ contra eos, qui non poſſunt ſpoliari, licet ſint iniulti poſſeſſores. & bene ad hoc facit. c. in literis. cui ſimi. đ reſti. ſpolia. ¶ Intellige tamẽ q̃ non poteſt prohiberi vti eo iure, quod habet, ſed poteſt ipſe alium prohibere. quod probat tex. in dict. l. ſi quiſquã. ibi. eodẽ iure. ¶ Decimusſextus. q̃ † ratione poſſeſsionis ſortitur quis forũ quando cõuenitur actione reali. text. in.l. ſi. C. vbi in rem ac. & .c. ſane. & .c. fi. de foro cõpe. ¶ Decimuſeptimus. q̃ † ex poſſeſsione decẽnali pręſumitur titulus diuiſionis. glo. ſingularis in.l. pe. C. de cõmuni. diui. quam glo. cõmendant ibi docto. Bal. & Sali. in.l. ſi certis annis. C. de pactis. glo. in.l.8.ti. delas lauo. & particio. fo. legum.

Adde. Do. Ioan. Fran. Balb. in dicto tracta. præſcriptionis. prima parte. 3. partis principalis. q. 10. ver. quinto pręmiſſa faciunt ad notabilẽ & vtilẽ quæſtionem. cum ſequentibus. nu. 45. folio 10. vbi quæritur. quid ſi fratres vel ſocij ſteterunt diu ſeparati poſsidendo quilibet vnam partem, an pręſumatur facta diuiſio, & ſit titulus diuiſionis ex curſu tẽporis. ¶ Decimuſoctauus. q̃ † ſi quis habet poſſeſsionẽ rerum hereditariarum, præſumitur cõgruo tẽpore agnouiſſe bonorum poſſeſsionem. tenet Iaſo. in rubrica. C. qui admi. 2.co. ¶ Decimusnonus. q̃ ſi in iudicio vtraq; pars producat teſtes ęquales, teſtes poſſeſſoris debent pręualere. vt in.c. ex literis. de probatio. ¶ Vigeſimus. q̃ † poſsidens beneficium videtur habere meliorem prouiſionem beneficij. c. ſi à ſede apoſtolica de prębẽ. li. 6. ¶ Vigeſimus prim⁹. q̃ † ſi duo appareant alicuius creditores de eodẽ debito: ille, qui poſsidet inſtrumentum, pręſumitur eſſe verus creditor. tenet notanter Bal. in.c. 2. de conſue. ¶ Vigeſimuſecũdus. q̃ † poſsidens inſtrumentũ alicui⁹ debiti, pręſumitur procurator creditoris, itaq;

admittetur cum cautione de rato. tenet Pau.de ca. in.l.meuia.in princi.ff.ſolu.ma.Quod eſt valde ſingulare ad extenſionē.l.10.titu.5.tertia parti. & pro intellectu & cauſis fallētiæ ad pragmaticam regni folio.47.ſeptimā in ordine. ¶ Vigeſimuſtertius.

87 ℣ † ſi debitor poſsidet inſtrumentum debiti,præſumitur liberatus.text.eſt in.l.ſi chirographum. ff. de proba.de quo per Bar.& Iaſ.in.l.labeo.§.primo ff. de pactis.

Adde. Intellige ℣ prēſumitur liberatus,quā do nō apparet ℣ creditor tradidit inſtrumentū debitori.nam tūc iſta prēſumptio nō eſſet iuris & de iure, ſed iuris tantùm. Ideo ſola prēſumptio iuris nō eſt ſufficiens ad probandū debitorē eſſe liberatū, vt plenè Archi.in.c. hūc numerū.86.di. propterea admittitur probatio in cōtrariū.vt in.c.propoſuiſti. de probatio.l.ſi chirographū.ff.eodē titu. ℣ Itaq; habēs pro ſe prēſumptionē iuris,tranſfert in aliū onus probandi cōtrarium,& ſic in aduerſariū.ita Bal.in.l. ſiue poſsidetis.in princi.2.nota.&.2.co.in ver. ſed quæro.C.de proba.habetur in ſpe.de probatio.§.1.in.ver.ſecundum.vbi plenè.& in.§.3.verſiculo.quinto per prēſumptionem. ℣ Si verò probatur,℣ inſtrumentum fuit traditū à creditore debitori,eſt probata liberatio,& ſic ſolutio debiti.vt.l.1.§.illo.&.§.ſed me furādi.C. de latina.liber.tollen.& ibi Bal.pe.co. &.l.fi. C. quādo fiſcus vel prin.pleni⁹ Feli. in.c. accedēs. el.1.poſt Abb.1.co.in princi.cum ſequē.vt lite non cōteſta.ſecūda cōcluſione. ℣ Quid ſit prēſumptio. & quotuplex ſit,habetur per glo.in.c.is qui.de ſpōſa. plenè Barto.in ſuo reportorio,in parte præſum-

88 ptio. ¶ Vigeſimuſquartus. ℣ † ſi eſt vendita res duobus,ille prēfertur,cui tradita eſt poſſeſsio.tex. eſt in.l. quotiens. C.de rei vendi.&.l.1. titu. quinto. quinta partita.

Adde. Quod prēfertur is,cui pri⁹ tradita eſt poſſeſsio,ſi prius ſoluit pretiū vendi tori,nō aliàs.ita dicit text. ſingularis & mēti tenēdus in.l.e.S. ver.otroſi dezimos. titu.5. quinta part.notat Bal.in.l.quotiēs. C.de rei vēdica.

89 ¶ Vigeſimuſquint⁹ † ſi cauetur ſtatuto,℣ filiusfamilias non poſsit facere contractū. vel mulier cōiugata.vt eſt hodie ſtatutum per.l.55. infra. nō poſsit facere contractum filiusfamilias ſine conſenſu patris. vel mulier ſine conſenſu viri.℣ ſi ille cum quo filiusfamilias ſeu mulier contraxit poſsidet præſente patre vel marito longo tēpore,prēſumitur cō ſenſus patris vel mariti interueniſſe.tenet Bal.in.l. filiusfamilias.C.de petitio.hēre.& Ang.in.l.qui in aliena.§.1.ff. de acq.hēre.dixi in. d.l.55.infra. ℣ Vi

90 geſimuſext⁹.℣ † ſi reperiātur duo teſtamenta eodem die cōfecta,nec apparet quod ſit prius vel poſterius,quo caſu neutrū valet ſecundū glo. in. l. fi. C.de edic.diui Adri.to.tamē ſi vnus poſsidet hæreditatem virtute vnius teſtamenti,illud prēſumitur poſterius,& per conſequēs valet.tenet Bar. in. l. 1. ff.de bono poſſe.ſecundū tabu. ℣ Si tamen reperiū tur duo inſtrumenta eadē die confecta cum hypo- *Nota.*
theca, & neſcitur quod prius, nec quod poſterius, & in vno erat promiſſum ſalarium doctori, in alio erat alia cauſa priuata,℣ præſumitur anteri⁹ illud, in quo eſt promiſſum ſalariū doctori.Iſtud eſt ſingulare verbū Bal.arguēdo.de doctore ad ſalariū in l.1.ff.ſolut.matrimo.refert Fran.cremē.cōſi.ſuo. 34. Idem & multò fortius eſt dicendū, ſi reperiuntur duo teſtamenta eadem die confecta,quia prēfertur illud in quo inſtituitur cauſa pia. & hoc quando eſt inter extraneos.

Adde. Idē tenet Oldra.cōſi.143.nu.2.de duo bus impetrantibus eodem tempore.

91 ℣ Vigeſimuſeptimus † ſi inter cōiuges eſt facta conuentio,℣ is ſuccedat alteri,qui poſterior deceſſerit ſine filiis.vt habetur in.l.9.tit.de las herencias.foro legū.& ambo deceſſerūt,nec apparet quis eorum poſterius deceſsit: ℣ ſi hæredes vni⁹ poſsident bona alterius,illi præferūtur in ſucceſsione.quia is præſumitur pri⁹ deceſsiſſe, cuius bona ſunt per alterū detēta. facit ſingulare dictum Bar.in.d.l.donationes. C.de donatio.inter virū, & vxo. idem Bar.in.l.ſi inter.ff.de rebus dubi.

Adde. Quod eſt verum, licet grauiora vulnera ſuſtineat mulier quā vir ſecundū glo.in.l. nihil.in verbo,grauia. ff. de adulte.tenet etiā Pe.de Ancha.in cōſil.ſuo.285. ℣ Si tamē bona nō ſunt ab aliquo detenta, præſumitur mulier prius deceſsiſſe.ita Spe.titu.de procuratore.ver.25.2.co.per tex.in.l.ſi inter virū. ff. de rebus dubi.& l.qui duos.§.fi.&.l. cum pubere. eodē

92 titulo. ¶ Vigeſimuſoctauus.℣ † poſsidēs ciuiliter poteſt conueniri rei vendicatione. glo.in.l. Pōponius.§.ſi is qui precario.ff.de acqui.poſſe. ℣ Poteſt etiam conueniri actione ad exhibendū. vt.l.3. §.fi. ff.ad exhiben.vnum tamē eſt,℣ ſentētia cōtra eum lata non nocet naturaliter poſsidēti.glo.eſt in. d.§. ſi is qui.& ibi bar.& Alex. ¶ Vigeſimuſnonus.℣

93 † licet titulus trāſactionis non ſit ſufficiēs ad præſcribendū:tamen ſi cum eo cōcurrat poſſeſsio,erit ſufficiens.tex.& glo.hoc tenent.& ibi Bal. in.l.pe.

94 C.de vſucap.pro emp. ℣ Trigeſimus.℣ † licet quis cedēdo rei vendicationē non tranſferat dominiū. vt eſt glo.notabilis.in.l.planè.ff.familię her.tamen ſi poſſeſsio erat penes illum,cui facta eſt ceſsio,trā ſit ſtatim dominiū.tex.eſt in.l.quædā mulier.ff.de rei vēdi.ponit Sali.in.l.1.ad finē.C.de actio.& obli refert & ſequitur Socin. in.l. naturaliter.§.nihil cō mune.6.co. ff.de acqui.poſſe. ℣ Trigeſimusprim⁹.

95 † ℣ ſi egi rei vendicatione contra aliquem,& pendente lite ſuperuenit mihi poſſeſsio, extinguit iudicium ſtatim quo ad reum principalem,nō quantū ad acceſsiones.ponit Bar.in.d.§.nihil cōmune.5.

96 colu.poſt glo.ibi. ℣ Trigeſimuſecūdus.℣ † poſsidens ciuiliter habet interdictum vnde vi.tex. in.l. 1.§. ſi deiicitur. ff. de vi & vi. arma.notatur in. d.

§.qui

§qui ad nūdinas. ℣ Trigeſimustertius:q vbi quis poſsidet,prę ſumitur poſsidere ex titulo prę cedēti & ab eod. glo.eſt ſingu.in.l.quędā mulier.ff.de rei ven.de qua facit feſtū ibi Ange.Bar.in.l.nō ſolum. ff.de vſucapio.refert & ſequitur eum And.Sicu.in rub.de cau.poſſeſsio.& proprie.℣ Trigeſimuſquar tus,q ſi poſſeſſor emit titulum à vero domino,non dicitur emptor litis, cū ſe in poſſeſsione defendat: etiam ſi minus iuſto pretio emat.Bald.ſingulariter in.l.per diuerſas.2.co.C.mandati.quod verū etiam ſi emat cōmoditatem emphiteoſis vſuſfructus feudi vel ſuperficiei.quod poteſt contra proprietariū ſecundū Bal.ibidem. ¶ Trigeſimusquintus, quia in pari delicto eſt potior cōditio poſſeſſoris. tenet Bal.in.l.quotiēs la.1.fecūda.co.C.de fideic. ¶ Trigeſimusſextus,q poſſeſſor hęreditatis poteſt vendere pro ære alieno ſoluēdo,& expēſis in rebus faciendis.l.non ſolū.& ibi Ange.ff. de petitio.hęre. ¶ Trigeſimusſeptim⁹, q poſſeſſor regulariter nō cogitur dicere titulū ſuę poſſeſsionis. Spe. in ti.de inter.quę ſi.in iudi.§.1.ver.neget.Bal.in.l.ſiue.1.co. C.de probatio.qa nec cogitur reſpōdere poſitioni de dominio.l.in ſpeciali.& ibi docto.ff.de rei ven.

97 ¶ Et nota † q licet per cōſtitutionē precarij tradi tio poſſeſsionis ſit ficta,poſſeſsio tñ eſt vera,vt ſupra dixi.& tenet Bar.in.d.l.ab emptiōe.vbi glo.ff. de pactis.idē Bar.in.l.ſi is qui, vlt.co.ff.de vſucap. ℣ Intellige q trāſſertur poſſeſsio ciuilis nō naturalis,niſi fiat inſtrumētū in facie fundi vēditi vel donati.tenet Bar.in.l.2.C. de acqui.poſſe.& Abb.in. c.2.3.co.in glo.vlti.de cōſue.Bar.in.l.prędia.oppo.

98 2. ff.de acqui.poſſe. ¶ Sed quęro,an † trāſferatur poſſeſsio per licentiā intrādi poſſeſsionē.Bal.in.l. neceſſarias.ff.de pigno.actio.&.in.c.1. 2.col. quid ſit inueſti.Hoſti.Inno.& Abb.in.d.c.2.de conſue. Flo.in.l.ſeruitutes.3. col.ff.de ſeruitu. tenent q ſic. Ratio, quia paria ſunt tradere poſſeſsionem , vel eam relinquere vt alter ingrediatur.vt per Bal.in.l. *Contra.* ſi.C.quādo fiſcus vel priuatus. ℣ Contrariū eſt verū,quia verbalis inueſtitura nō tranſfert poſſeſsionē,ſecundū eundē Bald.in præludiis feudo.10.col. ℣ Etiā ſi poſſeſſor eam velit poſſeſsionē trāſferre, ſecundū Bal.in.d.c.1.4.co.in fine.Quid ſit inueſtitura,tenet Inno.in.c.ex ore.de his quę fiūt à maio. parte ca.& ibi Io.And.in noue.& in.c.cū m.de cōſti.in noue. ℣ Pōt tamē inueſtitus capere poſſeſsionē propria authoritate ſecundū Ang.in.l.ſi vacantia.in lectura de bonis vacan.li.10.& Bald.in.d.c.1. 2.co.Inn.in.d.c.ex parte.de cōſue.Bal.in.d.rub.de cōtrahē.emp.17.q.& in.l.traditionib⁹.C.de pactis. ¶ Idem dico in licētia vel mādato iudicis de mittēdo aliquem in poſſeſsione: quia nunquā videtur tradita poſſeſsio,niſi corporaliter & realiter tradatur,quāuis licētia de intrādo vel de mittēdo in poſſeſsionem ſit obtēta.ita dicunt Abb.& docto. in.c. cum aliquibus.2.&.3.co.de re iudi.per.l.licet &. l. poſsidere. C. de acqui.poſſe. ſolo enim verbo non tranſit dominiū nec poſſeſsio.vt.d.l. traditionibus C.de pactis.&.l.diuiſionis placitū.ff.eodem. ℣ Ni

99 ſi † in ipſo verbo,ſeu per ipſum verbū mutetur cauſa poſſeſſoris.vt.l.ſi ſpōſus.§. 1. ff. de iure do. vnde ſine poſſeſsione non dicitur proceſſum ad actū cōferentē ius in re,vt latè per Bal.in dictis prę lu.feu. 7.co.ver.per primā. & ibi latè in additione ſuper parte trāſſertur poſſeſsio.& in.d.c. 1. in fi.vbi dicit Bal.notāter,q ſunt tres caſus,in quib⁹ trāſſertur poſſeſsio ſolo animo,q notātur in.l.poſsideri.in princi.ff.de acqui.poſſe.& in.§.interdum.inſti. de rerū

110 diui. ¶ Super quo formo vnā quęſtionē, & eſt, † *Quæſtio.* Nūquid ille,cui eſt facta donatio de tertio & quinto,vel is,cui res vēdita eſt, ſed nō tradita , poſsit ſe opponere,ne terti⁹,cui ſimiliter facta eſt donatio d tertio &quinto,mittatur in poſſeſsionē rei donatę? Tene q nō.ſecūdū Ia.bu.in.l.manifeſtiſsimi.C.de furtis.&.l.ad eum.§.fi.ff. de donatio.& ratio ſecundū Bal.in.d.c.1.quid ſit inueſti.1.co.ver.extra nota. quia inueſtitura,neq; actus donationis vel vēditionis non dat verā poſſeſsionē extra rē:& propterea prim⁹ emptor rei,cui nondū eſt tradita res vēdita, nō poteſt agere cōtra ſecundū emptorē,cui res fuit tradita.per.l.quotiens. C. de rei ven. ℣ Sed contra venditorem poterit agere.per.l. qui duobus. ff. de falſis. tenet Bal.in.d.l. quotiens. 1.col. ℣ Sed ratio, *Ratio.* quę mihi videtur,quare is,cui facta eſt donatio,nō poteſt ſe opponere, ne alter , cui donatio facta eſt, mittatur in poſſeſsionē rei donatę eſt:quia per ſecūdam donationē videtur prima donatio reuocata.vt per Bal.in.l.ſtichū qui me⁹ erit.de lega.1. ℣ Quod *Limita.* intellige,quādo primo donatori nō fuit prius data poſſeſsio verè vel fictè:quia ſi fuit tradita,poteſt ſe opponere,& impedire miſsionē ſecundi:cum ipſe per traditionē effectus ſit verus dñs.vt in.l.iſta. cū ſimi. ℣ Et per ſupradicta dicit And. Sicu. in.d.c.1. *Infertur* col.3.ver. facta.quid ſit inueſti. q nō dicitur plenè beneficiatus, qui non habet poſſeſsionē beneficij. per. c.cū in cunctis.de elecți. ℣ Prętereā in prouiſione ſeu collatione facta à papa,iſto modo.aſsignamus tibi tale caſtrū,et cū plenitudine iuris.vel per alia verba ęquipollētia.quia tūc non eſt neceſſaria poſſeſsio facti.quia apud papā eſt plenitudo poteſtatis ſupremę,et ſuprema poteſtas notatur in.c.volumus.16.q.6.& in.c. capitulū ſanctę crucis.de reſcriptis.& argumēto illius textus nota. Archi.in.c. ſi clericus.de prębē. li.6. quibus caſibus non ſit neceſſariò poſſeſsio facti.tenet And.Si. in.d.additio. dixi ſupra.& in.l.45.infra.vbi vide.& Alex.in.d.l. quod meo. vbi notāter loquitur.& faciūt notata p glo.in.l.2.C.de dote cau.nō nume.vbi dicitur,q tā tum operatur illud quod habetur loco traditionis ad hoc vt cōfirmetur,quantū & ipſa traditio. tenet etiā Bal.in.l.2.C.de inoffi. donatio.& Ang. in.l.2. C.de vſura.pro Do.tenet ſuccinctè do.doctor de Segu.in repetitio.§. ſed & ſi fundū.l. vnū ex familia. 10.fol.1.co. in fine. verſi.& ex hoc infero. ℣ Et ego *Infertur*

etiam ex ſupradictis infero, q̃ ſi is, cui facta eſt donatio de caſtro cum plenitudine iuris per papã vel principẽ reperiret ab alio poſſeſsionẽ occupatam poſt donationem, poſſet donatarius contra occupãtem rem donatam agere interdicto vnde vi: etiã ſi non haberet corporalẽ poſſeſsionem: cùm per donationem factã à principe trãſferatur poſſeſsio, ſaltem ciuilis: quę, vt ſupra dixi, eſt efficax ad agendũ interdicto vnde vi.

cosa o cosas enel dicho tercio contenidas a la persona aquien la fiziere, o a quien su poder ouiere, o le ouiere en-

y ¶ La eſcriptura.

101 Nota ex. l. iſta, qđ † tradendo inſtrumentũ, videtur donans rem tradere, & poſſeſsionem rei. concor. l. 2. &. 10. titulo delas donaciones. foro legum. & l. 1. eodem titulo. C. & l. 8. titu. 30. tertia partita. ☞ Ex his etiam appareret, quod traditione inſtrumenti rei donatæ perfi-

Concor.

Limita. citur donatio. ☞ Quod eſt verum, ſi res donata contenta in ſcriptura erat præſens, ſecundum glo. in. l. prima. & ibi docto. & Bald. C. de donatio. And.

Contra. Sicul. in cap. 1. quid ſit inueſti. ☞ Sed tene contrarium. Imò ſi res donata non ſit præſens, tradendo ſcripturam rei donatę videtur res tradita & poſſeſsio rei. vt ſupra dixit. tex eſt notabilis in. d. l 10. in principio. & dicta. l. 2. titulo delas donaciones.

Limita. foro legum. & dicta. l. 1. eodem titu. C. ☞ Quod in-

102 tellige † ſi poſſeſsio rei donatę erat penes donatorem tempore donationis inſtrumenti. aliàs opus eſſet corporali apprehenſione. vt. l. ſecunda. §. 1. ff. de acqui. poſſeſsio. ☞ Et adde quòd traditio inſtrumenti habet vim ceſsionis. tenet Bald. in l. fina. C. quando fiſ. vel priua. & notatur in. l. 2. C. de do-

Quæſtio. lo. ¶ Sed pone, quòd donator vel venditor non tradidit inſtrumẽtum quod habebat in titulum rei donatę, vel venditę, ſed loco poſſeſsionis & pro ea tradidit donatario vel emptori inſtrumentum in quo continetur donatio vel venditio ei facta, ideſt inſtrumentum in quo teſtificatur de ſua donatione vel venditione. an ſufficiat pro poſſeſsione traditio illius inſtrumenti. Videtur quòd non. argu. text. in dicta. l. 2. titulo delas donaciones, foro le-

Contra. gum. & l. 1. eodem titulo. C. cum ſimi. ☞ Sed contrarium eſt verum per textum ſatis ſingularem, in dicta. l. 10. in principio. titulo delas donaciones. foro legum. ibi dum dicit, ſi le hiziere ende carta y ſe la diere. & dicta. l. 8. titulo. 30. tertia partita. quæ in expreſſo hoc affirmat. dicens quòd non ſolum dando quis inſtrumẽtum per quod habuit rem donatam, verum etiam ſi aliud de nouo facit tradẽdo id, tranſfert poſſeſsionem in donatarium ſine corporali apprehẽſione. quod nota, quia duo optimi aduocati contrarium ſentiebant, quouſque explanaui eis ſupradicta iura. ☞ Et nota quod † ſicut per

103 traditionem ſcripturę tranſfertur poſſeſsio vt ſupra & text. in. l. iſta. ita ex inciſione eiuſdem ſcripturæ retranſfertur poſſeſsio. notat glo. ſingularis in. l. ab emptione. ff. de pactis. tenet Bald. in prælu. feu. 7. co. & in additio. in parte & nota quid ſit. per. d. l. C. de nouatio.

tregado ante eſcriuano la eſcriptura y dello, o el dicho contrato ſe ouiere hecho, por cauſa oneroſa z con otro ter-

poteſtatem ſcribēdi probant contra ſe: non pro ſe, nec contra alios. ¶ Aut ſumus in his, quæ adminiſtrator dedit vel conſumpſit: & tūc eſt diſtinguendum. Aut data vel ſumptus ſunt in magna quantitate, de qua poteſt cōfici ſcriptura: & tūc data debet plene probari per teſtes, vel per inſtrumenta. tenet do. Abb. poſt Hoſt. in. d. c. qualiter & quando. de accuſ. vbi dicunt, q̄ in maioribus ſummis debet fieri probatio plena. & eſt ratio. quia cum adminiſtratores ſciant ſe obligatos ad rationem reddendam, deberent ſibi prouidiſſe. & idē tenet Bal. in. l. id quod pauperibus. fi. col. ver. ſecūdo quæro. C. de epiſco. & cle. & in. l. nulli. ver. ſed verius eſt. eo. titu. & in. l. fina. §. in computatione. C. de iure deli. & in. l. ſi quis pro redemptione fi. col. C. de donatio. in his verò non creditur libro rationis, licet adminiſtrator ſit homo probatus, & vitæ laudabilis per ſupradicta. ¶ Aut data vel ſumptus ſunt in minima quātitate: vel facta minutè. vt ſumptus in perſonam vel in ædificiis & aliis de quibus nō poteſt fieri publica ſcriptura: ſi ſunt veriſimiles probantur per librum rationis, adhibito adminiſtratoris iuramento, ſi viuit. tenet notanter Bar. in. l. com perimus. de nauicula. lib. 11 Ange. in. l. ſumptus. C. de admini. tuto. probat tex. & ibi Bal. in. d. l. ſi quis pro redemptione. C. de donatio. idem Bald. & Cinus in. d. l. nulli. C. de epiſco. & cle. & in. l. theopōpus. ff. de dote præle. Bar. in. l. 2. C. vbi pupi. edu. de. & in. l. diuus. in fine. ff. ſi cui pluſquam. per legem falci. Bald. in. d. l. id quod pauperibus. & in. l. lex quæ tutores. & ibi docto. C. de adminiſt. tuto. Bar. in. d. l. quę ſub conditione. ff. de cōditio. & de. et in. d. l. 2. C. de admi. tuto. Idem Bar. in. d. §. in cōputatione. Pau. de ca. conſi. 79. & 105. & 38. glo. in d. c. qualiter & quando, in parte, rationem. quæ ſola eſt ſufficiens ad iſtam partem propter authoritatem Bernardi. & ita intelligūtur iura & opiniones ſupradictæ. ¶ Secundo caſu principali. ſ. qualitę probentur illa, quæ probari non poſſunt per libri adminiſtratoris: dic quòd ſiue expēſa ſit in magna quātitate, ſiue in minima, ſi facta eſt minutè, vt ſumptus in perſonā: probantur per rerum naturam. v habetur in. l. fi. C. de ali. pupi. pra. can. & per Bald in. l. 1. fi. col. ver. qualiter ſumptus probentur. C. de fruc. & litis expen. vbi dicitur, q̄ ſumptus probantur oculata inſpectione, ideſt oculata fide. nā ſi patet expreſſè, probare nō eſt neceſſe. vt. d. l. lex quę tutores. facit. c. euidentia. de accuſatio. & ita procedit. d. l. ſumptus. vbi dicitur, q̄ ſumptus in pupillū debet probari: vt intelligatur per iuramentum tutoris, vel per taxationem peritorum, qui dicant, q̄ tot, & tales ſumptus potuerunt tanto tempore conſumi. ¶ Poſſunt etiam probari ſumptus in ędificiis ſicut ſumptus in perſonam. ſ. per operis euidentiā & taxationē peritorū vt. d. l. lex quæ tutores. ¶ Interdum probantur per alias coniecturas, per motiū iudicis declarādas & approbandas: quæ cum ſunt facti, non poteſt dari certa regula. l. ius alimentorum. ff. vbi pupi. edu. debe. & l. qui filiū. ff. de manu. teſta. & l. fi. §. inter cætera. ff. de libe. lega. probantur etiam per ſcripturam mandati & apochæ de ſoluto. quæ probatio eſt ſufficiens, & ſecurior. Propterea conſulo adminiſtratoribus, ne aliter ſoluāt quàm de mādato domini vel iudicis: quia ſi aliter ſoluunt, vel ſumptus faciunt, forſan tenebuntur reſarcire de ſuo, nec cōputabuntur, aut defectu mādati, aut defectu probationis. mandatum verò non probatur melius, quàm per ſcripturam mandati, neque ſolutio melius, quàm per ſcripturā de ſoluto. ¶ Eſt enim ſcriptura probatio probata. l. intereſt. C. de ſolu. probat enim quod cantat, vt ibi per Bal. & in. l. cum probatio. C. de probatio. ¶ Et vt percipias cōmodum mei conſilij, debes ſcire, q̄ in omnibus ciuitatibus iſtius regni eſt certum ſalarium deputatum præſidibus & rectoribus ciuitatum. vt habetur in. l. 10 titu. de los corregidores. iuncta. l. 10. ti. de los alcaldes y regidores. 11. ordina. & iſtud ſalarium eſt notorium receptoribus ciuitatum. attamē ſi præſides vel rectores ſunt abſentes ab officio vltra tempus indulgentiæ, non debetur eis ſalarium pro tempore abſentiæ. vt ferturin. d. l. 10. & 19. & ſi aliquid vltra receptores dederunt præſidibus, vel rectoribus extra mandatum iudicis, tenebuntur de ſuo, nec computabitur in ratione. Et quando receptores poſſunt ſoluere dictis præſidib⁹, erit quādo eſt eis notorium debitum & liquidū. vt tenet Pau. de ca. in rubrica. C. de ſucce. edic. Quæ opinio licet ſit vera, poterit multos decipere adminiſtratores. quia vltra reſidentiam præſides & rectores ad multa tenentur, quibus omiſsis, amittunt ſalarium. vt poteris videre in quadam pragmatica edita ſuper conſeruatione & appoſitione montium. Ideo bene faciunt receptores & adminiſtratores ſoluentes de mādato iudicis & rectorum, qui repreſentāt populum. vt per Bal. in. l. etiā. C. de fideico. & auth. de collatio. collatio. 9. & vide ad hoc ſingulare dictum Bald. in rūbrica de conſti. pecu. C. ver. vnum enim adde vbi dicit, q̄ officialis non poteſt ſoluere etiam vnum nūmum ex æquitate ſui capitis: niſi ſubſit vera obligatio. argu. tex. in. l. ſi cui. §. flauius. ff. de ſolu. notat Bar. in. l. 1. §. hęc verba. ff. ne vis fiat ei. ¶ Quando verò data dicantur in magna quantitate, & quādo in minima, vt credatur libro adminiſtratoris, vel non? Dic quòd non poteſt dari certa regula: ſed relinquitur arbitrio iudicis, inſpecta perſonarum qualitate, & cauſę, qua ſumptus factus eſt. Et etiam bonus iudex arbitrabitur hoc ex qualitate temporis & operis: quibus inſpectis, iudex cognoſcet an ſit deferendū iuramento adminiſtratoris, an ne. vt per Bal. in. l. id quod pauperibus. fina. verbis. C. de epiſco. & cleri. & in. l. captatorias. ver. modo circa hoc queritur tertio. C. de teſta. mili. ¶ Aliter tamen dicit lex ſtyli. 112. in fine. q̄ tam in recepta quàm in data ſtatur iuramento domini

non

non administratoris. ¶ Et nota.d.l.inquantū permittit domino, quòd posſit authoritate propria capere administratorem, & illum detinere pro ſuo debito,duntamen non ſit alterius administrator.& ita dicit quòd ſeruatur Salmanticæ & Zamoræ. ¶ An autem & quando liber rationis probet, vide per text.& docto. in auth. & ſi contractus.C.de fide inſtru.& Pau.de caſt.conſi.89.&.118. ¶ Item an probet liber exactorum pro vel contra. vide in ſpe.de inſtru.editio.§.13.ver.ſed nunquid diuus.& in.d.l.1.§.officio.ff.de tute.& ratio.diſ. ¶ Sed pone in libro administratoris reperitur, q confitetur recepiſſe à domino centum,& vltra, vel minus:an talis confeſsio faciat probationē de receptione dictorum centum. Aliqui dicerent quòd non:quia confeſsio vt probet,debet eſſe certa.l.certa. ff. de cōfe. ſed hic eſt incerta propter illā adiectionē, & plus, vel minus. ergo &c. ▽ Sed contrarium eſt verum: neque illa regula debet vitiare. text. eſt ſecundum Barto.ibi in.l.publia. §. fina. ff.depoſi. tenet etiam Bald. in rubrica. C. eod.titu. refert & ſequitur Ludoui. Rom.ſingu.ſuo. 535.

Adde. ¶ Idem tene Specu.in tit. de inſtru. edic.§.7.in ver.priuatorum.& ibi Io. And.in addi.magna. in ver. ſi hieronymus.& in.§. nunc verò.in ver.ſed an ſimplex.ſuper quo vide quæ dixi in.l. 22. in glo. ſuper parte, ſcriptura publica. vbi vide.

Con. ¶ Nona particula eſt,quæ poſſunt facere administratores ratione officij,& de quibus tenentur ſi faciunt: vel omittunt facere.

Adde. ¶ Ad idem Matthæus Matheſi.ſingulari ſuo.99.quo ad contenta in particula iſta dicit.no.doctrinam mirabilem,quam à nemime vidi tactam:quę † eſt differētia inter ſcripturam epiſtolę, & ſcripturam libri rationis in hoc. ▽ Nam ſi in epiſtola,quam mihi miſiſti, continetur qualiter tu à me receepiſti centum ex cauſa depoſiti:& q ex illis tali die reddidiſti.25. & tali die. 15. & tali die. 10. & tu remanes debitor in effectu in.30.tunc recepta epiſtola,poſſum illam approbare quo ad centum, quæ fateris te habuiſſe in depoſitum,& denegare te reddidiſſe illa ſeptuaginta.nam hæc dicuntur ſeparata capitula per tex. in.d.l. publia.in fine.ff.depoſi.& ibi Bart. clarius. in.l.aurelius.ff. de libe.lega.pro quo facit.l.1.C.de proba.& quod notatur in.l.& ſi quidē. C. d excep. ▽ Sed ſi in libro rationum tuarum continetur accepta à iure & data à te mihi: iſta data & accepta dicuntur ita annexa,q ſi ego probo intētionem meā ex libro tuo quo ad centum, teneor etiam ſtare illi libro quo ad accepta & data à me tibi.probatur in. d.l.quædam.§.fi.& ibi Bar.ff.de eden.tenent Bald. & Pau.de ca.in.d.l.publia.Sali.in.l.1.C.de eden.& plures alij,de quibus in addi.ſuper dicto ſingulari Matthei matheſi.ſed tene quod ſuperius dixi in.d. l.22. ▽ Et primò poſſunt ſoluere de mandato domini vel iudicis. dixi in particula ſupra proxima. ▽ Item poſſunt ſine mandato ſoluere ſibiipſis. vt per Bald.in.l. cum ipſe. 2. col. ver.demum reuocatur in dubium.C.de contrahen.emp.vbi dicit Bal. idem eſſe in quolibet administratore habente liberam administrationem: qui ſicut poteſt ſoluere aliis de mandato domini, poteſt & ſibiipſi. argu. tex. in.l.idem quę.§.ſi ignorātes.ff.māda.tenet Ange.in.l.ſed ſi dānum.§.peculium.ff.de peculio.

Adde. ¶ Idem dicit in ſpe.de ore. act. coll. ver.ſexto ratione officij.cum ſequenti. ¶ Nunquid minor cum authoritate tutoris ſine licentia iudicis poſsit cedere actiones. habetur in ſpe. de ceſsio. actio.§. 1. 7. colu. in fine. verſi. nunquid minor.cum ſequenti. ▽ Item poſſunt alienare res tempore perituras,aliàs imputabitur eis, licet mandatum non habeant ſpeciale, nec licentiam alienandi.l.mandato generali. ff. de procura. l. pro hærede. §. ſi qui tamen.ff.de acqui. hæredi. l. ariſto. ff.de iure deli. ▽ Quod intellige, dumtamen vendant in ſubaſtatione iuxta formam tex.in.l.52.titu.5.quinta partita.quam vide. ▽ Item poſſunt tranſigere de re dubia. l. imperatores. & ibi Bar. ff.de pactis.&.l. præſes.& ibi idem Barto. C. de tranſa. ▽ Quod eſt verum, niſi lis fingatur. l. cum hij. §.ſed cum lis.& ibi Bar. ff. eo.tenet Bal. in.l.quotiens.la. 1. 1.col.ver.an ille qui non poteſt. C. de fideico. ▽ Quod dicit eſſe verum,ſi habet plenam administrationē. ▽ Item poſſunt emere palàm res administratas, niſi ſint administratores rerum eccleſiarum.vt habetur in auth.quibuſcūque.& ibi Bar.C.de ſacroſan.eccle. ▽ Cuius contrariū eſt hodie. quia neq; alij administratores & executores teſtamentorū poſſunt emere res,quas administrāt, aliàs tenentur pœna quadrupli.vt habetur in.ſ.14. titu. delas penas. in ordina. &.l.1. titu.dela guarda delos huerfa,eiſdem ordi.à qua habuit ortū. d.l.14 ▽ Qualiter tamen intelligatur iſtud verbum. palā, vide per Bar. in.l. frater à fratre.13. col. ff.de condi tio.inde. & Ioan.de Imo. in.l.1.§.fuit quæſitum ff. ad trebellia. ▽ Item poſſunt reficere inſtrumentū directū, dūmodo iudex declaret eſſe neceſſe illud refici.tenet Ange.in.d.l.lex quæ tutores.in fine.C. de adminiſ. tuto. ▽ Item poſſunt bona propria alienare.l. 1.& ibi Bal.C.rem alienā geren. ▽ Item poſſunt rem domini pignorare de mādato domini,vel ſi tunc,aut poſtea conſentiat.tenet Bart. in.l.fi.C ſi res alie. pigno.da. ſit.non aliàs.per text.ibi. ▽ Item poſſunt remittere debitum non liquidum:quia nō dicitur donatio talis remiſsio. tenet glo. & docto. in.l.contra iuris.§.fi.ff. de pactis.non tamē poſſunt exigere indebitū, aliàs tenētur refarcire de ſuo.tenet glo.& Bar.in.l.tutor qui repertoriū.§ in ſoluendis.ver.quærit ſi indebitū.ff.de adminiſ. tuto. ▽ Itē tenentur, ſi exercent vſuras cum pecunia domini; quia tenentur ad reſtitutionē vſurarū. tenet Cinus & doct.in auth.nouiſsimè. C.de admini. tuto.

Quæſtio.

¶ Adde.

Adde. ¶ Item poſſunt adminiſtratores alicuius nobiliſsimi pupilli largiri, & liberalitatem exercere ſecundum dignitatem illius pupilli. tenet And. in. c. 1. 1. col. ſuper. 1. notabili de donatio. qui allegat. Inno. in. c. grandi. de ſupplen. negli. prela. in. 6. idem tenet Abb. in. c. ceterum. 1. cauſa &. 1. no. dicto ti. de dona. pro quibus bene facit. l. cum plures. § 1. ff. de adminiſtra. tuto. ¶ Item ſi electus eſt rector, cum hoc, quòd non tenentur reddere rationem villicationis ſuę. Quod [illegible]ere de aliis adminiſtratoribus, an teneantur de furtis & barateriis, & de culpis in faciendo commiſsis. Et videtur quòd ſic, licet non de negligentiis. ita tenet Alex. in. l. ſi mora. 1. col. ff. ſolut. ma. ▽ Item tenętur, ſi nō exigunt debita. argu. tex. in. l. ſi tutor. & ibi Bar. ff. de admi. tuto. l. qui negotiationem. §. pupillo. & ibi Bar. &. l. chirographis. eo. ti. & ibi dicitur, q negligentia in non conueniendo debitores, imputatur tutori. eſt text. in. l. periculū. ff. ſi certum peta. dicit, q periculum in non conuenięndo debitores pertinet ad eum, cuius culpa probari poteſt deterius factum eſſe. & ita ſentit, q debet probari debitorem factū eſſe non ſoluendo culpa tutoris vel adminiſtratoris. Et Bal. & Iaſ. in. d. l. periculum. dicūt, q adminiſtrator non preſumitur in culpa, niſi probetur debitores fuiſſe non ſoluendo. quod eſt notandū. ▽ Item nō poſſunt remittere debitum liquidū etiam odioſum, licet ſit legitimus adminiſtrator. tenet Bar. in. l. preſes. & ibi Bal. 1. co. ver. venio ad queſtionem. C. de tranſactio. ▽ Quod eſt verum expreſsè, tacitè tamen poterit. ſ. negligēdo. vt ibi Bart. in. l. imperatores. ff. de pactis. notatur in. l. aduerſ⁹. C. de vſu. ¶ Nota tamē in hoc, q ſi adminiſtratores paſsi ſunt res minoris vel eccleſię &c. præſcribi, poſſunt, minor, vel ei⁹ hęredes agere ad emēdā dāni. glo. eſt ſingularis in. c. placuit. el. 2. 17. q. 3. quā reputauit ſingularē do. Abb. in. c. 1. de integr. reſti. facit tex. in. l. qdquid. C. arbi. tute. ▽ Itē nō poſſunt vendere ſine mandato. l. ſi pretium. C. de procu. ▽ Niſi habeat liberā adminiſtrationem vt ſupra dixi, & habetur in. l. liberam. & ibi Bal. C. quod cū eo. ▽ Item ſi temere litigant, condēnantur in expenſis, & executionē patiuntur. l. qui ſolidū. §. etiā. & ibi Bar. de lega. 2. tenet Bal. in. l. polla. 1. col. in fine. ver. & adde q tutor. C. de his quibus vt indig. ▽ Itē nō poſſunt cōpromittere de iure & de facto. tenet Ange. in. d. l. imperatores. ff. de pactis. ▽ Item non poſſunt pignorare rem domini: niſi de mandato domini: vel niſi pro pecunia verſa in vtilitatem domini. c. curator. & ibi Bar. C. ſi res alie. pigno. data ſit. idem Bar. in. l. ſi. eo. ti. ▽ Item non poſſunt facere gratiā. ſecundū Bal. in. d l. præſes. 4. nota. ▽ Item non poſſunt bona domini dilapidare. vt per Bal. in. l. 2. §. quod obſeruari. 1. col. in principio. ver. idem ſi confiteatur. C. de iuramen. calū. per. l. in queſtionem. C. de ſenten. pa. &. l. imperator. ff. ad trebel. ▽ Item ſi exigunt plus debito à debitoribus ciuitatis vel fiſci, puniuntur ſecūdum formam tex. in. l. 1. C. de ſuper exactori. tribu. lib. 10. per Ange. in. l. nemo carcerē. C. de exacto. tri. eo. li. per Bar. in. l. miſsi opinatores. eo. ti. & lib. pro quibus tu habes hodie tex. in. l. 5. ti. 10. ſeptima partita. vbi dicitur, q collectores iurium regalium plus debito exigentes, tenētur de vi & vi armata. ▽ Item ſi nō ſcribunt in libro, quod exigunt, tenētur pœna dupli. vt ſupra. ▽ Item non poſſunt remittere collectas. l. omnes. de annonis & tribu. lib. 10. niſi pauperibus. vt ibi glo. & Bar. ▽ Item ſi ſunt negligentes in exigendis collectis, nō debent habere ſalariū. per. l. iudices. & ibi Bar. de anno. & tribu. lib. 10. ▽ Item qui tenentur facere exactionem infra certum tempus, ſi non faciunt, tenentur ſoluere de ſuo. tex. eſt ſecūdū Bar. in. l. miſsi opinatores. de exacto. tri. lib. 10. ▽ Tenētur etiā gregem dñi paſturare, locis, & temporibus congruis, & fructus colligere hęreditatū: aliàs tenentur de ſuo ad tantūdem pro ſua culpa. l. 15. ti. 8. quinta partita. l. qui mercedem. & ibi glo. ff. locati. ▽ Item non poſſunt exigere collectas, niſi priùs doceant librum debitoribus: qui liber, vocatur breuis ſecūdum Bar. in. d. l. 1. in fine. de exacto. tribu. lib. 10. ▽ Et tene, q regulariter omnes adminiſtratores, qui ſunt obligati ad rationē, tenentur de dolo, & lata culpa in exigendo. l. 2. & ibi Bar. C. arbi. tute. tenēt doct. in. l. 1. ff. de fideiuſſo. tuto. per. l. 1. C. de hęre. inſti. ▽ Interdum tenentur officiales de leui. & hoc regulariter. per. l. tutori. &. l. ſi pupilli. §. videamus. aliàs in. §. fi. C. de nego. geſt. ▽ Quādoq; tenētur de leuiſsima. vt quādo aliàs diligentior vult adminiſtrare. vt. d. l. ſi pupilli. in. d. §. videam⁹. & in. §. ſicut autē. inſti. de obli. quę ex quaſi contra. naſ. ¶ Quo ad decimā partē eſt dicendū, q ſi reddita ratione apparet fuiſſe erratū in cōputatione, debet iterū fieri cōputatio, etiā ſi ſępe ſit erratū. & calculatio nō nocet, etiā ſi ſtipulatio interuenerit. vt p textū in. l. vna. C. de errore calculi. vbi cōmuniter ſcribētes & Bal. dicūt, q licet inter mercatores ſit ſemel data ratio, & ſummata, tamē adhuc poteſt petere debitor vel creditor, vt iterū cōputetur, & videatur an ſit erratū in calculo, vel nō: etiā ſi talis error trāſiuerit in ſtipulationē. ▽ Et ad iſtā cōputationē fiendā: de cōſenſu partiū debēt poni duæ perſonæ eligēdę à partib⁹, quę reuideāt, & cōputēt, & iudicēt de reliquis. vt. l. 2. C. de vſufru. lega. & l. ſi cui libertas. & ibi Bar. ff. de cōdi. & demōſt. Ange. in. l. 1. §. marcellus. ff. ſi cui pluſquā. per. L. falci. vbi dicit, q calculus poteſt fieri & reuideri per duos electos à partibus, etiam parte non citata: & ſi calculatores deputātur per iudicē de conſenſu partiū, debēt iurare fideliter cōputare. vt per Bal. in. l. hac edictali. §. is illud. 2. col. ver. cōſules mercatores. C. de ſecūd. nup. ▽ Et nota, q calculatores dicūtur arbitratores ſecūdū Bal. in. d. §. is illud. tenet Bar. ſuis cōſiliis cō ſilio incipiēte. literas magnificētię veſtrę, pro quibus eſt bonus textus in. l. ſi reſiduum. C. de pigno.

▽ Si

℣ Si verò facta cõputatione apparet fuisse erratũ in calculo, retractatur calculus, si error fuit in magna quãtitate: etiã si stipulatio interuenit, vt supra dixi. nisi fuisset facta transactio, vel sentẽtia data super eo. vt. d. l. 1. vbi idẽ Bal. & cõmuniter scribẽtes. de errore calcu. ℣ Itẽ nota. q calculus et ratio idem sunt secũdum glo. in. c. cum dilectus. de fide instru. ¶ Vlterius no. q sentẽtia vel trãsactio facta super errore vel super ratione, executioni mandatur, etiã si de errore opponatur. & ab ea appelletur. & hoc si sententia data fuit, vel trãsactio facta coram tabellione publico: præstita tamen cautione per illũ, in cuius fauorẽ fuit data sentẽtia, iuxta formã cuiusdã pragmaticę huius regni folio. 52. cõpilatione legũ de Madrid, aliãs pragmaticarũ. est. 45. in. fi. in ordine dictarũ legũ. ¶ Si tamẽ fuit erratũ in minima quãtitate, nõ vitiatur calculus, per. l. quãuis. & ibi doct. ff. de conditio. & demonst. tenet Bal. in. l. 1. C. si aduer. solu. & in. d. l. pe. ver. itẽ pone aliud exemplum. C. de condi. infer. ¶ Postremò nota. q si calculatores positi sunt per iudicẽ ad calculãdũ inter priuatos de cõsensu partiũ, valebit talis calculatio, & plenã fidẽ facient inter eos. per. d. l. 1. C. de vsu.

Adde. Ad supradicta bonum tex. in. l. 30. ti. 11. quinta partita. & ibi glo. & in. l. 2. tit. 7. lib. 3. foro legum. ¶ Vndecima particula fuit, si aliquis dicit fuisse erratũ in cõputatiõe, vsq; ad quantũ tempus potest petere, vt iterum fiat cõputatio, vt videatur si fuit erratũ. & distingue. ℣ Aut petitur à pte, q retractetur calculatio ratiõe gratię adhibitę in ea, vt qa calculator admisit exceptionẽ, quã admittere non debuit, vel qa computabat introitũ, quẽ computare nõ debuit: & tunc põt petere vsq; ad. 10. vel 20. annos, secũdũ distinctionẽ posità in. l. nominibus. §. 1. ff. de diuer. & tẽpor. prescriptio. ¶ Si tamẽ petitur ex eo, qa fuit erratũ in cõputatiõe: & tũc poterit petere vsq; ad. 30. ãnos. l. calculi. ff. ð adminis. rerũ ad ciui. pertinẽ. ℣ Et nota, q post lapsum istius tẽporis cõputatio habet vim sentẽtię. secũdũ Bar. in. l. 2. ver. ad aliud. de iure fisci. ¶ Itẽ nota, q dispositio. d. l. 2. habet locũ nõ solũ i administratore rerũ fiscaliũ: sed etiã in quocũq; administratore, secũdũ glo. in. dicta rubrica de iure fisci. Secũdò nota, inquãtum dicit, q. d. l. continet ius cõmune. tenet etiã Bar. in. d. l. 2. pe. co. vbi aliqua in materia dicit notanda. de iure fisci. ¶ Duodecima particula dicit, q facta cõputatione, debet fieri solutio eius, quod supereſt. ℣ Sed qa posset dubitari qualiter debet fieri ista solutio, vide Bar. in quodã consilio. incipiẽte. cicollus. vbi dicit, q tenetur administrator tradere domino rei administratę id, quod supereſt, si res mobilis est: sed si immobilis, tenetur dominũ mittere in possessionẽ. Istud remediũ non est sufficiens: sed tũc quãdo administrator habet vnde soluat, & spõte soluit, & tradit res administratas: si tamen recusat soluere, istud nõ sufficit. Qua propter tu vide quandã. l. Stylli. 112. in ordine. vbi dicitur, q dñs poterit capere ad ministratorẽ, & ei⁹ bona, & ea detinere, donec sit dominꝰ integrè satisfactꝰ. qđ dicit verũ, nisi sit alterius administrator. Si tamẽ administrator nõ potuit capi, qa aufugit, tũc lata sentẽtia super cõputatis, fiet executio in bonis administratoris, iuxta formã iuris. Sed si nõ habet vnde soluat, præstabit cautionẽ administrator, & confitebitur se debitorẽ in tanta summa: & euitabit pœnam, si quam incurrit à lege vel statuto. ita tenet Ange. in. l. 4. §. ait prętor. ff. de re iudi. & in. l. 2. C. de distra. pigno. & in. l. 2. C. de vsu & fruct. lega. tenet etiam Bal. in. c. 1. §. 1. 4. col. de lege corradi. vsi. feu. ℣ Si tamẽ non potest administrator satisdare, & dominus est talis, qui potest in integrũ restitui, poterit dominus dictam restitutionẽ petere aduersus eos, cũ quibꝰ administrator cõtraxit, vel quibus indebitè fuit facta solutio. ℣ Aut res dñi vẽdidit. vt habetur in Spe. ð resti. in integr. §. 2. ver. vt autẽ. & in. l. 2. vbi bonꝰ tex. C. de prędiis mino. ℣ Et si dominus non põt in integrũ restitui, poterit adhibita informatione petere, q administrator incarceretur donec soluat, vel cedat bonis. vt habetur per totũ titulũ. qui bonis cedere po. C. & c. odoardus. de solu. & l. 4. &. 5. ti. delas deudas. in ordi. & melius in pragmaticis folio. 95. cum quatuor pragmaticis sequẽtibus. ℣ Ecõtra si dominus remanet obligatus administratori, fit solutio ei eo modo, quo dicit Bar. in. l. a tutela ff. de cõtrario. iudi. tute. & interim poterit administrator detinere res administratas. per ea quę dicit Inno. & cõmuniter scribẽtes in. c. 2. de in integr. restitutio. & facit in simili. l. in fundo. &. l. sumptus. ff. de rei vendi. ¶ Decimatertia fuit. si facta cõputatiõe & solutione administrator reperitur ditatus, præsumatur ex officio quęsiuisse. & c. ℣ Aduerte, qa in hoc reperitur doctores variasse. nam glo. ad quã quotidie habetur recursus in. l. facultas. aliàs defensionis facultas. in parte, exceptio de iure fis. li. 10. quæ dicit, q officiales fisci, administratoresq; ciuitatum, & aliorum locorũ pręsumuntur quesiuisse de bonis fisci, quę post officium reperiũtur habere, cum ista glo. tenet Bal. & eã cõmẽdat pro singulari. in. l. si defunctus. C. arbitriũ tute. Idẽ Bal. in. l. 3. incipi. donatio. C. ð donatio. inter virũ & vxo. vbi dicit, q glo. in. d. l. facultas. dicit verum in publico officiali: secus in priuato. & dicit dictã glo. alibi nõ esse. quã commẽdat idem Bal. in. l. 1. C. de hęre. vel actio. ven. & hoc dicit bene custoditũ à tyrãnis dñis. nã rarò recedũt ab eis officiales cum pecunia. ℣ Idẽ Bal. in. l. cũ oportet. in principio. 2. col. ver. quęro qd in administratore. C. de bonis que libe. Rapha. ful. post Bal. in authẽ. licẽtiam. C. de episcopis & cleri. facit pro eis. c. 1. §. si verò de feudo guardiæ. vsi. feu. vbi dicitur, quòd illa, quę fiunt ab officiali durãte officio, præsumũtur facta respectu officij. ℣ Et ex hoc ibi dicit Andre. de Iser. & Nico. de neap. q si officialis emit, præsumitur de bonis officij emisse:

a 13. pag.

&

& ita videtur tranſire cum glo. in. d. l. facultas. ſed ſi officialis velit probare de ſua pecunia emiſſe, bene poterit. quæ probatio tollit ſiniſtram ſuſpicionem contra eum laborantem. aliàs deficiente probatione, remanet præſumptio cõtra adminiſtratorem. ſ. q̃ acquiſiuit pecuniam de bonis adminiſtratis ſecundum Bal. in. c. 1. de controuer. inter domin̄ & fide. tenet Bar. in. l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. in fine. ff. de nego. ge. per legem. ſed vltra. §. perin-
Extẽſio. de. ff. ad macedoni. ☞ Intantũ, q̃ vigore illius præſumptionis adminiſtrator poteſt torqueri. ſecũdũ Bal. in. d. l. cum oportet. in principio. 3. col. C. de
Contra. bonis quæ libe. ☞ Contrariã ſentẽtiam tenet Bar. in. d. l. facultas. fi. col. dicens, q̃ ſi glo. in. d. l. facultas. eſſet vera, eſſet notanda. tamen q̃ ei non videtur vera. per tex. in. l. ſi defunct⁹. C. arbi. tute. vbi dicitur, quòd tutor non præſumitur ditatus de bonis pupilli, licet à principio fuit pauper, ſed ad cõuincendum requiritur probatio maior. allegat etiam textum in. l. tertia. §. multa. ff. de iure fiſci. ibi dum dicit, non præſumitur de bonis fiſci niſi liquedè probetur. tenet etiam idem Bar. in. l. ſpadonem. §. ſi nõ extiterint. ff. de excuſa. tuto. vbi inquit, q̃ licet officiales præſumãtur affectaſſe officium: non tamen præſumũtur acquiſiuiſſe bona, quę habent, ex offi cio. Idem Bar. in. d. l. quę ſub conditione. ff. de conditio. & de. dicit, q̃ non præſumitur aliquid fuiſſe ſubtractum, niſi cõtrarium probetur. tenet etiam Bal. in. l. quiſquis. C. ſi certum petat. vbi Sali. in fine dicit docto. poſt Gui. de Cu. tenere contra illã glo. per. d. l. ſi defunctus. & per. d. §. multa. ☞ Item quia quilibet præſumitur bonus. vt. ca. 1. de ſcruti. cum ſimi. ☞ Et reſpondet. ad. §. interdicimus. authẽ. de eccleſiaſti. titulo. quòd loquit⁹ in prælato eccleſiæ, qui adminiſtrat quandiu vixit: & quod ei ſu pereſt, ſi in opus pium. non diſpenſat, tenetur reſeruare: qui nec opera nec induſtria præſumitur lucrari. nos autem loquimur in officiali, qui admi
Solutio. niſtrat alteri, non ſibi. ☞ Sed tu pro concordia in hac quæſtione dic, quòd aut iſti ſunt officiales, qui poſſunt negotiari, & tunc præſumitur quæſiuiſſe ex induſtria: ſed ſi eſt prohibitum eis contrahere, præſumitur iniuſtè queſiuiſſe: & de pecunia adminiſtrata. per. d. l. quiſquis. C. ſi certum peta.
☞ Item ſi adminiſtrator non habeat pecuniariam adminiſtrationem, & ei erat permiſſum contrahere, tunc non præſumitur ex officio queſiuiſſe. vt. l. præſidis. ff. ſi certum peta. ☞ Idem dico, ſi reddit bonũ compotũ, q̃ præſumitur queſiuiſſe ex induſtria. per tex. in. dicta. l. ſi defunctus. & eſt glo. in. l. 8. ti. 14. tertia partita. ☞ Secus ſi non reddit bonum compotum: quia tunc præſumitur ex officio queſiuiſſe. ſecũdum. Ioan. de Pla. in. l. facultas. vbi dicit, q̃ ita debet intelligi glo. illius legis. ☞ Sed in hoc ſtabitur arbitrio iudicis, alio non apparente, conſiderata quãtitate patrimonij, atq; adminiſtratoris, & eius adminiſtratoris qualitate. arg. ex. in. c. de cauſis. de officio dele. & hoc in acquiſitis aliunde.
☞ Sed ſi de bonis domini aliquid ſuppreſsit adminiſtrator, quod reperitur apud eum poſt rationem vel computationem, præſumitur habuiſſe animum prædandi. tenet Bar. in. l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. in fine. ff. de nego. ge. per. l. ſed vltra, de qua ſupra tenet Bal. in. c. 1. de conten. inter do. & vaſſa. de inueſti. ☞ Et tunc poteſt adminiſtrator torqueri. & ita loquitur Bal. in. d. l. cum oportet. tenet Andreas. Sicu. in. c. inquirendum. vbi bonus tex. cum glo. de pecu. cle. habetur per glo. in authen. licentiam. C. de epiſcopis & cle. per docto. in. c. 1. & 3. de pœni. et remi. per Innocẽ. c. cũ in officiis. de teſta. ☞ Si tamen eſſent præſumptiones contra adminiſtratorem, & aliquæ pro eo. vide tex. notandum loquentem in prælato eccleſiæ in. c. ſi ſacerdotes. ſecũdum lectura Hoſti. ibi. 12. q. 4. vbi dicitur, q̃ tunc diuiduntur res ſecundum patrimonium eccleſię & hęredem prælati. refert & ſequitur Ludo. Roma. ſingula. ſuo. 267. ¶ Quo ad finalem particulam. num quid rationes debẽt edi, & quo iure, & qualiter debet confici inſtrumentum rationis, poſitiones. &c. vide textum, doctores & Bal. in. l. 1. C. de edendo. & in. l. qui accuſare. eo. ti. do Abb. in. c. 1. de probatio. Bar. & alios. in. l. ſi quis ex argentariis. §. pertinere. ff. de eden. vbi latè dicitur, an, & quãdo rationes debẽt edi. & Ioan. And. in cle. ex graui. de vſu. Ange. in. l. argentarius. in principio. ff. de eden. Lanfran. in. c. quoniam contra. de probatio. in parte, ſequitur inſtrumentorum productiones. folio. 5. 3. col. in principio. ☞ Qualiter tamen fiat inſtrumẽtũ rationis redditæ vide in ſpe. de obli. ad ratio. in principio. & ibi Ioan. And. in additio. ſuper rubrica. & in. l. 14. titulo. 18. tertia partita.

Adde. ¶ Vide etiã in Spe. de inſtru. edict. §. 16. in ver. porrò ſi rector. ☞ Qualiter formentur poſitiones & ſententia. habetur in Spe. de iudi. §. 2. 7. col. ver. porrò. & de inſtru. edi. §. vltimo. 5. col. ver. porrò. ☞ Et nota, q̃ calculatores nõ poſſunt proferre ſententiã ſuper computatione: ſed demum facta per eos computatione, tenentur eam tradere iudici, vt per eum viſa proferat ſententiam. glo. eſt notanda, quam commendat Bar. in. l. 2. de iure fiſci. li. 10. & reprehẽdit calculatores & taxatores domorũ, qui ponũtur per iudices ad taxandum vel computãdum: quia facta computatione, & taxatione, eam profitunt per ſententiã: & aliqui iudices imperiti præcipiunt illam exequi abſq; eorum confirmatione. ¶ Item nota, q̃ ſententia, quæ profertur per iudices ſuper computatione, debet incontinẽti executioni mandari, ne q; admittitur cõtra eam appellatio: niſi facta prius ſolutione. vt in. d. §. œconomis. in authẽ. de ſanct. epiſcopis. colla. 9. in parte repetitionẽ. habetur in Spe. de app. §. 2. ver. 3. tenet Ange. in. d. §. œconomis in fine. melius in. l. 5. fi. de las excep. in ordina. dixi in. l. 64. infra. vbi bonus tex. & ſic facta ſolutio. vt

ſupra.

ſupra.remanebit ſinita contẽtio inter dominum & adminiſtratorem.

f ¶ Fideicõmiſſo. ad intelligentiam iſtius partis
21 debent iuuenes notare,q† fideicõmiſſum quoddã eſt expreſſum,quoddam tacitũ. ▽ Expreſſum dicitur, quod fit in teſtamento, vel codicillis. fideicõmiſſo ſyhazer ▽ Tacitum, quando interuenit priuata promiſsio,vel domeſtica cautio non palam in teſtamẽto,vel codicillis,vel publico inſtrumento de hæreditate non de ſuo rogatur. vt per glo. & Bar.in.l.1.de delatoribus li.10.&.l.nõ intelligitur.§.tacitè.& ibi Bar.ff.de iure fiſci.tex.docto.& Bal.in.l. quæſtionem. C.de fideico.per Bar. in.l.quidã cum filium.ff.de hęre.inſti. ¶ Sed quę-
22 ro † per quæ verba importatur fideicommiſſum? Dic quòd per iſta verba,videlicet, contentus ſis tali fundo.vt habetur in.l. fideicõmiſſa.§.ſi quis ita. de lega.3. notatur.in.l.peto.in principio.de lega.2. ▽ Importatur etiam fideicõmiſſum per clauſulam, ſufficiat tibi talis fundus.vt in d.§ ſi quis ita. ▽ Itẽ per verba, talem fundum cuſtodias pro filiis tuis. vt.l.ſi ita.de lega. 3. tenet Bart. in.l. centurio. ff.de vulga. & pupi.& in.d.l. fideicommiſſa.§. hæc verba. ▽ Item per verba,teſtator vult ſequi potius voluntatem ſuam vel animi ſui rationẽ, quã iuris ſolẽnitatẽ,vt tunc hęres petat ſibi reſtitui à veniẽtibus ab inteſtato.vt.l.pe.§.fi.de lega.2. ▽ Item per verba, pono animam meã & bona mea in manibus tuis. ſecundum Inno. & Abb.antiquum in.c.cum tibi. & tũc diſtribuitur ad pias cauſas, ideſt pro anima. ¶ Item per confeſsionem hæredis de reſtituẽdo alteri id, quod habebit de hæreditate.l. non ambigitur.§.tacita.ff. de iure fiſci. probatur ex.d.l.quęſtionem. iũcta glo.C.de fideic.tenet Bar. in.l. quidam cum filium.ſupra allegata. ▽ Item ſi teſtator reuocat teſtamentum, dicens ſe velle mori inteſtatũ. nam ſi reuocatio fiat non ſolẽniter:debet fieri reſtitutio veniẽtibus ab inteſtato ex tacito fideicõmiſſo. per notata in. l. ſancimus. §. fina. C. de teſta.& in.l.ſi iure.de lega.3.& in.l. miles. §. veteranus.ff.de teſta.mili. ▽ Itẽ per prohibitionẽ alienandi.glo.in.l.codicillis.§.inſtitu[illegible].§.ſuis.de lega. 2. ▽ Item per verbum,cõmendo.vt.d. §. ſi quis ita. & ibi Bar. ▽ Itẽ per verbum,perueniat.vt.d.l. fideicõmiſſa.§.hęc verba. ▽ Item per verbũ,reſeruetur. vt per Bar.in.l filium.ff. de auro & argen. lega. ▽ Itẽ per verba depoſitiua,ſeu præceptiua ad grauatum directa.vt.d.l. peto.in princip.& ibi Bar.de lega.2.
Queſtio. & in.l.miles.§. pro parte.eod.ti. ▽ Sed pone, quòd teſtator in ſuo teſtamento voluit ædes & domos ſuas nõ vẽdi ab hæredibus, an per illa verba videatur relinquere per fideicõmiſſum de vno in aliis. Et tene quòd ſic. ſecũdum Bal.qui interminis hoc dicit in. l. quotiens. C. de fideicõmiſ.vbi dicit, q̃ eo ipſo q̃ teſtator voluit remanere in ſua agnatione,q̃ preſumitur tacitum fideicõmiſſum. refert & ſequitur illud dictũ And.Sic.in repe rubricę.de rebus eccle.nõ alic.12.co.circa f.nẽ.allegat glo.in.l.codicillis.§.inſtituto.de lega.2.de qua Bal.in.d.l. quotiẽs.nõ meminit. ¶ Itẽ nota,q̃ fideicõmiſſum tacitũ dicitur,quãdo teſtes & notarius rogãtur tenere ſecretò quod actũ eſt, enel dicho tercio los vel fidei relinquitur inſtituti.ſecũdũ Bart. in.d.l.quidã cum filiũ.& in.l.in fraude.in princip. ff.de his quibus vt indig.& in.d.l.quæſtionem.ſecundũ vnũ intellectũ.C.de fideicõ. ¶ Et iſtud fideicõmiſſum tacitũ videtur repetitum in ſecundo teſtamento.l.cum titium.& ibi Bar.ff.de probatio.
23 quod eſt notãdum. ▽ De iſta † enim ſubſtitutione fideicõmiſſaria,& qualiter fiat, vide in. l. fi. & ibi
24 glo.titu.5. ſexta parti. ¶ Et nota,q̃ † ſi fideicõmiſſum eſt relictum vni ex pluribus,quem hæres elegerit:ipſo non eligente,omnes pariter admittũtur. l.ſi qui titio.§.ſi hęres.de lega.2.&ibi latè per Pau. de ca. ¶ Itẽ nota,q̃ etiã datur fideicõmiſſum vniuerſale & particulare.& qđ ſit fideicõmiſſum vniuerſale,vide in.l.filiũ quẽ habentem.& ibi Pau.de ca.ver.& præmitte. C. familiæ her. ▽ Et nota etiã,
25. q̃ † fideicõmiſſum relictũ per aſcendentẽ deſcẽdenti poſt eius mortẽ,habet in ſe tacitam conditionem ſi deceſſerit ſine liberis,etiam ſi fideicommiſſarius ſit de deſcẽdẽtib⁹ in potiori gradu. per tex.in.l. cũ auus. ff.de conditio.& demõ.& ibi Pau.de ca. Sed an requiratur,q̃ liberi ſint hęredes ad hoc vt excludant ſubſtitutũ, vide ibi per eundem Pau. de caſt.
26 ▽ Vlterius nota,q̃ † ſi fideicõmiſſum eſt iniunctũ legato ſimpliciter,intelligitur iniunctũ poſt mortẽ legatarij.ſecundũ glo.& Bar.in.l. filios.ff. de vſuf. lega. & ſi eſt relictum fideicõmiſſum ei quem teſtator declarauit hæredi & legatario: ſi hæres dicit de vi[illegible] legatarius de alio, debetur ei, cui teſtator hab[illegible] maiorẽ affectionẽ. de quo ſi non cõſtat, ratione incertitudinis efficitur fideicõmiſſum inualidum,& remanet pene legatarium. tenet Bart. in.l.qui hæredi.ff.de rebus dubiis.

Hinc dicit Bar.in.l.cũ pater.§.hæredi
Adde. tatẽ.de lega.2.per illũ tex.q̃ ſi aliquis *Regula.* ingreditur religionem, cùm habeatur pro mortuo ciuiliter, pro hoc non cedit dies fideicõmiſſi ſibi iniũcti cũ deceſſerit,ſed debet expectari mors naturalis.vt ibi.& in. l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad trebel.&.l.ſtatius. ff.de iure fiſci. ▽ Q.d *Fallit.* fallit in fratribus minorib⁹, qui non poſſunt habere in cõmuni:quia ad hoc habẽtur pro mortuis. tenet Bar.in.l.intercidit.in fine.ff.de condi.& de. & glo.notabilis.vbi per docto.in. l. ſi cum dotem. in princi.ff.ſolu.matrimo.facit quod notatur in. l. ex ea parte.§. inſulam.ff. de verbo.obli.& in.l.gallus: §.& quid ſi tantũ.ff.de liber. & poſth.& in auth. ſi qua mulier. C.de ſacroſ.eccle.Pau.de leazar.in quęſtione incipiente. ſubſtitutus. in primo dubio.
27 ▽ Mors †.n. ciuilis nũquã æquipollet naturali, niſi quando

quando eſt in iure expreſſum.vt dicit glo.ſi. in fine in.c.placuit.17.queſt.1. dixi in.l.4.ſuper glo. in
Infertur parte,natural.ſupra. ℣ Vnde dicit Archi.in.d.c.pla
28 cuit.℘ † promiſſum cauſa mortis,non debetur, ni ſi mors naturalis intercedat, vel niſi vbi expreſsè reperitur,vt in pactis inter coniuges interpoſitis.vt.l.vltima.C. de donatio. inter virum & vxo.& in ſubſtitutionibus. vt in. l. gallus. §. quid ſi tantū. de qua ſupra.ff.de libe. & poſthu. ℣ Propterea dicit text. in.l. ex ea parte. ff. de verborum oblig. & in.d.l. cum pater. §. hæreditatem. de lega.2. & in. l. 3. C. de his qui ve. ætat. impe. Quod archi. dicit, eſt generaliter, niſi aliquotiēs, &quaſi aliter contrariū reperiatur,vt in præallegata.l. gallus. &.l. deo nobis. C. de epiſcopis & clericis. &.l. ſed ſi mors. ff.de donatio.inter virum & vxorem. ℣ Aliàs dicit,quòd non ſufficit aliquid fieri,niſi naturaliter fiat.vt.l.non putauit. ff. de bono. poſſe. &.l.fideicōmiſſum.&.l. vltima.ff. de condi. & demōſt.&.l.ſi pater.&.l.ſi ius.de lega.2. ℣ Hinc
Nota a dicium. Bar.in.d.l. cum pater.§.à filia.de lega. 2. ſcribit cōtra illos ,qui bona ,quæ debent reſtitui poſt mortē pauperibus , ante reſtituunt, quia talis reſtitutio non præiudicat pauperibus ſubuenientibus poſt reſtitutionem. quod eſt notandum ſecundum Bal. de quo in.l.poſt mortem.C. de fideicō. notat Bart.
Qū. in. l. pater quindecim. ff. de lega.3. in illa. q. Tres
29 † fratres fuerunt inſtituti,& inuicem grauati de reſtituendo:deceſsit vnus, & iure fideicōmiſsi bona eius peruenerunt ad alios duos:demum deceſsit ſecundus,quæritur,an quod ſecundus habuit à primo iure fideicōmiſsi , veniet in fideicommiſſum, quod debetur ab ipſo ſecūdo illi tertio.de quo etiā per eundem Bar.in.l.marcellus.§.quidam.&.l.ſceuola.ff. ad trebelli. ℣ Et fideicōmiſſarius primus reſtituit ſecūdo apud primū nihil remanet.Bar.in. l.ex aſſe.ff.ad trebellia.Ideo tex.in.l.3. C.de donatio. non habet locum, ſi ceſsionarius primus cedit ſecundo,quia apud primū nihil remanet. ¶ Item
30 † fideicōmiſſum non debetur hæreditate non adita.ſecundū Bar.in.l.neq;.§.fi.ff. de teſtamē.mili. & in.l.ille à quo.§.ſi de teſta.ff.ad trebellia.habetur in l.pe.§.cum autem.C.ad trebellia. ℣ Poteſt tamē fideicōmiſſarius compelli hæreditatem adire, & reſtituere.vt.l. fi.in fine.titu.5.ſexta partita. & cōpulſus totam hęreditatem reſtituit,nulla ſibi portione retēta.vt.§.in primis.inſti.de fideicō.hęre.per glo. in.d.l. fina.titu.5.ſexta parti. ℣ Adita verò ante reſtitutionē tranſmittitur fideicōmiſſum vniuerſale. Bar.in.l.cum filio.de lega.1.& in.l.à teſtatore. ff.de condi.& demōſt.in.l.cum ſecundū.& in.l.ſi in perſonam. C.de fideicō. ℣ Et not. vnū circa hoc, ℘ eſt titulus fideicōmiſſa.hęre petitio.ff.℘ fideicōmiſſario vniuerſali cui eſt reſtituta hæreditas. verbo cō petit hęc actio in qua veniunt omnia quæ in petitione hæreditatis ciuilis . & per ſenatuſconſultum tranſeunt in fideicōmiſſarium omnes actiones,quę competebant hæredi , qui erant vtiles, nulla enim actio datur fideicōmiſſario per ſenatuſconſultum, ſed ſolum tranſferuntur quæ hęredi competebant.

q̄quiſieren,cō tanto que los hagan entre vinculos ſubmiſsiones y ſubſtituciōes[g] ℣ Vnde ſi fideicōmiſſarius vellet intentare petitionem,quæ competebat hæredi,poterit vtilem tranſlatam per ſenatuſconſultum .ſed ſi vellet agere ex perſona ſua, nullā habet ciuilē , ſed datur à prętore.vt declarat Bart.in.l.fi. eodem titu.
31 ℣ Et nota,℘ † vbi aliquis eſt rogat⁹ reſtituere quic quid ad eum peruenerit,non veniūt fructus. vt notat Bar. in.l.inuenio.§.ſi.de lega.2.
32 g ¶ Subſtituciones. Nota ex.l.iſta,℘ † in legatis & prelegatis poteſt fieri ſubſtitutio.cōcordat.l. hæredibus.de lega.2.&.l.titius & ſeius. cū duabus legibus.ff. de hære.inſti. ¶ Et nota iuxta iſtam par
33 tem,℘ † ſubſtitutio dicitur ſecūda inſtitutio.& ſubſtitutus quaſi ſecundò inſtitutus. habetur in.l.1.tit. 5.ſexta parti.&.l.1 in princi.ff.de impu.& aliis. tenent docto.& Bal.in rubrica.C.eodē.in principio. & in.l. in ratione.§ ſi filio.ff.ad legem falci. & in.l. ſi quis hæreditarium. §. ſi quis hæredi. ff. de hære.
34 inſti. ¶ Item nota,℘ † harum ſubſtitutionū,quędam eſt directa, quædam fideicōmiſſaria. ℣ Directa ſubſtitutio dicitur,quando teſtator vult hæredi tatem ſuam peruenire ab ſubſtitutum per ſe,vel cō petere ſubſtituto, quaſi ab ipſo teſtatore recte data ſine alterius miniſterio. & iſta propriè dicitur ſubſtitutio quaſi ſecunda inſtitutio. ¶ Fideicōmiſſaria ſiue obliqua dicitur,quādo teſtator vult hæredi tatem ſuā peruenire ad ſubſtitutum per alium. vnde dicitur fideicōmiſſaria , quaſi cōmiſſa fide alterius. colligitur ex.§. pe.& ſi. inſti. de ſingu. rebus per fideicōmi.relic.& inſti.de fideicō.hęre.in principio.clarius in.l.fi.tit.5.ſexta parti.tenet Bart.in.l. centurio.1.char.ff.de vulga.& pupi. Bald.in.l.fi.4. col.ver.nunc aliqua. C.de ſacroſan.eccle. ¶ Vnde dico, ℘ quādo verba in ſubſtitutione poſita requirunt alterius miniſteriū in hæreditate acquirenda ſubſtituto,denotant ſubſtitutionē fideicōmiſſariā, ſiue obliquā.vt ſi diceret teſtator.volo ℘ hæres reſtituat hęreditatē meam tali,vel ℘ prælegatū,quod ei reliqui de tertio & quinto bonorū meorum. vel quòd faciat talē hæredem,prout colligitur in. l. nā quod in fine. & in.l. cogi.in principio.ff.ad trebellia.iuncta.l.11.titu.4.ſexta partita. inquātum loquitur in eo,quod pater reliquit filio vltra legitimam. colligitur etiā ex.l.ex facto. in principio.ff.ad trebellia. &.l.vnū ex familia. §.fi.& ex.l peto.1. &.2. reſponſo.de lega.2.&.l.hoc modo.de lega.1. ℣ Iſtud etiam,vt ſupra dixi,procedit in legatis & fideicōmiſsis.putà teſtator dicat.lego titio fundum,& iubeo illum reſtituat tali.& iſta non dicitur propriè ſubſtitutio , attamen eſt quoddam fideicōmiſſum.

tenet

tenet Bal. & Pau. de cà. Sali. & alij in. d. rubrica. C. de impube. & aliis. glo. notanda in rubrica. ff. eo.

De ſubſtitutiõe directa.

¶ Sed ſi verba non requirũt alterius miniſteriũ, imò per ea teſtator dirigit in ſubſtitutum ſine miniſterio alterius, illa denotant directã ſubſtitutionem. vt ſupra dixi. ſi diceret teſtator. hęres eſto. vel illum ſubſtituo. vel illum hæredem facio. aut hæreditatẽ illi relinquo. vel volo ꝙ hæreditas mea vadat ſeu cadat in illum. vel perueniat in illum aut ꝙ ille ſit dominus hæreditatis meæ. vel alia ſimilia verba, vt colligitur inſti. de vulg. & pupi. ſubſti. & ex. l. quoniã. C. de teſta. & l. his verbis. ff. de hære. inſtituẽ. Barto. in. l. i. in principio. 3. col. verſi. vlterius quæro quibus verbis fiat. ff. de vulga. & pupil. Bald. in. l. fina. 4. col. verſi. nunc aliqua. C. de ſacroſan. eccle. ▽ Dicitur etiam ſubſtitutio directa, quando verba diriguntur ab ſubſtitutum. vt titium ſubſtituo. ſed fideicõmiſſaria dirigitur ab inteſtato ad ſubſtitutum. vt grauo hæredem, ꝙ reſtituat titio. vt per Bal. in. l. eam quam. 5. col. ver. modo procedo vlterius. C. de fideicõmiſ. & vide Bal. in. l. fi. 10. opp. C. de hæredibus inſti. vbi dicit, ꝙ ſubſtitutio fideicommiſſaria debet fieri verbis expreſsis, aliàs non valet. ſed vide ibi per eum. & tene quod dicit.

Subſtitutio quibus modis fiat.

▽ Et nota, ꝙ ſubſtitutio poteſt fieri duobus modis, ſcilicet, ſi hæres non erit. vel ſi hæres nõ potuerit. vt per Bal. in. l. cum proponas. 1. co. C. de hæredibus inſtituendis. ▽ Sed fideicõmiſſaria ſubſtitutio poteſt fieri verbis negatiuis. vt. l. qui filium. in princi. ff. ad trebellia. tenet Bald. in. d. l. oppo. fi. verſi. ſic ſubſtitutio. C. de hære. inſti. ▽ Si tamen ſubſtitutio eſt dubia, tunc erit dicendum, ꝙ aut teſtator dirigit verba hęredi, vel legatario, ipſum grauando, & intelligitur fideicõmiſſaria. per. d. l. qui filium. in principio. & d. l. ex facto. ff. ad trebellia. ▽ Aut dirigit verba ipſi ſubſtituto, & tũc interpretatur directa. vt. d. l. fina. notatur in. d. l. eam quam. C. de fideicõmi. ▽ De his verò ſubſtitutionibus, & de aliis, vide ad plenum. titu. 5. ſexta partita. & per glo. in. d. rubrica. ff. de impu. & aliis. & inſti. de vulga. & pupi. per totum. per textũ. glo. & doct. in. c. ſi pater. de teſta. lib. 6. & in. cap. rainuncius. eodem titu. volumine decreta. & quia materia eſt lõga, quocunq; ibis, inuenies eam.

Adde. Vel aliter & clarius quo ad omnia ſupradicta pono exemplum pro inuenibus. teſtator inſtituit filium ſuũ hæredem, & caſu, quo moriatur ſine liberis, bona ſua dentur pauperibus. talis ſubſtitutio eſt fideicõmiſſaria. tenent Bar. Bal. Ange. & Io. de Imo. in. l. centurio. ff. de vulga & pupi. ſubſ. per. l. cohæredi. §. 35 cum filiæ. ff. eodem titulo. ▽ Item quia per † verbum, detur, ſit ſubſtitutio obliqua, & legatum obliquum. per. l. fundi trebatiani. ff. de vſufru. lega. Idem tenet Ange. in. §. fi. inſti. de pupi. ſub. Bal. & Salice. in. d. l. precibus. C. de impube. & aliis ſubſ. ▽ Secus ſi dediſſet executores, nam tunc hæredes erunt directi. per. c. cum tibi. de teſta. cum ibi notatis per Inno. & docto. vt tenet Bar. in. d. l. centurio. Pau. de caſt. conſi. 199. 2. col. Ange. in. d. §. fin. ▽ Verum tamẽ eſt, ꝙ Ioan. de Imo. in. d. l. centurio. Salice. & Bald. in. d. l. precibus. tenẽt ꝙ hoc ſecũdo caſu, videlicet, quando dedit executores, per quos diſtribuãtur, vel dentur, nõ poſsit eſſe directa propter regulã, quæ habet, ꝙ ſubſtitutio facta per verba obliqua eſt fideicõmiſſaria. Et certum eſt, ꝙ verbũ, detur, eſt verbũ obliquũ, quia ſonat, ꝙ d manu alterius accipiat. vt. d. l. fundi trebatiani. ff. de vſuf. legato. ▽ Et reſpõdet dictis Ioan. de Imo. in. d. l. centurio. §. ſinautem eſt facta per verba obliqua. & Ange. in tract. de teſta. in glo. & ſi omnes eius filij. & Bal. in. d. l. precibus. in ver. ſequẽs quæſtio. & quotidiana. & Sali. in eadẽ. l. ver. quæro nũc ab extra. ad motiua Bart. per ipſum poſita in. d. l. centurio. Ange. in. d. tracta. dicit in glo. prædicta. ꝙ conſiderata mente teſtatoris opinio Ioan. de Imo. eſt verior: ſed de ſubtilitate iuris dicta opinio Barto. eſt verior per ſuas rationes. ▽ Sed idem Ange. in. d. §. finali. inſti. de pupi. ſubſtitu. dicit, quòd de ſubtilitate iuris dicta opinio Bal. Salice. & Ioã. de Imol. ſit tolerata: tamen in actu practico in conſulẽdo & iudicando ſeruaretur opinio Bart. ideo dicit illam mẽti tenendã. & tu illã tene propter autoritatẽ Bar. & propter rationes, quas ipſe allegat. & ibi plenè in additione. 5. co. ver. ſed quid ſi teſtator. ſuper illa particula. ſit fideicõmiſſaria. vbi plenè.

h ¶ Sus deſcẽdientes. Nota, ꝙ quẽadmodũ in inſtitutione & ſubſtitutione facta in parte legitima hęreditatis eſt prima & potẽtior cauſa filiorum & aliorũ deſcẽdentiũ. vt. l. 6. ſupra. vbi dixi. & auth. in ſucceſsione. in prin. & ibi doc. & Bal. C. de legi. hære. & hoc tã ſucceſsione ex teſtamẽto, quàm ab inteſtato, ſiue per ſtatutũ, vel contractũ, vel per conſuetudinẽ. vt per Bal. in. d. auth. in ſucceſsione. & in l. pater. ver. filio. ff. de iniuſto. teſta. Ita in ſubſtitutione facta de tertio bonorum eſt prima & potentior cauſa filiorũ & aliorum deſcẽdentiũ: vt eis ſtãtibus non poſsit relinqui aſcendẽtibus, collateralibus, vel extraneis, vt ſequitur in. l. iſta. ¶ Et not. ꝙ melioratio in tertio & legitima æquiparantur in hoc, quia ſicut legitima hęreditatis non poteſt aliis relinqui ſtantibus filiis vel deſcendẽtibus. vt. l. 17. titu. 1. ſexta parti. cum ſimi. ita nec melioratio in tertio per iſtam legẽ. ▽ Iſtud etiã voluit tenere Io. de Imo. poſt Bar. in. l. 1. §. fi. vlti. q. & ibi do. Alex. 1. co. cum aliis per eum additis. ff. de vulga. & pu. ſubſ. doc. in. l. cohæredi. §. cum filiæ. eo. titu. & in. l. ex tribus. & ibi Bar. C. de inoffi. teſta. Bal. in. l. humanitatis 15. co. C. d impub. & aliis. ▽ Subſtitui enim poſt filiũ in legitima. ſ. de legitimo hærede. ſecundũ Io. 36 de Imo. nõ de extraneo. ▽ Erit igitur practica, ꝙ † ſi melioratio in tertio relinquitur deſcendẽti, poteſt ei ſubſtitui alius de linea deſcendenti: & ſi deſcendens non ſtat, poteſt ſubſtitui aliquis de aſcenden

tibus; & eis non ſtantibus, aliquis de cognatione, vel extraneus in eorũ defectu. ¶ Et nota, q̃ ordo iſte nec prætermitti, nec alterari poteſt, ſed vſq; ad vnguẽ ſeruari, aliàs nihil agitur. vt ſequitur in. l. iſta. Vel dic aliter. q̃ ſicut prẽlegatum in tertio nõ poteſt principaliter relinqui aſcendentibus ſi ſtant deſcendentes, neq; extraneis. vt. l. 9. titulo delas mãdas. fo ro legũ. cum ſimi. ita nec ſecũdariò per modum ſubſtitutionis. ratio quia q̃ vna via prohibetur. vt eſt regula iuris. ¶ Oppo. cõtra iſtam partem. & videtur q̃ prælegatum in tertio poteſt relinqui aſcendentibus, etiã ſi ſtant deſcendentes. quia ſi omnes leges mundi per contaberis, non videtur prohibere: ergo videtur permittere. quia quod nõ prohibetur fieri permittitur. regula iuris eſt. ¶ So. maior negatur, quia ſi bene põderatur tex. in. l. 9. titu. delas mandas. fo. legũ. in fine hoc dicit. ¶ Ad cuius intellectum vt bene hoc percipias ex ea, prẽmitte, q̃ lex prohibitiua in nullo videtur permittere, niſi in caſibus in iure permiſsis. tenet Bald. in auth. cui relictum. 3. colu. C. de indi. vidui. to. verſi. 6. nota. ſed. d. l. 60. dicit q̃ nullus poſsit meliorare aliquem in tertio, præter filios, & alios deſcendentes.

Adde De quo eſt bonus tex. in. l. ſi non licet habitatoribus metrochomiæ. lib. 11. tenet Bar. in. l. ſi domus. §. fi. in fi. de lega. 1. & in. l. ſi mihi. & titio. ff. de verb. obli.

i ¶ Legitimos. Not. q̃. l. iſta ſtrictè loquitur de legitimis deſcendẽtibus. vt ſunt filij, nepotes, & pronepotes &c. & ita loquitur. l. vnica. in §. extraneũ. C. de rei vxo. ac. licet aliàs dicat. d. l. 1. de impo. lucra. diſ. li. 10. & ibi Bar. in. 2. nota q̃ extraneus dicitur omnis ille, qui nõ eſt d̃ aſcẽdẽtib⁹: ſed largo modo omnes qui vocãtur ad ſucceſsionẽ ex. l. 12. tabula. vt ſunt agnati, & cognati, dicuntur legitimi. vt per Bal. & alios ſuper rubrica vnde legitimi. C.

k ¶ A falta. ſ. legitimorũ deſcendentiũ poſſunt ſi lij vel nepotes illigitimi in tertio ſubſtitui. intellige de illegitimis, qui poſſunt hęredes inſtitui, vt ſunt naturales. de quib⁹ loquitur. l. 9. & 10. ſupra. ij verò habẽt ius ſuccedendi in bonis maternis ex teſtamento, & ab inteſtato, excluſis aſcendẽtibus. vt ibi. & ſicut ij debent inſtitui in legitima, ita debẽt in tertio ſubſtitui, ſi in eo fiat ſubſtitutio à teſtatore. Qũ. ¶ Sed quæro. pater in defectum legitimorum deſcendentium meliorauit vnum de filiis naturalibus in tertio bonorum ſuorum, nunquid poſsit naturalibus ſubſtituere aſcendentes legitimos. Videtur quòd ſic. quia naturales non habent ius ſuccedendi in bonis patris. per. d. l. 1. ſed tene quod dicitur in. l. iſta infra.

14 duos filios,& ex vno filiorũ duos nepotes, vtrunq; filiorum iurare fecit in ſui præſentia,quòd poſt mortem ipſius vſq; ad decem annos non diuiderent hæreditatem paternam:poſt lapſum verò decẽnij ſi vellẽt poſsint diuidere quandocũq;.& per hoc iuramentum præcauere voluit identitatem hæreditatis, ne diuiſa videlicet dilaberetur. mortuus eſt pater.vnus filiorum videlicet pater nepotum factus eſt monachus & confeſſus.vel quia naturaliter deceſſit.ali⁹ de nouo incepit habere guerras ratione quarum hæreditas pro indiuiſo poſſeſſa per rapinas & per incendia quotidie deuaſtatur & magis deuaſtari in poſterum dubium non exiſtit.nepotes petunt hereditatem diuidi nolentes partem ſuam ratione patrui deuaſtari. patruus conſentit, dum tamen non obſtet præſtitum iuramentum.quæritur quid iuris.Oldra.vbi ſupra,non obſtante iuramento cõcludit pluribus rationibus, q; hæreditas poteſt diuidi inter patruũ & nepotes. ℣Primò.quia dictum iuramentum fuit merè perſonale quãtum ad perſonas iurantium,q; ſolas perſonas iuramẽtum afficit.ita q; non tranſit ad perſonas nepotum niſi quo ad obſeruantiam obligationis prẽueniẽtis ex ipſo iuramento.vt.c.per tuas.de arbitris.ibi.dum dicit.quia iuramento ſuo ſeipſum perſonaliter non eccleſiam poterat obligare. & facit in argumentum tex.in.c. veritas.de iureiuran. ℣Secundò, quia dictum iuramentum fuit ex certa ſcientia præſtitum ſ. ne dicta hereditas diſsipare tur: & iſta fuit cauſa quæ mouit dictum patremfamilias ad inducendum filios ſuos ad præſtandum dictum iuramentum,quę cauſa nunc ceſſat, & eius effectus. ℣Imò cauſa contraria & eius effectus ſuperuenit.ſ. quòd ipſe patruus dictorum nepotum guerras ſuſcitauit intantum, q; inimici ſui propter guerras huiuſmodi dictam hereditatem multiplici ter diſsipauerunt,& diſsipant omni die. & ſic iuramentum intelligitur eſſe præſtitum,ſi eadem cauſa propter quam præſtitum fuit ſeu eius res in eodem ſtatu perſeueraret in qua erat,bene fuit iuratum. Quia non eſt veriſimile dictum patremfamilias communionem per dictum tempus voluiſſe durare,ſi ſciuiſſet,vel cogitaſſet,quòd dicta communio fuiſſet cauſa diſsipationis vel conſumptionis, vt prẽmittitur,dictę hæreditatis.vt.c.ne quis arbitretur.circa finem.22.q.2.&.l. cum quis.ff. de ſolutio. ℣Tertiò,quia dicti nepotes petunt diuidi dictam hæreditatem,& eorũ patruus,qui præſtitit dictum iuramentum, vult, & conſentit, q; diuidatur.ipſi nepotes & patruus poſſunt ſibi ad inuicem remittere iuramẽta:quia remiſſione facta abſq; metu per iurij poſſunt poſtea hæreditatem prædictam diuidere:cùm dictum iuramentum tantùm in fauorem & commodum fuerit introductum.vt.c. præterea. el.1.de ſponſa. &.c.conſuluit. de vſuris. facit quod not.Inno.in.c.prẽterea.el.2.de appellatio. ℣Tu ad de vltra Oldradum. quartam rationem & eſt.ne-
15 mo ſanę mentis ignorat,quòd † diuiſio facilius permittatur, quàm alienatio.nam ſunt diuerſa. præterea appellatione diuiſionis non venit,nec econtra.l. ſi quòd fundo.&.l. ſiue apud acta. C.de tranſactio.c. nulli. de rebus eccleſię alie. vel non. licet Bal.in.l.1.C.ſi aduer.tranſa.dicat, quòd diuiſio eſt ſpecies alienationis. ſit enim ſpecies alienationis vel non,facilius permittitur,vt dixi,diuiſio,quàm alienatio: ſed alienatio contra iuramentum de alienando,maximè iuſta cauſa vrgente,vel neceſſaria, valet ſecundum Inno.in.c.dilecto.2.col. in.ver. ſtatum.de præben.dum tamen alienatio ſit moderata. vt tenet idem Inno.in.c. dilectus. de iureiuran. & Bald.in verſi. iurauit quis. ℣Igitur ſi contra iuramentum ex iuſta cauſa vel neceſſaria poteſt res alienari, eadem ratione,& multò fortius præſtito de non diuidendo ex cauſa neceſſaria poterit diuidi. ℣Quinta ratio poteſt aſsignari,quòd ſi ex iuſta cauſa poteſt res prohibita alienari vel diuidi,vt dictum eſt ſupra, iuſta cauſa excuſat à periurio. vt. l.ſi. & ibi doctores ff. qui ſatiſda. cogan. vbi dom. Alex.ad finem.& Bal.in.l. obſeruare.§. proficiſci. 2. col.ff. de officio procon. & lega. ℣Sextò iuramentum fuit præſtitum ex certa cauſa(vt diximus) in principio quæſtionis: & tunc certum eſt,quòd ceſſante cauſa, ceſſat & iuramenum c.cum ceſſante. de appel.l. adigere.§. quanuis.ff. de iure patro. Oldra.conſilio.123. & Bald. in.l. generaliter.3. col. verſi. ex prædictis determinatur.C. de epiſ.& cle.
16 igitur.&c. ¶ Poſtremò nota,q; † iſtud nomẽ, participion,eſt nomen generis, non contractus nominatus,neq; innominatus.tenet Bar.in.l. diuiſionis.ff. de pactis. ℣Sed Bal.contra in rubrica.C. de rerum permu. vbi dicit, q; eſt contractus nominatus.per. d.l.ſi diuiſionis.vide ibi per eum.

f ¶ La dote.cõcordat.l.14.ti.delas.herẽ.fo.le.&.l. 3.ti.15.ſexta ptita.&.l.filiæ dotem.l.vt liberis.& authẽ.ex teſtamẽto.&.l.dotis.& authẽ.quod locũ.C.

de

17 de collatio. ¶ Sed quæro † qualiter debent conferri dos & donatio propter nuptias. Breuiter dic. q̃ aut loquimur in hæreditate paterna, aut extranea, puta fratrum, & aliorũ. ¶ Primo casu distingue. Aut loquimur in dote promissa tantũ, & non soluta: aut in dote promissa & soluta, & à filia ciõ ꝓpter nuptias recuperata. aut in dote promissa & soluta, & à filia non recuperata, aut in dote promissa & soluta, & a viro consumpta. ¶ Primo casu est dicendũ, q̃ dos promissa & non soluta confertur liberando, & de indemnitate promittendo. l. si pater. C. de collatio. ¶ Secundo casu fit collatio dotis re ipsa ponendo dotẽ in cõmuni. l. filiæ. la. 1. eo. ti. vel dic, q̃ imputatur in legitima filię. l. 1. §. quo à nobis. C. de rei vxo. actio. et est casus in. l. ista. ibi. la dote que ouiere recebido. ¶ Tertio casu confertur dos tantũ minus recipiẽdo de hæreditate patris, quãtum est dos. & ita loquitur. d. l. dotis. & imputatur in legitima quã habet de hæreditate patris. l. quoniã nouella. C. de inoffi. testa. & ibi doct. & Bal. in. l. iubemus. C. ad trebellia. & in authẽ. res quę. C. communia de lega. *Limita.* ¶ Quod intelligę, si dos à patre profecta datur viro. Si tamẽ pater dotem dedit tertio, vt illam traderet filiæ, & eius viro: & in potestatẽ istius tertij est cõsumpta & perdita, vel quia aliàs dos non peruenit ad filiam, vel ad generũ: filia nõ tenetur talem dotem trahere ad collationem, tãtũ minus recipiendo de hæreditate patris, sed cõsequitur integrã legitimã: quia imputari debet patri dotẽ non tradẽti filiæ, nec eius viro. argu. tex. q̃ bene ad hoc facit in. l. 13. ti. 11. quarta parti. ▽ Et. d. l. dotis. cũ authẽ. quod locum. C. de. collatio. debẽt intelligi vt supra. s. in casu, quo dos data est filiæ, vel eius viro, vt ipsa debeat dotẽ conferre, tantum minus recipiendo. & iste erit optimus intellectus ad. d. l. dotis. cum simi. ¶ Quarto casu. s. in dote promissa soluta et à viro cõsumpta: est distinguẽdum ▽ Aut mulier potest imputari, q̃ dotem non petiit: & isto casu sibi nocet. ▽ Aut non: & tũc sufficit mulieri cõferre actionẽ, licet inanẽ. vt. d. authẽ. quod locũ. ¶ Aut loqmur in dote legata à patre: & non confertur. vt. l. huiusmodi. §. cũ pater. & ibi Bar. de lega 1. tenet Bal. in. l. filiæ legatorũ. C. de le-
18 ga. ▽ Aut dos † fuit data nepti per auum, & in hoc est maxima dubitatio. nã glo. ordinaria & notãda in. l. dedit dotẽ. ff. de collatio. bono. & Bal. in. d. authẽ. ex testamẽto. pe. col. ver. tertio quęro. C. de collatio tenet q̃ non confertur. per. d. l. dedit dotem. ▽ Sed ipsemet Bal. in. l. illã. in fine. ver. modo quęro. C. de colla. tenet, q̃ cõferatur. quia ex quo imputat dotem propriã in legitima, per. d. l. quoniã nouella. ergo confert. vt. l. illud. C. de collatio. ¶ Profectò quęstio est dubia, quia iura multũ vrgẽt pro vtraq; parte. tamẽ videre meo ista lex subtiliter in ducta decidit dubium. quia dicit q̃ si filius vel filia volunt venire ad hæreditatẽ paternã, vel aliorum ascendentiũ: & sic auorum suorũ: debẽt trahere ad collationẽ dotes & donationes propter nuptias, & alias donationes receptas ab eo, de cuiꝰ hęreditate agitur. qua ꝓpter si neptis venit ad successionẽ hęreditatis, debet trahere ad collationẽ dotẽ, quam ab eo recepit. ▽ Et hoc modo intelligitur opinio. Bal. in. d. l. illum. nam tunc debet dos neptis imputari in legitimam per. d. l. quoniã nouella. & per ea, quę dicit Bald. in. l. iubemus. C. ad trebellia. & in. d. authẽ. res que. C. communia de lega. ergo confertur. ▽ Si verò neptis nõ venit ad successionẽ aui, eo q̃ pater ipsius neptis viuit: tunc non cõpellitur dotem conferre, nec in legitimã computare: quia ei legitima nõ debetur à patre viuente. vt dixi. & tenet Bal. in. d. l. si emancipati. ver. & vnum scias. & 2. col. ver. ex prę dictis nota tres cõclusiones. C. de collatio. ▽ Et isto casu intelligitur dictũ Bal. in. d. authẽ. ex testamento. per. d. l. dedit dotẽ. tunc verò dos filię nõ imputatur in portionẽ patris. s. cũ auus dotat neptẽ viuo patre ipsius: quia non videtur filio datũ, quod nepti datur. ▽ Filij verò debẽt trahere ad collationẽ quod eis reperitur datum, non quod aliis datũ est. nam si contẽplatione eorum datum esset vt hic est tex. clarus. quia dicit, q̃ filij debent trahere ad collationem dotes receptas ab eo, de cuius hæreditate agitur. tenẽt doct. in. d. authẽ. ex testamẽto signãter Ludo. Ro. ▽ Maxime quia donatio prę sumitur facta contẽplatione eius cui fit. secundum Bal. in. l. 3. C. q̃ ad liber. pro. non licet. vbi est tex. singularis secũdũ eũ in. ver. quę testamento. s. q̃ quãdo aliq̃d legatur vel relinquitur alicui, prę sumitur propria eius contẽplatione relictũ, non alterius. ¶ Quod puto locum habere in rebus donatis. ¶ Quæritur quid in dote data à fratre sorori, an debeat conferri fratribus, an imputent sibi. Bal. in. l. in principio. C. de legi. hęre. dicit, q̃ dotis collatio non fit per sororem fratri, à quo fuit dotata. ▽ Sed idẽ Bal. in. d. authẽ. ex testamento. pe. col. ver. secũdo quid si dotat. dicit, q̃ si frater dotat sororem ex vtroq; parente, nõ imputat dotẽ in legitima, neq; transfert eam fratribus, eo q̃ non fecit dolo, vel culpa, sed ductus charitate. l. cũ plures. §. fi. ff. ꝺ admi. tu. & hoc quando viuo patre dotauit sororem. Si tamẽ patre mortuo, nihil potuit facere in præiudiciũ fratrum: nisi eis consentientibus. ¶ Aduerte, quia ista quęstio pendet ex illa. si frater dotando sororem videatur dotasse de suo, an de bonis sororis. quia de suo non imputat. si de bonis sororis, imputat sorori. vt per doct. & Bal. in. l. fi. C. ꝺ dotis pro. ¶ Vlteriꝰ quęro, an iura primogenitur̃ę veniãt in collationẽ. Bal. in d. authẽ. ex testamẽto. de colla. ver. decimũoctauũ capitulũ. mouet istam quęstionem. & tenet q̃ non conferuntur, quia ea forma relinquitur, vt nõ diuidantur. nam talia iure nõ recipiũt sectionẽ, & ideo ea conferri impossibile est. argu. tex. in. l. quædam mulier.

las otras dõaciões h

mulier. ff. fami. her. &. c. licet. de voto. cui Ludo. de Ro. addit tex. in. c. imperialem. §. preterea. de prohi. feu. alie. per Fede. vſi feu. ☞ An autē. & quando tam de iure antiquo: quàm nouiſſimo habeat locum collatio: & quando non. vide plenè per Bar. Ange. & Ludo. de Ro. & alios in. d. l. ſi emancipati. & in. l. fi. C. de collatio. ¶ Vltimò quęro. in bonis parentū, de cuius ſucceſſione agitur, reperiuntur inſtrumēta emptionis fundorum, prædiorum, priuilegia, & alię quāplures ſcripturę: eſt dubium, qualiter ſcripturæ iſtę diuidātur inter hæredes. Vide tex. ſatis notandum in. l. 7. ti. 15. ſexta parti. vbi dicitur, ꝙ habens maiorē partem, debet habere priuilegia, & alias ſcripturas in depoſito, & debet facere copiam aliis fratribus, cùm opus fuerit. Sed ſi omnes ſunt in ſucceſsione æquales, debent eſſe ſcripturę penes maiorem natu, honore, & fama: aliàs ſorte determinabitur apud quem ſcripturæ remanebunt. vt ibi.

g ¶ Donacion propter nuptias. qa ſicut dos, ita donatio propter nuptias cōfertur. vt hic eſt tex. cōcor. authē. ex teſtamēto. C. de collatio. & l. 14. ti. de las heren. fo. le. & l. vt liberis. C. de collatio. tenent doct. in. l. fi. C. communia vtri. iudi. Bald. in. l. iubemus. C. ad trebellia. ¶ Sed quæro qualiter dos & donatio propter nuptias trahātur ad collationē, & quando. tex. in. d. l. 14. diſtinguit. ꝙ ſi donatio propter nuptias: vel dos data ſit à patre de bonis ipſi⁹ patris, debet cōferri, & ad collationem trahi, mortuo patre. eodem modo ſi dos vel donatio propter nuptias data ſit à matre de ſuis bonis: nā confertur inter fratres, mortua matre. ſed ſi dos vel donatio propter nuptias data eſt ab vtroque: vno tantū defuncto, medietas dotis & donationis confertur. ſi tamen agitur de ſucceſſione alterutrū, tota dos, vel donatio propter nuptias cōfertur. vt. d. l. 14. ☞ Quādo pater videatur dotare de bonis ſuis. & quando mater. & quando de bonis cōmunibus vide in. l. 3. infra & ibi dixi.

Queſtio.

h ¶ Las otras donaciones. Nota. ex iſta. l. regulā
19 generalem. ꝙ † non ſolum dos & donatio propter nuptias, ſed omnes donationes trahuntur ad collatio-
Concor. nē. concordat. l. 3. ti. 3. quinta partita & l. 3. & . 4. ti. 15. ſexta parti. & l. illud. C. de collatio. ☞ Intelligę ꝙ trahuntur ad collationem per veniētes ad ſucceſſionē. aliàs ſecus. vt hic eſt tex. notandus pro in
Falli. 1. tellectu ſupradictarum legum. ¶ Fallit primò in dote profecta à patre, quæ non confertur cùm agitur de ſucceſſione matris per. l. 14. ti. delas herē. fo.
Falli. 2. le. ¶ Secundò fallit, quando pater in teſtamēto ita dixit ne traheretur ad collationē. l. 3. ti. 15. ſexta partita. & authen. ex teſtamēto. C. de collatio. ¶ Tertiò fallit, quando filia vult eſſe dote contenta: nec
Falli. 3. vult ad collationem venire. vt eſt caſus iſtius legis & in. l. pe. quæ incipit. cauſa. C. fami. her. & l. vlti-
Falli. 4. ma. C. de collatio. do. & authen. vnde ſi parens. C.
20 de inoffi. teſta. ¶ Quartò fallit † in donatione facta filio propter merita. nam ſi merita probantur, donatio non confertur. tenet Pau. de Ca. conſilio. 122. & in. l. ſi donatione. C. de collatio. quia neque in legitima imputatur vt ibi.

Adde. ☞ Idem tenet multū plenè do. Matthę. ď Afflic. deciſio. neap. 370. nu. 15: cum ſequen. dixi in prœmio iſtarū legum ſupra in glo. ſuper parte. gracia de Dios. vbi vide. ¶ Itē quia neque venit appellatio ne donationis donatio propter ſeu remuneratoria. ſecūdū Bar. in. 1. conſtitutione. fforū. & in. l. per diuerſas. C. manda. tenet Bal. in. d. l. ſi donatione. vltima col. vbi dicunt, ꝙ donatio remuneratoria non iudicatur per regulas aliarū donationum. ¶ Facit etiam tex. in. l. aquilius regulus. ff. de donatio. vbi donatio remuneratoria, etiam ſi excedat quingentos ſolidos, valet ſine inſinuatione. & ibi hoc dicit gl. Bar. & Bal. & alij in. l. illud. C. de ſacroſan. eccle. & in. d. l. ſi donatione. 2. col. & Bal. in additio. ad Spe. tit. de donatio. ver. in eo. ¶ Hinc dicim⁹, ꝙ exceptio *Nota.* ne quis conueniatur vltra quā facere poteſt, nō habet locum in donatione remuneratoria, quanuis in aliis donationibus ſit ſecus. tenet Ange. in. l. 1. ſed hoc ita. ff. de re iudi. Ludo. Ro. conſilio. 26. do. doc. de Pala. in repe. c. per veſtras. de donatio. inter vi. & vxo. ſuper rubrica. 227. col. cum tribus ſequentibus. ¶ Tertiò ex hoc dicimus, ꝙ donatio remune *Nota.* ratoria per ingratitudinē non poteſt reuocari. tex. & ibi glo. in. l. ſi pater. §. 1. ff. de donatio. ¶ Quartò
21 † ꝙ non reuocatur per ſuperuenientiam filiorum. tenet Ange. in. l. ſi vnquam. C. de reuo. donatio: Ludo. Ro. in. d. l. ſi pater. §. 1. ff. de donatio.

22 Adde. ☞ Si verò † donatio non eſt remuneratoria, reuocatur per ſuperueniētiā filiorum per. l. ſi vnquam. C. de reuocan. dona. & l. 3. titu. 12. li. 3. foro legū. ¶ Talis enī donatio ſimplex habet tacitam conditionem, ſi donator liberos nō ſuſceperit. ideo natis liberis, donatio reuocatur ipſo iure per tex. ſingularem in. d. l. ſi vnquam. ſecundum Barto. ibi. de quo per eundē Bar. in. l. titia. §. imperator. de leg. 2. quę lex ſecundum Bald. ibi habet locum etiam in re vendita pari uo pretio. Et eſt recta conſuetudine talis conditio ſubintellecta, ſcilicet, ſi donans liberos non habuerit, in tali donatione intelligitur. quoniam non eſt veriſimile, ꝙ alienā ſucceſsionem proprię anteponat. vt. l. cū acutiſsimi. C. de fideico. l. generaliter. §. vltimo. ff. de cōditio. inſti. l. cū auus. ff. de cōdi: & de. & l. tale pactū. §. vltimo. ff. de pactis. ☞ Vnde
23 dicit Oldra. conſilio. 238. ꝙ † cùm iuramentum nō augeat obligationē, ſed ei intra ſuos limites iuramēti addat religionis vinculum. argu. tex. in. l. titia in fine. ff. ad trebellia. per ſuperuenientiam filiorum reuocatur donatio. dicit itaque Oldra. vbi ſupra. ꝙ ſicut ſimplex donatio illam tantam conditionem habet. ſ. ſi filios donās nō ſuſceperit. ſic & iuramentum tali conditione accedens. vt. l. vltima. C. de nō

nume. pe-

nume.pecu.&.c.quemadmodum. cum ibi notatis. d: iureiu.l.vltima.ff.qui ſatisda.coga.de quo plenè
Nota. Oldra. vbi ſupra & ibi in additione. ¶ Quintò. q
24 † licet bona minorum non poſſunt alienari: tamen propter remunerationē poſſunt. glo. in. l. contra iuris. §. fi. in verbo, habere, in principio. ff. de pactis. &. l. cū plures. §. cū tutor. & ibi Bar. ff. d̄ admi. tu. l. 3. & ibi docto. C. vbi pupi. educa. de. ¶ Sexto. q
25 † donatio remuneratoria etiam metu facta: bene valet. l. metum. la. 2. §. ſed licet. ff.
26 quod me. cau. ¶ Septimò. q † talis donatio remuneratoria facta inter patrē & filiū: bene valet. glo. in. d. l. ſi donatione. C. de collatio. ſed iſtud hodie non eſt ſpeciale. per. l. 17. ſupra.

27 **Adde.** ¶ Quod † procedit non ſolum ſi filius eſt legitimus: ſed etiam ſi ſit illegitimus parentes poſſunt ei relinquere vel donare vltra quintam partē bonorū in compenſationem meritorū. Ratio, quia vt dixi in proœmio ſupra. iſta non dicitur donatio propriè, ſed debiti ſolutio. quod facit. p. l. 10. ſupra. ¶ Octa
28 uò. † donatio remuneratoria cenſetur aduentitia: non profectitia. glo. in. d. l. ſi. donatione. & in authē. vnde ſi parens. C. de inoffi. teſta. & vide quod amplius ſuper hoc dixi in proœmio ſuper parte, gracia de Dios. ver. ex quo tria ſingulariter infero. ſu-
Falli. 5. pra. ¶ Quintò fallit, dicta regula: ſi pater donauit
Falli. 6. filio vt efficiatur miles. ▽ Item ſi cauſa ſtudij. vt eſt tex. in. d. l. 3. ti. 4. quinta parti. in fine. ▽ Et vltra hos caſus vide plures alios, in quibus donationes non conferuntur in glo. 1. ſupra. ¶ Et ſic habes regulā ex. l. iſta, q donationes conferuntur: ſed nō omnes.
Qō. ▽ Sed quæro pater duobus filiis vel nepotibus legauit fundum coniunctim re & verbis: ſi patre defuncto veniunt legatarij ad collationem & diuiſionem hereditatis paternæ: debeant trahere ad collationem & diuiſionem fundū legatum. tex. dicit q non in. l. 1. §. his itaq;. C. de cadu. tollen. ▽ Sed quia lōgus eſt tractatus, vide de materia iſtius legis per doct. in. d. authē. ex teſtamento. C. de collatio.

i ¶ Que ouiere recebido. Nota quia per iſta verba venientes ad ſucceſſionem debēt trahere ad collationem dotes & donationes à ſe tātum receptas, non quas alij receperunt. Propterea dixi ſupra in parte. la dote. q ſi auus viuente filio dotauit neptē: veniēte filio ad ſucceſſionem paternam non cōpellitur trahere ad collationē dotem datā nepti: quia non dicitur ei data. & filius tantummodo, confert vel imputat, quod ei datum eſt. per iſtam legē. cui adde ea quę ſuper hoc dicunt docto. latè & ſingulariter in. l. in quartam. ff. ad. l. falci. ſignanter per modernum Pau. de Monte in ſua ſolenni repe. vbi ad ſaturitatem laxauit habenas col. 87. cum ſequentibus. per Fabianum in authē. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. in repe. charta. 9. 21. col. do. doctor de Pala. in repe. c. per veſtras. de donatio. inter virum & vxo. ſuper textu. col. 372. ver. ex iſtis infertur. vbi remiſſiue ſuper hoc tranſit cum opi. ſupra dicta. ▽ Tu adde tex. & Bar. in. l. filio. ff. de conditio. & de. & in. l. ſi filiofamilias. ff. de donatio. cau. mor. & in. l. ſi. C. de vſufru. & Bal. in. l. 3. C. qui ad liber. procla. non licet. vbi dicitur, q donatio facta filio: non videtur facta patri, ſed videtur facta contemplatione illius, cui donatio fuit facta. ▽ Niſi dicatur fieri filio, vt in domo patris maneat. Itaq; ſi patri non videtur facta, ſed filio, nō tenetur pater, nec filius illam ad collationem adducere. per iſtam legem, quam nota.

ſi la tal dote o donacion fuerē inofficioſas[m] que en tal caſo mandamos que ſeā obligados los que la recibieren aſi los hijos y deſcēdiē

k ¶ De aquel. ſcilicet de cuius ſucceſſione agitur, vt ſequitur in litera. & habetur in. l. 14. titu. delas herencias. foro legum.

l ¶ Que lo puedan hazer. cōcor. l. 21. ſupra. & l. ex cauſa. C. fami. her. & l. vltima ff. de colla. do. & authē. vnde ſi parēs. C. de inoffi. teſta. ▽ Qui verò nō vult vniuerſaliter ſuccedere, non tenetur conferre. vt ibi, & hic. ¶ Ideo ſi filia vult eſſe ſua dote cōtēta, non compellitur conferre, niſi dos ſit inofficioſa, & immoderata, quia tunc confertur in eo, q eſt inofficioſa, vt infra ſequitur. ¶ Et nota, q ſi dos, vel res data in dotem euinceretur, filius hęres patris tenebitur de euictione, & ſoluet ſorori tantum de hæreditate. vt. l. creditor. §. prædiū. & ibi Bar. ff. de euictio. ¶ Si tamen res, quæ alicui hæredum obuenit in diuiſione euincatur, tenētur omnes hæredes de euictione. l. 9. ti. 15. ſexta parti. & l. ſi familiæ. C. famili. her. cum ſimi.

m ¶ Inofficioſas. concor. l. 4. ti. 15. ſexta parti. in ſi ne. & l. vna. C. de inoffi. doti. & l. 1. C. de inoffi. dona. & l. 7. in fine. ti. delas donacion. fo. le. & l. 26. in fine. ſupra. tenet Bal. latè in. d. l. 1. & in rubrica. C. de inoffi. doti. ¶ Sed qualiter dos vel donatio cognoſcatur an ſit inofficioſa, vel ne, vide infra iſta lege. in parte. y para ſe dezir.

Concor.

el matrimonio. ▽ No. caſum ſin
29 **Durante** gularem, in quo dos † immenſa vel inofficioſa mortuo patre do-
Hæc eſt noua. gloſſa.
tante reuocatur in eo, in quo excedit, etiam ſi petatur reuocari conſtante matrimonio. quod eſt mirabile. Iſta fuit opinio Nicolai de Vbaldio in ſuo trā ctatu de ſucceſſio. ab inteſta. 7. charta. fi. col. licet loquatur in dote data vel cōſtituta filię baſtardę. quā opinionem refert & ſequitur do. doctor de Pala. in repe. c.

repe.c.per veſtras.de donatio.inter virum & vxo. ſuper tex.col.348.ver.ex quo ſequitur.de quo dicto & quæſtione mentionem feci.in.l.10.in glo.ſuper parte.mas dela quinta.ſupra. ¶ Sed quia ibi breuiter pertranſiui, adde rationem, quam ponit do.doctor d Pala.vbi ſupra.Et eſt,q ſi à principio non valuit conſtitutio dotis,non potuit ex poſt facto conualeſcere.vt in regula. non firmatur. libro ſexto.cum ſimi. ¶ Nec poterit marit⁹ dicere ſe grauatum in hoc,quia imputari ei debet, ex quo dotē immenſam,vel inofficioſam recepit. debuit enim cautius negotiari. vt.c.nuper.de donatio.inter virū & vxorem. Iſtam concluſionem tenet etiam Pau. de Ca.quem ipſe allegat in.l.1.C.deinoffi.doti.vbi ſi filij per dictam donationem ſunt defraudati legitima,reſcindatur ipſa donatio per querellam inofficioſę dotis. ¶ Et licet text⁹ in.l.fi.incipiēte. ſi frau dator.§.ſi à ſocero.ff.de his qui in frau.cre. vult, q dotatio facta per patrem in fraudem creditorum, ſoluto matrimonio reuocatur.reuocatoria per creditores habet locum in hoc caſu ſecundum Pau.de Ca.in.d.l.1. ¶ Niſi diceres,q Pau.de Ca. loquitur quando pater omnia bona dediſſet in dotem filiæ, tunc non præiudicat filiis in legitima,etiam cōſtāte matrimonio.per.d.l.1. ¶ Idē dico, ſi non omnia bona dediſſet in dotem,ſed maiorem partē. ¶ Nā ſicut alienatio omnium bonorūpręſumitur in fraudem,ita & alienatio maioris partis. vt inquit Alex. in.4.volumi.conſi.158.1.col. ¶ Item dicta lex.1.loquitur,etiam ſi non totam ſubſtantiam, ſed modicam dotē dedit,vt filius poſsit reuocare,ſi eſt inofficioſa quo ad legitimam.Et ſic tenet Pau. de Caſt. in.l.1.C.de inoffici.doti.q filij poſſunt agere reuocatoria contra maritum cōſtante matrimonio, mortuo dotāte. ¶ Sed Bar.in d.l.fi.ff.de his quę in frau. credi.& Bal.in authen.ex complexu. C. de inceſt. nup. Ange.de Are.in.§.ſi res aliena.2.col. inſti. de lega.& in.§.item ſi quis in fraudem.3.col. inſti. de actionibus. Campecius in ſuo tractatu de dote.prima parte.q.48.& alij,quos refert domi. doctor de Pala.vbi ſupra.tenent contrariam opinionē. imò, q filij conſtante matrimonio non poſſunt agere cō tra maritum reuocatoria,cum habeat dotem maritus titulo oneroſo. & iſtam dicit cōmunem opinionem,quāuis do.doctor de Pala. teneat contra communem. ¶ Matthęus de afflictis deciſio.neap. 86. mouet iſtam quæſtionem, & tenet etiam communem,& nititur reſpondere ad contraria dicens, q dictus.§.ſi à ſocero. dicit, q ſoluto matrimonio poteſt agere creditor reuocatoria.itaq; non dicit conſtante matrimonio.&.l.2.C.de reuocan.his quæ in frau.credi.nihil dicit an ſoluto vel conſtante.ſed.l. 1.C.de inoffi.doti.loquitur,q creditor in legitima reuocat,ſiue conſtante,ſiue ſoluto.ſecus in aliis creditoribus,quia reuocant ſoluto matrimonio. vt dicitur in dicto.§.ſi à ſocero.& ibi Bar.& Ange.& ita intelligit Pau.de Caſt.illam legem. & idem domi. Alex.dicit.q idem tenet Raphaël fulgo.dicit tamē do.Matthæ.de Afflictis. vbi ſupra. q quidam alij de conſilio neapo.tenent contrarium per.d.§.ſi.à ſocero. Et ſic,q etiam conſtante matrimonio filij poſſunt agere reuocatoria mortuo dotante contra maritum. pro quibus facit deciſio Bal.in.d.l.1.C. de inoffi.doti.qui dicit,q tunc habet locum dicta lex. 1. quando doti permiſſa eſt donatio,putà,pactum de lucranda dote,& tunc concurrit remediū.d. l.1. cū remedio legis.hac edictali.vt dicit glo.in.d.l.1. fuit tandem concluſum per omnes de conſilio neapo. vt refert Mattheus de Afflictis vbi ſupra.q licet opinio Pau.de Caſt.ſit æqua,tamē q in contrarium militat diſpoſitio dicti.§. ſi à ſocero. ¶ Vnde dicit fuit reuocatum,q fratres conſtante matrimonio cō tra maritum non poſſunt agere de inofficioſis dotibus,ſed q ſoluto matrimonio filij recuperabunt legitimā ab hæredibus viri.per.d.§.ſi à ſocero. Et licet à principio alij domini de conſilio tenuerunt cum Pau.de Ca.poſtea putantes,q ſententia Pau. de Ca.non poterat iure fundari.per dict.§.ſi à ſocero.mutauerunt votum,& acceſſerunt ad communē vt ſupra.per eum fuit concluſum. ¶ Tu verò regni cola tene contra communem,per iſtam legem, quę in expreſſo diſponit contra communem.& per eā hodie eſt approbata opinio Pau.d Ca.de qua ſupra. Et ſic intelliges legem.101.editam in curiis de Madrid anno incarnationis domini.1534.quę ipſo iure anullat dotem in eo q eſt immenſa,vel inofficioſa.Et vltra hoc vide alias quęſtiones, quę ſup iſto paſſu dixi in. d. l. 10. in gloſſ.ſuper parte.mas dela quinta,& illud no.

30 n ¶ A tornar. Quæro circa iſtam partē † quæ ſint differentię inter conferre,& imputare. ¶ Dic primò,q hoc verbum,conferre,habet locum ex teſtamento & ab inteſtato.per tex.in authē. ex teſtamētō. C. de colla.ſecus eſt in verbo,imputare, nam nō habet locum niſi ex teſtamento.tenet Bar.in. l. papinianus.§.ſi conditioni.ff.de inoffi.teſta. ¶ Secū dò imputatio non habet locum in codicillis, quia eſt neceſſe q in aliquo æſtimetur, vt per Bal.in. d. l.papinianus.§.ſi conditioni. ¶ Tertiò,quia quandocunq; aliquis imputat:eſt periculo imputantis, vt per tex.in authen.quod locum. C.de collatio.iūctis his,quæ notantur ibi per doct.ſecus quādo cōfertur,nam tunc eſt periculū omnium:tunc enim fit collatio,& ſic fit cōmune. vt.l.1.ff.de collatio.bono.vbi per Bar. ¶ Quartò,qa illud quod imputatur,totū adiudicatur imputāti:ſecus quādo confertur,quia tūc omnib⁹ adiudicatur p cōmunnē diuiſionē. qđ oſtendit ipſametſignificatio verborum. o ¶ Inofficioſas.concor.l.7.in fine ti.delas donaciones.fo.le.&.l.4.ti.15.ſexta partita.&.l. ſancimus C.de donatio.&.l.placuit ff.de vſu. ¶ Et quanuis doct. in. d.l.1. C. de inoffi. donatio. diuerſa ſuper hoc ſenſerunt, Bald.tamen ibi.2.col verſic. opinio mea hæc eſt,tenet, q excepto caſu.l.ſi vnquā. C.de reuoca. Concor.

31 reuoca.dona.nunquã † dõatio reuocatur, niſi vſq; ad debitum bonorum ſubſidiũ. quod procedit nõ ſolum quando donatio eſt inofficioſa re tantum, ſed etiam ſi eſt inofficioſa re & conſilio.

¶ Item ſiue ſit facta liberis, ſiue extraneis. ſecundũ Iacob. But. in authen. vnde ſi parens. C. de inoffi. teſta. tenet Bar. i. l. titia. §. imperator. de lega. 2. & facit. l. 1. C. de inoffi. donati. quæ opi. hodie apparet per iſtam. l. approbata. ¶ Sed quæro.

32 plures † donationes factæ ſunt inualidæ à principio, & eodem tempore confirmatę, putà, per mortem: vt habetur in. l. 17. ſupra. quæ reuocãtur pro rata, vt hic. quid ſi fuerunt validæ, an reuocentur pro rata. Tene q̃ non, ſed vltima tantum, quia illa fuit inofficioſa. ſecũdũ Bar. poſt glo. in. d. l. 1. C. de inoffi. donatio. & in. d. l. titia. §. imperator. de lega. 2. eſt hodie tex. nota. in. l. 26. ſupra. in partẽ. que a el ni a otro pueda mejorar. Vult enim, q̃ ſi pater meliorauit vnum de filiis ſuis in tertio & quinto bonorum ſuorum, quod poſtea ipſum, neque alios poterit meliorare, & ſic donare.

p ¶ De ſu legitima. concor. l. 26. ſupra. & ex his duabus legibus patet, q̃ donatarius in tertio & quinto extrahit de hæreditate: aliàs de bonis defuncti tertium & quintum & ſuperlegitimam.

q ¶ Quando hizo la. Nota, q̃ donatio vt dicatur valida, vel inualida, inſpicitur tempus, in quo fuit facta. Si verò ex tunc non tenuit: tractu temporis non confirmatur. vt in regula. non confirmatur. de regu. iu. li. 6. & l. quod ab initio. ff. eo. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verbo. obliga.

r ¶ Quiſiere eſcoger. Nota. textum ſingularẽ. q̃ vt dos dicatur immenſa vel inofficioſa, inſpicitur tẽpus, in quo fuit conſtituta, vel promiſſa: vel tempus mortis conſtituentis dotem, prout eſt vtilis filię dotatæ, aut eius viro, vel ſuis hęredibus. quod eſt ſecus

33 in aliis donationibus. vt in tex. ¶ Eſt enim † ſingulare priuilegiũ dotis, quãuis Bal. & nonnulli alij ſentiant tempus cõſtitutionis, vel conceſſionis, debere attendi. vt plenè recitat do. doctor de Pala. in repe. c. per veſtras. de donatio. inter vi. & vxor. 332. col. §. pulchrum eſt videre in. ¶ Hinc dicit Bal. notanter in. l. fi. & ibi Barto. C. de iure do. q̃ appellatione donationis ſimpliciter non venit dos, neq; donatio propter nuptias, niſi fiat de eis ſpecialis mentio. quod eſt aliud & ſingulare priuilegiũ dotis. ¶ Nota aliud non minus ſingulare priuilegiũ

34 dotis, quod notanter poteſt colligi ex. l. iſta. vt † non ſolum diſpoſitio ipſius habeat locum in dote ſoluta, ſed etiã in dote promiſſa tantũ. quod patet ex his verbis. que dio. o prometio. & eſt tex. in. l. fi. ff. ad. l. falci. & in. l. cum quæſtionis. ff. de acqui. hære. & l. fi. C. ſo. ma. & in. l. de diuiſiõe. ff. ſo. ma. & l. vna §. accedit. iũcta glo. C. đ rei vxo. actio. ¶ Ex quibus pluribus poteſt inferri, q̃ ſi cauetur ſtatuto, vt in certis caſibus marit⁹ lucretur dotem vxoris, debet intelligi nõ ſolum de dote data, ſed etiam de dote promiſſa. glo. eſt de hoc notanda in. l. ſi donatur⁹. in verbo, dũtaxat. ff. de conditio. ob cauſam. quam pro ſingulari cõmendat ibi Pau. de Ca. & Alex. & pro hoc facit tex. in. l. ex morte. C. de pactis conuẽ. ibi dũ dicit tex. dotẽ dederit vel promiſerit. & ibi, tẽpore oblationis vel promiſſionis, quem tex. pro ſingulari allegat Francis. de are. in. l. 1. ff. ſo. ma. eſt glo. in. l. mulier. iuncto tex. glo. 1. ff. de conditio. inſti. quam glo. reputat ſingularem Iaſ. in. d. l. 15. co.

¶ An diſpoſitio authen. prętera. C. vnde vir & vx. & quę ibi dicũt doct. habeat locũ in caſu ꝓpoſito. & quid in ſponſa de prę ſẽti, vide dom. Felinũ in rubrica đ ſponſa. & quod dixi. in. l. 6. ſupra in glo. ſuper parte, en todos ſus bienes. ¶ Eſt aliud non minus ſingulare priuilegium dotis, vt non ſolum bona mariti ſint tacitè obligata pro dote ſoluta, ſed etiam pro dote tantum promiſſa. tex. eſt ſatis notandus in. l. 1. in. §. & vt plenius ibi, dotes dederint vel promiſerint. C. de rei vxo. actio. & bene ad hoc facit gloſſ. ſingularis in. l. ſi ſponſalibus. ff. de iure doti. quæ notant docto. in. l. aſſiduis. C. qui potio. in pigno. ha. vbi dicunt, quòd dotis priuilegia competunt etiam ante contractum matrimonium, & ſic competunt etiam ſponſæ. ¶ Aduerte, quia licet vera ſit diſpoſitio text. in dicta. l. 1. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. intelligo tamen eam in caſu, quo maritus poſt promiſſionem dotem recepit, quia tunc bona mariti erant obligata pro dote tempore promiſſionis.

Priuilegia dotis

Adde.

Nota.

caſo q̃ la dio podia hazer la dicha mejoria quãdo hizo la dicha donaciõ o dio la dicha dote auiendo cõſideraciõ al valor đlos bienes đl q̃ dio o prometio la dicha dote al tiẽpo que la dicha dote fue cõſtituida o mãdada o al tiẽpo dela muerte đl que dio la dicha dote o la prometio dos mas q̃siere eſcoger aquel a quiẽ fue ladi tes ẽlo que toca alas donaciões: como las hijas y ſus maridos ẽlo que toca alas dotes: pueſto q̃ ſea durãte el matrimonio a tornar a los otros herederos del teſtador aquello en q̃ſon inoficioſas paraque lo partã étre ſi. ¶ Y para ſe đzir la tal dote inoficioſa ſe mire a lo que excede de ſu legitima y tercio y quinto de mejoria ẽ

missionis. si tñ dos nũquã fuit viro soluta, licet promissa fuisset, bona ipsi⁹ nõ erũt obligata p dote. & hoc p rationẽ tex. in. l. 13. ti. 11. quarta pti. vbi dicit, q tũc maritus tenetur pro dote, quãdo dotẽ recepit, non aliàs. qđ nota ppetuò ad intellectũ. d. l. 1. §. & vt pleni⁹. C. de rei vxor. actio. ¶ Nota etiam, q pro debito vxoris non fit missio in bonis, nisi in casibus, q ponũtur in. l. quinq;. ff. de bonis dã. gl. ett nota. in. d. l. quinque. vbi per Bar. ¶ Itẽ no

cha dote prometida o mandada. ¶ Pero las otras donaciones que se hizieren a los hijos mandamos que para se dezir

35 ta, q † licet vsuræ sint prohibitæ de iure diuino, vt habetur per totum titulũ de vsuris. fallit in causa dotis, in qua pater potest promittere vsuras. iuxta formam tex. in. c. salubriter. de vsu. ¶ Vnum tamen quo ad illum tex. est menti tenendũ, q si maritus viuus petiit vsuras dotis sibi debitæ & dilatę, ita q passus fuerat maximã morã, q postea mortuo marito non poterunt hæredes mariti petere vsuras dotis, licet hæres & defunctus censeantur vna & eadẽ persona. vt in authen. de iure iu. amo. præsti. §. 1 collatio. 5. Ista est doctrina Bar. valde singularis in. l. vir vsuras. ff. de donatio. inter vi. & vxo. & est ratio secundũ eum, quia moriendo videtur remisisse vsuras. Est etiam elegans consilium Bald. 156. incip. in christi nomine. post biennium. vbi allegat textũ singularem in. l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsuris. commendat Sali. in. d. l. vir vsuras. & Angel. in. §. fuerat. insti. de actio. quos refert & sequitur Fran. cremẽ. consilio suo. 5.

Adde ¶ Ad idẽ do. doctor de Pala. in repe. c. vestras. de donatio. inter vi. & vxo. super tex. col. 452. ver. octauo infer-

36 tur. dicit, q † quando socer obligat seu hypothecat genero possessionem aliquam pro dote filiæ, licitè gener percipit fructus illius possessionis, donec sibi dos soluatur, tunc tenetur illos in sortem computare. vt est casus vnicus & singularis in. c. salubriter. ad quem per omnes tam legistas quàm canonistas habetur recursus de vsuris. ¶ Quod dicit procedere etiam in spon so, qui nutrit & alimentat spõsam. vt est glo. valde notabilis in. l. 2. C. đ dotis promi. de quo plenè do. doctor de Pala. vbi supra. quẽ vide, quia notanter loquitur. ¶ Et ex his habes, q

37 † maritus, vel sponsus possunt petere à socero vsuras sibi promissas, sed eorum hæredes petere non

38 possunt. ¶ Et amplius tene quòd, † si maritus vel sponsus ipsas non petunt vsuras intra decẽniũ à tempore promissionis, illas videntur remittere. conclusio est do. Ioan. Francisci balbi in suo tracta. præsc. prima parte tertiæ partis principalis. foli. 9. num. ro. 28. &. 4. parte quartæ partis principalis quæstione. 33. nume. 12. Bertachinus in suo repertorio super parte vsura. verbicul. 119. ¶ Sed quia doct. signãter Bar. Paul. Alex. & Ia. in. d. l. 1. ff. soluma. ponũt multa priuilegia dotis, remitto ad eaq; ipsi notanter & plenè dicunt. ¶ Sed quæro. dicitur hic, q fauore dotis datur electio viro, vel ei⁹ vxori in collatione bonorũ: si disputatur an dos sit immẽsa vel inofficiosa, q habeatur consideratio ad tẽpus constitutionis dotis, vel ad tẽpus quo fuit soluta dos, vel ad tẽp⁹ quod promittens fuit vita functus: est dubium,

inofficiosas que aya consideracion a lo q̃ los dichos bienes del donador valieren al tiempo de su muerte.⁵

si vir vel vxor eligũt iuxta formam istius legis, possunt postea pœnitere. textus dicit q non in. l. 25. ti. 9. sexta parti. quẽ nota. de quo dixi in. l. 52. infra.

39 Adde. ¶ Est etiam aliud singulare priuilegium dotis, q † quando dilatio datur à lege ad soluẽdum, prout est in dote. vt dicit. l. vnica. in. §. exactio. C. de rei vxo. actio. creditor potest agere ante diem, vt aduenientẽ die condẽnetur ad soluendũ dotem. pro quo bene facit dictum Barto. in. l. ita stipulatus. 1. &. 2. q. ff. de verbo. obli. de quo plenè Matthæ. de Affli. c. deci. neapo. 279. per totam decisionem. signanter. nu. 5. vbi vide. quia pro & cõtra notãter loquitur. ¶ Est aliud priuilegium multum singulare. fundus dotalis nõ potest alienari propter inhibitionẽ legis Iuliæ, vt habetur in toto titulo. ff. de fundo dotali. quid autẽ

40 in vidua † dubium est, an desinit esse dotalis, vel an ille enim fundus habeat priuilegium fundi dotalis. Casus est, qui fortè non est alibi in. l. etiam dirupto. ff. de fundo dotali. secundũ Franciscum cremensem singulari suo. 169. tenet Bal. in. l. 1. in fine. C. vnde vir & vx. Pau. de cast. in rubri. C. solu. matrimo. Bal. in. l. 1. C. fine vel reliquis.

5 ¶ De su muerte. concor. l. 19 &. 23. supra.

Adde. Sed quo ad istam legem, & quo ad omnia, quæ super ea dicuntur, formo vnam quæstionẽ, quę mihi videtur sæ

41 penumero in practica. ¶ Filia † habuit in dotẽ certa bona mobilia inęstimata quæ vsu consumuntur, & sic debent restitui soluto matrimonio, prout inueniũtur. vt dicit lex. 21. cum aliis ti. 11. 4. parti. mortuo patre ab intestato, vult succedere ei vnà cum aliis fratribus suis. dicũt fratres vel sorores, tu non potes succedere, quia non potes dotẽ, quam habuisti cõferre. nã dos tua est cõsumpta, quæritur quid iuris. Et videtur q soror ista debet dotẽ adducere ad collationẽ, eo modo quo dotem recepit: quia in collatiõe, aliàs in materia collationũ, æqualitas est seruãda. vt patet per totũ titulum. C. de collationibus. & in. l. ista. ¶ In contrarium est veritas. Imò si bona mobilia sunt cõsumpta nõ dolo vel culpa cõiugũ, ista soror debet admitti ad successionẽ, etiã si

dicta bona non poſſent cõferri. per tex. in. l. 2. §. de illis. ff. de colla. bono. pro quo bene facit, qd notatur in authen. quod locũ. C. de colla. in. ver. his ceſſantibus. Et accedat ad hoc illud, qd dicitur, q̃ ſi debet fieri reſtitutio dotis, & maritus non eſt ſoluendo, & dos debet cõferri, ſolum debet cõferri illud, quod maritus ſoluere poteſt. vt in. l. i. §. cũ dos. ff. de collatione dotis. licet hodie per dictam authẽ. quod locũ. cõfert ſolum actionem ad dotẽ, licet inanem. ☞ Propterea dicũt doc. in. l. illud. C. de colla.

42 maximè Pau. de Ca. q̃ † libri conferuntur, put ſũt tempore mortis patris, & non prout ſunt empti.

43 ☞ Item † in collatione veniunt bona prout reperiuntur tẽpore mortis, & non ea, quæ ſunt cõſumpta. ſecundũ Bal. & Ange. in. l. ea demũ. C. de colla. ☞ Idẽ Bal. in authẽ. ex teſtamento. ver. 15. & 16. eodẽ ti. de collatio. ☞ Nec obſtat, vt ſupra dixi, q̃ equalitas in materia iſta collationis debet attendi: quia intelligitur, ſi bona reperiũtur tẽpore mortis defũcti: ſed ſi ſunt cõſumpta ſine dolo & culpa, ceſſat collatio, & admittitur ſoror ad collationem. vt in. d. §. de illis. & d. l. ea demũ. ☞ Aliud eſſet quando bona data in dotẽ, eſſent æſtimata, quia tunc pretium debet reſtitui. vt. d. l. 21. titu. 11 quarta partita. & l. quotiens. & l. inter virum. & l. ſi cum dotem. C. de iure do. notatur in. l. æſtimatæ. ff. ſolu. matrimonio.

Ley. xxx.

L A cera y miſſas [t] y gaſtos [v] del enterramiẽto ſe ſaquen con las otras mandas graciosas [x] del quinto [y] de la

Summarium.

1 *Cerei funerarij, an debeant extrahi de quinto bonorum, an de corpore hæreditatis.*

2 *Cerei funerarij, qui ſuperſunt finito officio, an debeantur eccleſiæ, vbi corpus ſepelitur.*

3 *Monachi, an, & quando poſſunt ingredi proceſsionaliter cum cruce in alienam parechiam portando defuncti corpus, inuito rectore.*

4 *Tranſire, an, & quando licet per agrũ, vel parechiam alienã.*

5 *Tranſire, an, & quando poſsit quis per agrum alienum.*

6 *Miſſæ quot poſſunt celebrari vna die per ſacerdotem.*

7 *Miſſa incepta per vnũ ſacerdotem, an poſsit per alium perfici.*

8 *Miſſa vbi debet celebrari.*

9 *Miſſa, an ſit de ſubſtantia conſecrationis. Et cum dicitur, an poſsit quis legere epiſtolam & euangelium.*

10 *Miſſa, an poſsit audiri à clerico fornicario, vel ſimoniaco.*

11 *Sumptus funeris qui ſint.*

12 *Veſtes lugubres quibus perſonis debent dari.*

13 *Expenſæ funeris ſi prohibentur fieri, an repetantur.*

14 *Expenſæ funeris, an ſint præſidium animæ.*

15 *Sepultura an deneganda debitoribus.*

16 *Maritus pauper, qui habet quartam partem dotis, an debeat ſoluere ſumptus funeris, vel econtra.*

17 *Expenſæ funeris, an poſſint extrahi de hæreditate prius debita.*

18 *Expenſæ funeris à quo debeant ſolui.*

LA cera. Iſta. l. eſt breuis, ideo nõ ſummatur. poteſt tamẽ ex ea notari per modũ ſummę, q̃ cerei funerarij, miſſę, & ſumptus funeris, extrahũtur de quinto cũ aliis donationib⁹ gratioſis, nõ de corpore hæreditatis, licet teſtator iubeat contrarium.

☞ Habes igitur ex. l. iſta, q̃ † melioratus in quinto, debet ponere cereos funeris d̃ quinto. ☞ Et nota circa hoc ſingulare dict. Bal. in. l. vni. in. §. ſed & qui

2 dñi. in fine. C. de lati. liber. to. quòd † illud, quod ſupereſt ex cereis finito officio, debet eccleſię, in qua cadauer ſepelitur. ſed de conſuetudine nõ ſeruatur.

Adde. Aduerte, quia Bald. in. d. §. ſed & qui dñi. in ver. item ad cereos. hoc nõ firmat, nec ibi Alex. in additio. ſed dicit qd hoc decideret ſecundũ cõſuetudinẽ regionis. ar. l. excepto. C. loca. Idẽ dicit Bald. vbi ſupra habere locũ in equis ductis ad ſepulturam militis, q̃ debẽt remanere eccleſię pro ſepultura. qd intellige vt ſupra. Sed ego vidi ſic accidiſſe in deceſſu Marchionis de Cogolludo, filij ducis Mutinę cæli, qui fuit duct⁹ in monaſteriũ ſanctę marię d̃ Horta, ordinis ciſterciẽſis: & multi cũ curru, in quo fuit ductus, remãſerũt monaſterio anno dñi. 1503. & q̃ multi, in quib⁹ deferebatur, erãt valde magni valoris, fuerũt ꝑpe monaſteriũ alij minoris valoris locorũ illorũ ſubrogati. Parochiani alicuius eccleſiæ prę̃cipiunt ſepeliri in monaſterio, in quo habẽt ſepulcra maiorum ſuorũ, & eſt monaſteriũ extra parochiã vel ciuitatem, quæritur † an fratres vel monachi illius

3 monaſterij poſsint proceſsionaliter ingredi ciuitatẽ vel parochiã inuito rectore ad portandũ corpus eius, qui apud eos elegit ſepulturam. Et pro vtraq; parte ſunt allegationes, quas refert Oldra. cõſi. ſuo: 82. quarũ vna, quæ ad omnes generaliter ſe extendit, hic interſerui. & eſt, quia non debet quis alienã parochiã ingredi ad aliquod diuinũ officium exercendum, vel ibi aliquid diſponendũ contra voluntatẽ epiſcopi vel rectoris. vt. c. epiſcopi. 7. q. 1. & c. nullus. 19. q. 2. ☞ Sicut dicimus † pertrãſire per agrũ

4 alienũ ius non eſt. vt habetur. 1. di. in principio. & Pe. de bella pertica. inſti. de iure perſo. 7. col. verſi. quare dico & ſi rẽ per agrũ alteri⁹ ſibi teneor actione iniuriarũ. vt. l. iniuriarũ. §. ſi quis. ff. de iniuriis. ☞ Maximè vbi trãſitus domino noxi⁹. vt notatur in. d. c. nullus. & in vlti. 23. q. 2. ☞ Propterea dicit Oldra. vbi ſupra, q̃ ingredi nõ poſſunt ſine licẽtia epiſcopi vel rectoris. & ſi fratres vel monachi aliter ſe haberẽt, dicit, q̃ poſſet rector eis crucẽ auferre. per. c. cũ ad ſedẽ. de reſtitutione ſpo. vbi epiſcop⁹ abſtulit crucẽ hoſpitalariis. nec videt rector in hoc eis iniuriã facere, ex quo ius ſuũ deſẽdit. vt ibi. ☞ Hodie tũ ſuper hoc ipſi monachi & fratres in ſuo mare magno habẽt bullam apoſtolicã, per quã Six-

tus

tus papa quart⁹ anno dñi. 1474. p̄cepit fratrib⁹, ne in grediātur alienā parochiā, præterquā ſi rectores nolūt portare defunctū in monaſterio, in quo p̄cepit ſepeliri. & incipit p̄dicta bulla apoſtolica. Regimini vniuerſalis eccleſiæ. &c. ☞ An † aūt, & qñ licet tranſire p agrū alienū, Teneas q̄ regulariter nō licet trāſire p agrū alienū. p. l. diuus. ff. de ſerui. ruſti. prædio. ☞ Fallit ſex caſib⁹, quos ponit gl. magiſtra. & ordinaria in. c. hūmanū. §. oēs. 1. di. Quib⁹ do. Abb. & ibi felin⁹. 6. col. in fine addūt aliū caſū, de quo in. c. fi. q̄ īcipit. nōdū. 23. q. 2. ſ. qñ ſubeſt cauſa iuſta & neceſſaria tranſeūdi, tranſit⁹ eſt innoxi⁹. Et hoc dicit Bar. in. l. ſoluto. 3. co. in. ver. ad hui⁹ aūt p illū tex. & ibi Alex. 2. co. ī prī. & pe. co. in fine. & fi. co. in prin. ff. ſolu. ma. qđ tibi nō nocet, & mihi p̄deſt illud facere teneris. ☞ Hinc dicit gl. & ibi Bar. in. l. ſi cui. in gl. fi. ff. de ſeruitu. (vz) q̄ dñs fūdi, in quo debetur mihi ſeruit⁹, pōt eā mutare, & in alio loco cōſtituere, ſi mihi nō nocet. Hic eſt, q̄ ſi negatur tranſitus in caſu dicti. c. fi. 22. q. 2. iuſte infertur bellum, ſeu violētia, vt tranſitus habeatur. dicit etiā ibi tex. & habetur Deuteronomij. c. 2. q̄ iuſta bella filiis Iſraël cōtra Amorrhęos gerebant, quoniā negabatur trāſit⁹ innoxius, qui iure hūanę ſocietatis ęquiſſimo patere d̄bet. đ quo plenè felin⁹ ī. d. §. oēs.

6 t ¶ Miſſas. dicit miſſas in plura. vna † tñ die celebrari nō p̄ñt p vnū ſacerdotē. c. cōſuluiſti. &. c. ex p̄te. & ibi gl. de cele. mi. Sed vna tātū miſſa pōt vna die celebrari p vnū ſacerdotē, p. d. c. cōſuluiſti. de cele. mi. &. c. nocte. đ cōſe. di. 1. Duę tā miſſę p̄ñt aliqū celebrari vna die p vnum ſacerdotē. vt habetur in. d.

7 c. cōſuuluiſti. & ibi p gl. & doc. Et nota, q̄ † miſſa cepta p vnū ſacerdotē. pōt p̄fici. c. nihil & ibi gl. &. c.

8 illud. 7. q. 1. ¶ Miſſa † vbi debet celebrari, vide p

9 glo. in. d. c. ſicut de cōſe. d. 1. ¶ Itē an † miſſa ſit de ſubſtātia cōſecrationis, habetur per glo. & doc. in. c. q̄ ſicut. de elect. ¶ Itē cū miſſa dicitur, an poſſit quis legere epiſtolā & euāgeliū. vide p gl. & Ab. in. c. vt quiſq;. de vita & honeſ. cle. ¶ Vide etiam

10 ī. c. noſtra. &. c. fi. eo. ti. An † poſſit miſſa audiri à clerico fornicario, vel ſimoniaco. habetur in. c. miſſam 33 di. p Abb. vbi ſupra. ¶ Itē an miſſa poſſit celebrari ſine miniſtro. vide p gloſſā. notabilē in. c. ſedulo. 28. di. ☞ Quæ ſint ſubſtātialia miſſæ, & quæ de ei⁹ ſolēnitate habetur ī. p̄œmio ſecūdę p̄tis Spe.

11 v ¶ Gaſtos. adde † q̄ in his ſumptib⁹ veniūt etiā veſtes lugubres. tex. in. l. funeris ſūptus. ff. de religio. & ſūp. fu. ſecūdū vnā lecturam facit glo. in l. ſi ex re. §. fi. in glo. fin. ff. de ſtipula. ſer. quā ibi commendant doct. facit dictum Pau. de Caſtro. in. l. prima. §. impenſa. ff. ad. l. falci.

Adde. Et not. q̄ de veſtibus & ornamētis vidualib⁹, & de lecto quotidiano, dicit do. doc. đ Pala. in repetitio. c. per veſtras. de donatio. inter virū & vxo. ſup rubrica co. 27. ver. quinto. Et Stephanus auferrij in addi. deciſionum tholo. quæſtione. 336. q̄ mulier ſolu. matrimonio veſtiri debet pānis lugubrib⁹, & velis, expenſis hæredum viri, ſecūdū qualitatē perſonarū, & quantitatē patrimonij. ſ. & in quantum in regione talis conſuetudo ſit veſtiendi. aliàs hæredes viri ad expenſas non tenentur, vt notant Bal. & Ange. in. l. decreto. C. ex quibus cau. infa. irroga. Ange. đ aretio formaliter in. §. fuerat. 20. co. in. verſi. debent etiā inſti. de actio. Bal. in margarita. ver. maritus. el. 2. ſed plenius per glo. in. l. 6. titulo. 6. libro. 3. foro le.

12 ¶ Sed quæro, † quibus perſonis debent dari veſtes lugubres, vt poſſint computari, & ſolui de quīto. vide per glo. in. d. l. ſi ex re. ff. de ſtipu. ſer. glo. fi. in fine tex. in pragmaticis fo. 223. in fi. ☞ Qui tamē ſint ſumptus funeris. vide per tex. in. d. l. funeris ſūptus, in principio. ff. de religi. & ſump. fu. ☞ Vbi etiā dicitur, q̄ expenſa p̄ ſepultura dicitur expēſa funeris. idem dicitur in. l. 1. §. impenſa. ff. ad. l. falci. tenet Ioan. de Pra. in. l. in teſtamento. ff. de condi. & de. ☞ Sed expenſæ fact̄æ in infirmitate nō dicūtur expenſæ funeris. l. ſi quis. §. hęc actio. ff. de reli. & ſump. fu. Illis tamē æquiparantur. l. in reſtituendo. & ibi Bal. C. de petitio. hære. vbi habetur an re-

13 petantur. ¶ Sed nūquid † poſſunt repeti facta, phibitione ne fiāt. glo. Bal. & doc. ī. l. fi. C. de nego. ge. & tex. in dicta. l. & ſi quis. §. labeo. ff. đ religi. & ſūp. fune. tenent q̄ repetantur. ¶ Sed quæro, qua actione petantur. vide in Spe. de ſepul. ver. porro. ¶ Et nota, q̄ ante aditam hæreditatem cogi poſſunt ſucceſſores ſepelire defunctum. l. qui erat. & ibi Bart. ff. fami. her. ratio, quia in relictis, quæ celeritatē deſiderant, vt ſunt funeralia. vt pro ſepultura, & pro vſurarum reſtitutione, & pro malè ablatis incertis ſolui debent ante aditam hæreditatem. ſecūdū Bal. in authen. hoc amplius. 4. co. & in. l. eam quā. §. co.

14 C. de fideicōmi. ¶ Vlterius nota, q̄ † expenſæ funeris non ſunt præſidium animę, ſed humanitatis officiū. c. non æſtimem⁹. &. c. animę. 13. q. 1. Ideo nō extrahuntur de legato cētum librarū diſtribuendo pro anima teſtatoris. ſecūdū Pe. ī tract. quartę epiſcopalis. c. 9. in fine. qđ procedit quo ad defunctū. ſi tamen alius officio charitatis motus ſepeliret, vel ſepeliri faceret defunctum, tales ſumpt⁹ funeris præſidiū ſunt animę illius, q̄ ſepelit defunctum, vel ſepeliri facit. nam opus eſt charitatis.

Adde. Super quo vide tex. ſingularem in. c. cū grauia. 13. q. 2. vbi do. cardi. de Turre cre. in materia loquitur notanter. & plures ponit concluſiones, quas per te vide.

15 ¶ Extra not. q̄ † ſepultura non denegatur debitoribus ad inſtantiam creditorum. tex. eſt in authen. vt cum de app. cognoſ. in. §. meminimus. collatio. 8. ☞ Quod eſt verum ſecundum Ange. in authen. vt defuncti, ſeu funera eorum non iniurientur à cretoribus. ver. item per hanc. collatio. 5. ☞ Niſi ſtante ſtatuto, q̄ inſtrumenta habeant exēcutionem paratam ad voluntatem creditorum. quod non credo verum. per tex. in. l. fi. titul. 13. prima partita. vbi dicitur, q̄

tur,q̃ prętextu debiti non debet ſepultura impedi ri defuncto,neq; poſſunt hæredes intra nouē dies conueniri.aliàs conueniens eos,punitur.vt ibi. Tex.in.l.11.titulo.delas appellaciões.

Adde. li.3.ordina.vbi dicit,q̃ ſepultura non denegatur excõicato,licet appellet.

¶ Et hanc ſententiam videtur tenere Io. And. in addi. ad Spe. ſuper rubrica. de feudis. & do. Abb. conſilio ſuo. 12. & conſilio. 136. & videtur caſus in. d. c. licet. vbi nepos præfertur patruo in ſucceſsione regni. tenet Io faber in. d. §. cum filius. Pau de ca. conſilio. 161. Fran. de are. cõſilio. 163. Nicola. mili. in ſuo reportorio. §. filius. ver. filius primogenitus. & in. §. mors. ver. mortuus pro republica. Oldra, conſilio. 123. dicens in. q. facti ita contigiſſe in rege Roberto Caroli ſecundi Siciliæ & Apulię regis filio ſecundo genito, coram quo fuit mota quæſtio, & finaliter ſententiatũ pro Carolo Marcelli regis Vngarię primogeniti memorati Caroli ſecundi, q̃ ſuccedere debebat in regno Apuliæ & Sciliæ, excluſo prælibato Roberto eius patruo. ¶ Verũtamẽ Clemens quartus propter publicã vtilitatem, & propter eiuſdẽ Roberti ſapiẽtiam, voluit eum nepoti præferri. vt dicit Bal. in. d. l. vt inteſtato. C. de ſuis & legitimis hęre. & in. d. l. ſi viua matre. ¶ Idẽ Bal. dicit, q̃ rex Robertus cõſcientia ductus, ſtuduit retrãſferre regnũ Caroli Siciliæ ad regnũ Vngariç, quando diſpẽſari fecit glorioſam reginã Ioanã filij ſui Caroli ante deceſſum eius per illuſtrẽ Andreã filiũ Caroli Marcelli regis vngariæ, cuius votis in uida fortuna non fauit. quoniam licet idẽ Robertus in eiuſdem teſtamento conſtituiſſet eundẽ Andreã poſt eum regnare in Apulia, prout & fecit tribus annis: dicta tamen Ioãna cum laqueo interimi fecit, & cõſobrinũ eius, & alteri cõſobrino nupſit, videlicet Ludouico Tarentũ principis filio, & fratris memorati Roberti. Et pro prædicta opinione facit, q̃ Otho imperator exiſtens ſupra regnũ prope Treuerim cum multis Baronibus ſuis, & caſus occurriſſet, iudicauit, q̃ nepos & patruus gladijs certarẽt, & victor ſuccederet in regno. Pugna inter eos bis facta, nepos bis vicit, & lis iudicio gladiatorio finita eſt. Et eſt communis ſententia & opinio. vt tenet do. Abb. d. cõſilio. 85. licet Ricar. malũ. Cinus. Bal. & Salice. in allegata. l. ſi viua matre. C. de bonis mater. Bar. & Bal. in. d. authẽ. poſt fratres. C. de legitimis hęre. & Bal. in. d. l. liberti. & prælegata. lege. inteſtato. & in lege. tutela. §. ſi duo. ff. de teſtamen. tute. Io. de imo. & Dominicus in. d. c. grãdi. tenent, q̃ patruus ſit præferendus. de qua. q. vide etiam aliqua per Ioan. thierij in ſuo alphabeto aureo ſuper parte primogenitus. fo. 101. Tu tamen regnicola vide. tex ſi huic in. l. 2. ti. 15. ibi. y aun mãdaron. 2. par. ¶ Ratio tamẽ mouẽs Oldra. & Abb. fuit. quia iure diuino, naturali, & ſcripto primogenitura eſt approbata, quæ poteſt alienari. ſicut fuit compertũ in perſonam Eſau, qui vẽdidit fratri ſuo Iacob iura primogenituræ, vt habetur Geñ. capꝫ. 25. quapropter dicunt hoc ius eſſe trãſmiſsibile ad hęredẽ. & per conſequens cũ filius habeat ius primogenituræ, ipſe, & non patruus debet ſuccedere. ¶ Item ratio mouens Bar. & alios pro cõtraria parte eſt. quia nũquã pater poteſt trãſmittere in filiũ, quod nũquã fuit adeptus. argũ. tex. in. l. ſi. ff. cõmunia prædio. ¶ Item ea, quæ notant doc. in. d. authẽ. poſt fratres. C. de legi. hære. vbi dicunt, q̃ nõ poteſt venire ad ſucceſſionẽ maioratus ex perſona patris, qui medio tempore. i. antequã adeptus eſſet maioratum, deceſsit, vel fuit extinctus, vel inhabilitat⁹. ¶ Aduerte, qa (videri meo) motiua Oldra. & Abb. ex vna parte, neq; Bar. & aliorum ex parte altera nõ concludunt intentũ ſuum. ¶ Quia ſi primogenitura eſt approbata de iure diuino, quæ etiã poteſt alienari ſicut fuit in perſona Eſau, quid ad rem? nã cæteri doctores non negant. dicunt tamen, q̃ mortuo primogenito, ſuccedit ſecundò genitus non filius primogeniti, quando primogenitus non fuit conſecutus maioratum, cui non repugnat ius diuinũ. Nec obſtant motiua Bar. & aliorum contrariũ tenentium. Quia ſi pater non poteſt trãſmittere in filium quod nunquã fuit adeptus: concedo, q̃ quãdo pater nihil habet, nihil poteſt tranſmittere. bene tamen tranſmittit quod ipſe habet. Volo dicere, q̃ licet filius primogenitus non habeat in exercitiũ maioratum, viuo patre, habet eum in habitu: quod eſt ſufficiens ad tranſmittendũ. vt. l. ſi quis filiũ. ff. de inoffi. teſta. facit. l. illud. §. fi. ff. de contra tabu. & l. ſi quis in graui. §. fi. cũ. l. ſequen. ff. ad Sillenia. Itaq; propter ius tranſmiſſum nepos excludit patruum, cui nullum ius fuit queſitũ viuo fratre primogenito. nã nec frater ipſe primogenitus potuit ius iſtud in fratrem tranſmittere, ſtante filio. Item in tranſmiſsione non cõſideramus corpus, vt ager, vel domus, ſed ius in corpore vel quantitate, an illud ius ſit tranſitorium, vel ne. vt per Bal. in. l. fi. 2. co. ver. ſexto cõtra hocoppo. C. de hęre. inſti. ¶ Qua propter ſi primogenitus nondum eſt adeptus res maioratus in exercitio, habet tamen in habitu ius trãſmiſſum, ideo ipſe ſuccedet, non patruus. Licet 3 dicas, q̃ † tranſmiſsio eſt quædam ſucceſsionis prorogatio eiuſdem naturæ & formæ. vt. l. 1. C. de his qui ante ap. ta. tenet Bal. in. l. cum proponas. 2. col. verſi. ſecunda eſt tranſmiſsio. C. de hære. inſti. Itaq; defunctus primogenitus, non videtur tranſmittere in filium ſuum niſi ius, quod ipſe habet in habitu, non ius, quod habet in exercitio. ¶ Et q̃ filius primogenitus non ſuccedit in plus, quàm pater: & ita iſtud ius in habitu ſiue in exercitio, tanquã indeficiens euaneſcit in ſucceſsione filij. ¶ Tu tene, q̃ quãuis pater non poſsit plus iuris tranſferre in filiũ quã ipſe habet, attamen non negatur, quin trãſmiſſo iure, quod quis habet in habitu principaliter, veniat conſecutione in exercitiũ: quia cõmiſcetur vtrumq; ius: quo caſu nepos plenè conſequitur res maioratus. ¶ Pono exemplum ſaltem pro iu- 4 uenibus † poſſeſsio ciuilis & naturalis differunt, quia ciuilis animo tantũ retinetur, & naturalis tãtum corpore. vt. l. i. per glo. & docto. ff. de acqui. poſſe. & in. l. i. C. vti poſſi. ¶ Et tũc pone, q̃ poſsidens ciuilẽ inquietatur in poſſeſsione: agit inquietatis

Exẽplũ notadũ.

tatis interdicto vti poſſidetis:cuius natura principalis eſt,vt pronuncietur, ꝙ quemadmodū poſſidet,ita poſſideat.vt.d.l.1.C.vti.poſſi. & propterea debet conſeruari in ſua ciuili poſſeſsione. tamen iſta ciuilis poſſeſsio, & ſententia ſuper ea prolata,habet quaſdam vtilitates.quia licet habeat principaliter naturā retinendæ hoc interdictum intentatum ſuper ciuili poſſeſsione,habet tamē in cōſequentiam recuperādæ,& ſic ꝓnūciabitur me in ciuili poſſeſſione tuendū:& cū non poſsim eſſe tut⁹ ſine reſtitutione poſſeſsionis naturalis,iudex mandabit, ꝙ inquietans me in ciuili,reddat naturalem. tenuit Bal.in.d.l.1.4.col.ver.ciuilis poſſeſsio.C.vti poſsi. ☞Sic dicendū eſt in præſenti,ꝙ cū filius primogeniti habeat in habitu ius primogenituræ,licet nondum habeat in exercitio,facta à iure tranſmiſſione de primogenitura in habitu per mortem aui poſsidentis maioratum,venit conſecutiuè in exercitio quaſi ad ſuū fontē. vt de hoc eſt bonus tex. & notandus in.l.45. infra. inquantum dicit, ꝙ per mortē poſsidētis maioratū tranſfertur in ſequentē in gradu ciuilis & naturalis poſſeſsio:& ſic cumulato iure maiorat⁹ in nepotem, præfertur patruo: quia ad patruum iſtud ius ire nō poterat,cū nō haberet fundamentum,ad quod reſpiceret ſeu iret.

Exēplū. ☞Pone etiam exēplū in.l.in ſuis.ff.de legi.hęre.& in.§.ſui.inſti.de hære.quali.& diffe. cum ſimi. vbi
5 dicitur,ꝙ † filius dicitur dominus in vita patris, ſed hoc non eſt verum effectualiter.nam in vita patris filius non habet legitimam,neq; aliquid in bonis eius.notatur in.l.cum filius.& ibi doctor.ff. de verbo.obli.& in.l.imperator. ff.ad trebellia. tenet Bal.Ange.& docto.in.l.lex Cornelia.§.2.ff. de vulga.& pupil.ſubſ.Bal.in authen.Hæc mulier. C. de ſacroſan.eccle.vt quid ergo dicimus filium dominum in vita patris? Reſponde vt per doctores vbi ſupra,ꝙ dicitur dominus in habitu,ſed nō in exercitio.In habitu,ꝓpter ſpē,quā habet ſuccedendi in bonis parentū.vt ibi.Sic igitur in caſu noſtro: ſi filius decedit in vita patris relictis aliq⁹ filiis:mortuo auo,ſuccedūt nepotes loco patris ſui,&in eius portione.vt dixi in.l.8.ſupra. ☞Igitur portionem, quā pater habebat in habitu,cōſequitur filius in exercitio,nō patru⁹. ☞Itaq; fundamēta Bar. & aliorū deficiūt,& per cōſequē; eorū cōcluſio. ☞Et prędicta fundamēta(vt credo)ſunt,quib⁹ princeps fuit motus ad ſtatuēdū,ꝙ filius primogeniti excludat patruū,quāuis decedat primogenitus pater ipſius ante adeptum maioratū. ☞Vel poteſt dici, ꝙ principi placuit.vt in.§. ſed qđ principi. inſti. de iure
6 natu.cū ſi. ☞Vel melius,ꝙ † filius primogeniti nō venit ad ſucceſſionē maiorat⁹ ex iure tranſmiſſo, ſed per repreſentationē in ꝑſona patris. vt ſequitur in.l.iſta. ¶Et ita cōtigit in.l.in quibus.cū ſequēti. C.de fecū.nup.vbi dicitur, ꝙ filij morientis ſuccedunt loco genitoris,&nō fratres in his,quę au⁹ perdidit per trāſitū ad ſecūdas nuptias poſt mortē patris nepotū ſuorū. ☞Et quia dicta.l.in his. quæ continet pro fundamēto iſtius legis eſt melior toto corpore iuris imperatorū: pro intellectu iſtius legis
7 ☞Præmitte,ꝙ † mulier per tranſitum ad ſecundas nuptias de iure C. perdit lucra habita à primo viro,quę acquiruntur filiis ſuperſtitibus prioris matrimonij.vt l.fœminę.in principio.& in.§.illud.& l.cū aliis.C.de ſecun.nup. ☞Et idem in viro tranſeunte ad ſecunda vota.l.generaliter. in principio. eo.ti. ¶Secundò præmitte,ꝙ talia lucra non ſunt de corpore hæreditatis lucrātis, propterea eius hæreditas poteſt repudiari per filios,& lucra accepta ri.vt.l.ſi quis prioris.in.§.illud.eodem titu.de fecū. nup. ¶Superuenit poſtea dicta. *l. in quibus*. vbi dicitur,ꝙ ſi mulier ex primo matrimonio ſuſcepit filios,& lucrata eſt donationē propter nuptias pacto inito cū primo viro,vel propter legatū ei factū, & cū eſſet in viduitate deceſſit vnus filiorū ſuorū, relictis duobus filiis nepotibus iſtius mulieris: ꝙ poſtea ſecūdo matrimonio eſt copulata: quia illud qđ habuit à primò viro perdit per tranſitū ad ſecūdas nuptias:& aquiritur filiis & nepotibus ſuis, taliter ꝙ nepotes debent habere portionē patris ſui prærmortui. ¶His itaq; præhabitis videbatur aliquibus,ꝙ fratres defuncti ſuccederent in totum,& excluderent filios fratris defuncti,eo ꝙ pater eorū tali tempore deceſſit, ꝙ trāſmittere nō poterat ad filios:quo non obſtante.d.l.in quibus. in principio ſui dicit,ꝙ iſti nepotes videntur ingredi gradū paternū,& conſequi portionem, quam pater eorum conſecutus fuerat ſi viueret. ☞Et ſi quæris rationē quare filij conſequūtur portionē patris,qui re, neque ſpe non habebat ius formatum,ſed ius pendēs ex caſu.dic ſecundum Bal. ibi hoc contingere ex prouidētia ſpeciali legis.vnde dicit,ꝙ.d.l. facit ad quæſtionem regnorū,vt in noſtro caſu. ☞Vel dic, ꝙ maiorat⁹ eſt quoddā beneficiū,ſeu gratia à principe,vel à patre collata.vt dixi in.l.48.infra, ſed beneficia vadūt ſecundū lineam ſanguinis, & potius ſequūtur lineam deſcendentem, quàm trāſuerſalē. quapropter dicit tex.in.d.l.in quibus.ꝙ in beneficio genitoris ſuccedunt eius filij, & non fratres. ¶Idē dicit Bal.ibi,in quibuſcunq; beneficiis, priuilegiis,& feudis.quia naturalis ratio hoc ſuadet. vt in.c.1.de duo.fra.a capi.inueſti. notat Bald. in.l. ſi mihi & Titio.ff.de verbo obli. & Bald. vbi ſupra. ☞Sed illud verius,ꝙ filius primogeniti ſuccedit per repreſentationem ex ſpeciali prouidentia principis: quando pater deceſſit ante adeptum maioratum.per dictā.l.in quibus.quam tene menti ad intellectum iſtius.l. ☞Propterea iſta.l. dicit, ꝙ filius primogeniti ſuccedit in maioratu,excluſo patruo per repreſentationem patris primogeniti.

¶Vel poteſt dici, quòd hoc prouenit ex generali conſuetudine iſtius regni:in quo ita principes ſuccedunt in regno: vt filius primogeniti excludat patruum, etiam ſi pater ipſius moriatur ante

adeptum

Nota. adeptum maioratum. ℣ Et etiam ſuccedunt fœminæ in regno iſto. vt. l. 2. ti. 15. ſecunda partita. & ſupra dixi. ¶ Et ex omnib⁹ infert Bal. in. d. l. in quibus. ad vnam quæſtionem. dicit ſtatutū, q̃ filia dotata exiſtentibus liberis maſculis nō ſuccedat, ſed q̃ ipſi filij hæreditatē poſſideant. modo quidam dotauit filiam, ſuā, qui ex filio præmortuo habebat nepotes: habebat etiā quēdam filiū. deceſſit iſte pater. fili⁹ ſuperuiuens vult quicquid ſoror deberet habere de iure communi vltra dotem: filij patris præmortui, dicūt ſe debere concurrere, quæritur quid iuris. Et videtur q̃ non concurrant. nam pater eorum tali tempore deceſſit q̃ tranſmittere non poterat. cùm ergo nepotes non contineantur in appellatione filiorum in iſta materia reſtrictiua, videtur q̃ non admittātur, & per cōſequens totum pertineat ad fratres defuncti. Attamen contrarium tene per. d. l. in quibus. nam iſti nepotes videntur ingredi gradum paternū. ¶ Retento eodem ſtatuto format aliam quæſtionem. po

aq̃l aquiē ꝑtenece: ſi el tal fijo mayor d̃xa re hijo o nieto o deſcendiēte legitimo: eſtos tales deſcendiēte s el hijo mayor[t]

Qō. Qō.

8 ne, q̃ † mortuo patre omnes maſculi deceſſerunt: nunquid excludatur fœmina, itaq̃ ſufficiat ad eam excludendam, q̃ in puncto mortis ſtent filij maſculi. videtur q̃ ſic. Ad quod facit quædam ratio naturalis poſita in quadam gloſſ. d. l. in quibus. C. de ſecund. nup. quę dicit, q̃ quando aliquid decedit ab aliquo taliter, q̃ ad alium peruenit, excluſio eſt perpetua, non temporalis. vnde ſufficit momento ad maſculos peruenisſe: vt filia dotata perpetuò excludatur, quæ rationes militāt in caſu iſti⁹ legis, quas nota perpetuò.

9 Adde. ¶ Iterum quæro quo ad ſupradicta, & tene, q̃ † non ſolum per iſtam legem potuit ſtatui in ea contenta, verū etiam per conſuetudinem, vel per ſtatutum ciuitatis poteſt diſponi in ſucceſſione contra ius cōmune, vt vlteriores in gradu preferantur proximioribus. nec eſt mirum, quia ſucceſſio eſt de iure ciuili. vt in. l. 1. 2. & 3. ff. de peti. hære. & in. l. lege obuenire. ff. de verb. ſignifi. imò plus tenent cōmuniter legiſtę, q̃ per ſtatutum poteſt legitima in totum tolli filiis. vt refert Dinus in. c. indultum. de reg. iur. in ſexto. mouetur, quia (vt dixi) legitima eſt introducta de iure ciuili reſpectu quotę, quod eſt tertia, vel dimidia. &c. Ergo eodem iure tolli poteſt. quia ſtatutum eſt pars iuris ciuilis. vt in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. tenet notanter Lanfran. in repe. c. raynūcius. 6. col. de teſta. in glo. ſuper verbo, tercio. &c.

10 t ¶ Del hijo mayor. Quæro † quid ſi nati ſūt duo, & ignoratur quis ſit maior: an ambo, an alter ſuccedat in maioratu vel in regno. Bal. in. l. in quibus. 2. col. ver. pone conſuetudo. C. de ſecun. nup. dicit, q̃ d. l. eſt argu. q̃ genitor eorum poſſit eligere quem

Quæſtio.

ſuccedat in maioratu. ℣ Sed poſtea idem Bal. in authen. ex teſtamento. vltima col. ver. 18. capitulū eſt. C. de colla. mutauit conſilium, & dicit, q̃ vterque ſuccedet in maioratu. ℣ Et iſtam partem tenet idē Bal. & Ange. in. l. ex duobus. ff. de vulga. & pu. licet ibi Imo. tenet cōtrarium. de quo latè ꝑ Alex. ibi. & per eundem Imo. in. l. qui filiabus. §. ſi quis ita. vltima col. ver. quid aūt ſi ſtatutum. de lega. 1. ℣ Et ne mirum, quia regnum poteſt eſſe apud duos. c. non autem. 7. q. 1. & cle. ne romani. de iure iu. glo. in verbo reges. Ioan. And. in addi. ad Spe. de reſcrip. præſ. §. fi. in additio. magna. quæ incipit. lege ſecūda. licet aliud notatur in. c. in apibus 7. q. 1. idem Bal. in authē. hoc amplius. 2. col. ver. quæro an filij. & in. l. pe. 2. col. C. de fideicom. & in. l. pe. 2. col. ver. fallit in feudo. C. de conditio. inſer. & in. l. ſi viua matre. ver. vnde litera. C. de bonis mater. ℣ Et iſtā ſententiam tenet idē Bal. in. l. ex hoc iure. 5. q. ff. de iuſti. & iure. Ioan. Andr. in titu. de præben. §. 1.

Adde. ℣ Et q̃ duo pariter nati non debeant ſuccedere in maioratu vel in regno bene patet ex ſequētibus. Primò ex his, quæ dicit philoſophus. 12. meta. in fine. vbi concludit. quia igitur res nolunt malè diſponi, non eſt bonū pluralitas principum vel dominorum. vnus ergo princeps. Et. 8. ethi. iterum ait, Melius eſt eſſe vnum in vniuerſo, quā plures. Regnum enim non capit duos. ℣ Vnde Hierony. ad Ruſticum. & habetur in. c. in apibus. 7. q. 1. inquit, In apibus principes ſunt, grues ſequuntur vnā ordine literato. Imperator vn⁹, vn⁹ iudex prouincię. Roma vt cōdita eſt, duos fratres ſimul reges habere nō potuit, & ꝑricidio dedicatur. vnde Lucan⁹ in. 1. ait. Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. In Rebeccæ vtero Eſau. & Iacob bellantur. ſinguli eccleſiarum epiſcopi. ℣ Item in naui vnus gubernator. In domo vnus dominus. In quouis gradu & exercitu vnum ſignum expectatur. propterea vn⁹ princeps debet in regno eſſe, non plures. Si enim eſſent plures, diuerſitas perſonarum, diuerſitatem continet, & varietatem animorum. c. quia diuerſitatem. de conceſſio. præben. Ideo ſi plures inter ſe non conuenirēt, nec eſſent concordes iuxta illud Lucani. 1. Nulla fides regni ſociis: omniſque poteſtas impatiens conſortis erit. Hinc Lactan. in. 1. diuinarū inſti. c. 3. inquit. Sicut enim ſi in vno exercitu tot fuerint imperatores quot legiones, quot cohortes, quot cunei, quot alę, primū nec inſtrui poterit acies, vnoquoque periculum recuſante, nec rei facile obtemperari: eo q̃ ſuis conſiliis propriis vtantur omnes, quorum diuerſitates plus noceat, quàm proſit. Quæ omnia confirmat & refert ſanctus Bonauen. in. 2. ſētē. diſtin. 1. ar. 1. q. 1. igitur. &c. ℣ Veritas, q̃ vterque admitti-

admittitur ad regnum tanquã primogenitus. per. l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis & legi. hęre. vbi primus dicitur, quẽ nemo antecedit. ☞ Et adde glo. & quæ ibi notant docto. & Barto. in. l. aretuſa. ff. de ſtatu homi. & in. l. ſi fuerit. §. planè. & ibi Barto. ff. de rebus du. vbi dicitur, ꝙ ſi duo nati ſunt, quorum vnus eſt maſculus, alter fœmina, pri⁹ prę ſumitur natus maſculus, & citi⁹ quã fœmina. por ſu ordẽ ᵛ prefie- ☞ Et per. d. l. aretuſa. dicit Bal. in propoſito in proœmio digeſtorum. §. nos itaq;. ꝙ ſi ambo nati ſunt maſculi, & pariter naſcantur, quòd formoſior & robuſtior præſumitur prius natus, & quòd celerius exiuerit de carcere materno. Et ſi ambo eſſent extracti, deciſo vtero materno, regnabunt. vt clarius per eum. quem ſequitur Ioã. de Ana. in rubrica de ſorti. vltima col. ¶ Hinc dicit Flo. de Sancto Petro in. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadru. pau. feci. dica. ꝙ ſi in caſu illius tex. non apparuerat quod animal aggreſſum fuerat aliud: ſi vnum eſt robuſtius altero, præſumitur ab ilo inchoatum congreſſum. ☞ Et ſic fortè poteſt limitari dictum Bal. in. l. 1. 7. q. C. vnde vi. & in. l. vim. quaſi in fine. ff. de iuſti. & iure. & Ana. in. c. ſignificaſti. 11 29. col. de homicidio. cùm dicunt, ꝙ † ſi duo pariter ſe vulnerauerũt, ꝙ neuter tenetur, niſi appareat de inſultu. per. d. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadru. pau. fe. dica. vt intelligatur, niſi ſit præſumptio prouocationis contra vnum ex eis, putà quia robuſtior eſt altero, vel animoſior. *Nota.* ☞ Pro quo etiam facit. l. qui 12 duos. §. ſi maritus. ff. de rebus du. vbi † ſi maritus & vxor ſimul moriuntur, vel reperiuntur mortui, ſtipulatio de dote ex capitulo. ſi mulier in matrimonio deceſſerit. habet locum, niſi probetur illam ſuperſtitem viro ſuo fuiſſe. tenet notanter Bal. in. l. ſi poſſeſſor. §. ſi eodem. ff. de religio. & ſump. fu. per illum tex. cum glo. ibi. & vltra Bal. adde tex. in l. cum hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de dona. inter vir. & vxo. vbi ſi maritus & vxor ſimul moriuntur, ad donationem validandam prę ſumitur præmortuus do- *Limita.* nator, ſiue donans fuerit maritus, ſiue vxor. ☞ Limita, niſi vxoris hæredes ſint in poſſeſſione bonorũ. vt dixi in. l. 17. in parte, la poſſeſſion. verſi. 27. ſupra. ¶ Facit etiam ad. l. 6. titu. 13. ſexta partita. & ad. l. 1. & auth. præterea. C. vnde vir & vxor. vbi di- 13 citur, ꝙ † ſi vnus coniugũ moritur ſine prole & ſine conſanguineis vſq; ad gradũ ſuccedendi, ſuccedet alter coniugum, qui ſupereſt. vt ſi reperiantur mortui vir & vxor, nec appareat quis eorum prius deceſſit: & vxor neminem relinquit qui poſsit ſuccedere, præſumatur maritus poſt vxorẽ deceſſiſſe, quia robuſtior & animoſior vxore, & ipſe ſuccedet per vnde vir & vxor, & trãſmittet bona vxoris in ſuos ſi quos habet ex alia vxore, & in ſuos aſcendentes. dixi in dicta. l. 17. in parte, la poſſeſſion. verſi. 27. ſupra. ¶ Item facit ad. l. 6. titulo. delas herencias. foro. le. vbi dicitur, ꝙ ſi maritus & vxor moriũtur: lectus quotidianus remanebit ſuperſtiti eorũ. quia ſi vir & vxor reperiũtur mortui: nec apparet quis eorũ prius decedit, habebũt lectum quotidianum hæredes viri: quia robuſtior præſumitur poſt aliũ deceſsiſſe. ¶ Idẽ dicitur in caſu, quo pa- 14 ter † & filius impubes eodem tẽpore perierunt. nã præſumitur, ꝙ prędeceſſerit filius. ſecus ſi erat pubes factus. vt per doct. in. d. l. qui duos. §. ſi maritus. ☞ Et ſuper hoc fuit quęſtio tẽpore Nicolai papæ quinti, quia multi propter ingentẽ cõcurſum ſuffocati fuerũt Romę anno iubilei in põte ſãcti Petri: vbi de matre & filia ſimul mortuis contigit poſtea dubitatio, quæ earum præſumeretur præmortua, ad finem tranſmittendi hęreditatem. de quo latè cõſuluit do. Maria. conſilio. 97. incipienti. Tempore iubilei. ☞ Cui adde notabile conſiliũ Pau. de ca. 199. quod incipit. ad primũ quæſitũ. ☞ Quæ omnia faciunt ad quæſtionẽ de duobus pacẽ pariter frangentibus. de quo per Bar. in. l. cũ pater. §. libertus. de lega. 2. & per Abb. in. c. 2. de treug. & pa. ☞ Faciunt etiam ad quæſtionẽ de pluribus vulnerantibus vnum, qui mortuus eſt, & neſcitur quis eorum fuerit cauſa mortis. de quo per glo. in. c. cupiẽtes. §. cæterum, in verbo, culpabiles. vbi Domi. de elect. lib. 6. Iura infinita ad hanc materiam trahi poſſent, de qua eſt rubrica ſpecialis. ff. de rebus du. vbi plures caſus deciduntur, quos omito.

Adde. ¶ De pluribus contentis hic in glo. & de pluribus aliis vide plenius quã per alium in. c. capitulum. 15. col. cum duabus ſequentibus. de reſcrip. ¶ Sed ad ſupradicta inquantũ dicitur de viro & muliere, quòd prę ſumitur pri⁹ vir exiſſe de vtero materno &c. ☞ Cõtrarium ſentit glo. notanda. in. l. nihil. in verbo, gratuia. ff. de adulte. quam ſequitur Petrus de Ancha. conſi. ſuo. 285. de qua glo. & conſilio mentionem feci in. l. 17. in glo. ſuper parte, la poſſeſsion. verſi. 15 27. effectus. ſupra. vbi dicitur. ꝙ † grauiora vulnera ſuſtinet mulier, quã vir, ☞ Pro iſta etiã parte multum facit. l. ſi fuerit. in fine. ff. de rebus dubiis. de qua facit magnum feſtum. Spe. in titu. de procura. 2. col. mag. in ver. incipienti. ſecũdus in primo naſcendi præſuppone. ☞ Sed ſolutio eſt clara, & duplex. Primò, ꝙ hoc poteſt eſſe in muliere robuſta, & homine debili. ſed iſtud eſt diuinare. Vel melius, quòd dicta glo. iure non probatur. ☞ Item non obſtat dicta. l. ſi fuerit. in fine. ff. de rebus dubiis. quia loquitur in libertate, vt dicit Bar. in. d. l. ſi fuerit. & Ioan. And. in addi. ad ſpe. vbi ſupra etiam fauore libertatis præſumatur mulier prius nata, quã maſculus, vt ibi. & de ſupradictis eſt tex. in. l. fi. ti. 33. ſeptima partita. & in. l. inter ſocerum. in principio. ff. de pactis dotalibus.

16 v ¶ Por ſu orden. vt † primò filius prmogeniti, ſi ſtat, & ſi nõ ſuccedat nepos. Vel aliter, ſi ſtant duo filij, vel duo nepotes primogeniti, ſuccedat filius maior, vel nepos filij maioris. Idẽ ſi primogenitus

cõtraxit primò, & mortua in matrimonio vxore ſine filiis & aliis deſcendẽtibus cõtraxit ſecũdò, & ex ſecunda filios procreauit: qua defuncta tertiò cõ traxit, ex qua etiã filios ſuſcepit: q̃ inter filios ſecũ di & tertij matrimonij ordo ſeruetur. vt primò ſuc cedat primus, ſi ſtat: quanuis filius primus habitus ex tertio matrimonio poſsit dici primus reſpectu aliorum filiorum ex tertio matrimonio. Idem vt ſu pra dixi ſi ex primo matrimonio natus eſt filius, qui deceſsit ſine liberis, & primogenitus ſecundò vel tertiò contraxit matrimonium. nam eo q̃ liberi nõ ſtant de primo matrimonio, ſuccedit primoge nitus primogeniti, licet de ſecũdo vel tertio matri monio fuit procreatus: quia prim⁹ dicitur, cũ non ſit alius qui eum prẽcedat. ☞ Itẽ quia primus dici tur reſpectu aliorũ ſubſequentiũ. tex eſt & ibi Bal. in l. ſi quis prioris. §. talem. C. de ſecund. nup. & ita ſeruabitur ordo iſte vſq; in infinitũ, etiam quo ad agnatos. vt patet hic. & in. d. l. 2. tenet Bald. & Ioã. de Alua. in. c. 1. in principio. vltima col. ver. idem in regno de feu. marchi. licet idẽ Bal. cõtra in. c. 1. §. *Fallit. 1.* in ciuitate. 4. col. de pace cõſtã. ☞ Quod fallit in ca ſu iſti⁹ legis. ſ. quãdo cõtrariũ fuit diſpoſitũ per cõ ſtituentẽ maioratũ. nam ſeruabitur quod fuit diſpo 17 ſitũ. vt hic. ¶ Secũdò † ſi primogenitus ſit inſuffi- *Fallit. 2.* ciens, quia tunc loquendo in regno, poteſt dari ſe cundo genito ſecundũ Bal. in auth. hoc amplius. 2. col. ver. & ideo quia ſic fecit rex Dauid. C. de fidei cõ. Et eſt ratio ſecundũ Bal. ibi, quia cõſuetudo re gni de prẽferendo primogenito, nõ debet interpre tari cõtra vtilitatem totius regni. vt l. quod fauore. C. de legi. tenet Bal. in. c. 1. in fine. verſi. quæro quid ſi conſuetudo. de ſucceſsione feudi. vbi dicit, q̃ ſi primogenitus eſt à natura demens, non regitur re gnũ per curatorẽ, ſed ſecũdò genitus erit rex. quia cõſuetudo debet intelligi de eo, qui naturaliter na ſcitur habilis. nã vt dicit Eccleſi. 10. c. Rex inſipiẽs perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabũtur per ſenſum prudẽtum. intereſt verò reipublicę ha bere principem. ☞ Si tamen ex accidenti eſſet de mens, tunc dicit Bald. vbi ſupra, q̃ daretur curator. quia in perſona ſua radicatum eſt ius regiæ poteſta tis. c. grandi. de ſupplen. negli. præ. lib. 6. ☞ Iſtud etiam tenet idem Bal. in. c. 1. § præterea ducatus. ver. quęrit glo. de prohibita feu. alie. per fede. ¶ Et ex ratione Bal. à cõtrario ſenſu dico, q̃ in ſucceſsione maiorat⁹ ſuccedit furioſus vel demẽs à natura, prę- *Quæſtio* terquã in ſucceſsione regni. ☞ Niſi in caſu, quo eſ- 18 ſet eadẽ ratio. ſ. publicę vtilitatis. ¶ Sed quęro † an infans poſsit coronari rex, vel differatur. Vide la tè per Bal. in. l. 1. C. de nume. & hono. non cõtinuan dis inter patrem & filiũ. lib. 10. vbi dicit, q̃ infans 19 poteſt coronari rex. ☞ In † aliis tamẽ primogeni turis dementi vel furioſo à natura dabitur curator. ſua enim demẽtia nõ debet ei nocere, cũ nõ proue niat ſua culpa. ſatis enim punitur demẽs, ſua demẽ tia. vt l. pe. ff. de parrici. & l. diu⁹. ff. de officio prę ſi. qui enim caret dolo, exhæredari non poteſt ſe cundum Bal. in. l. humanitatis. 5. col. ver. quarta dif ferentia. C. de impube. & aliis. ☞ Sed huic quęſtio- *Contra.* ni multũ videtur obſtare ſingulare dictum Bal. in l. ſi. C. de ſuis & legi. hære. vbi ait, q̃ furioſus non ſuccedit in feudum. ☞ Sed illud eſt, quia ſeruire nõ *So.* poteſt, vt. l. ſi ea qui morbo. lib. 10. ſuccedẽs verò in maioratũ nõ habet, cui ſeruiat, ergo. &c. ☞ Fallit ter *Fallit. 3* tiò, quãdo primogenitus intrat monaſteriũ, vel fit frater minor beati Franciſci tertij ordinis, ſed ſucce dit ſequẽs in gradu. tenet Bal. in. d. l. ſi quis prioris. §. talem. ver. ſed pone. C. de ſecund. nup. & in. d. c. 1. in fine principij, de feudi ſucceſsiõe. Anto. Roſel. in arbo. conſan. 44. col. in fine. Pet. de Ancha. in. c. 1. 14. q. principali de conſti. lib. 6.

Adde. Et in l. deo nobis. §. fi. 1. col. C. de epiſ. & cle. & in l. data opa. 8. co. & ver. Et 20 hoc Inno. C. q̃ accuſa. nõ po. ¶ Itẽ † ſecũdò genitus ſuccedit in regno, cũ primogenitus cõſentit inueſtiri ſecũdò genitũ. Ita dicit Bal. in. c. 1. §. præterea. in ver. 2. modo. quib. mo. feu. ami. alle gat tex. in. c. quã periculoſum. 7. q. 1. Et ſumitur ratio ex. d. §. prẽterea, vbi dicitur, q̃ qui cõſentit, iura ſua perdit. ☞ Hinc dicit Georgius natã in repetitione. c. quanuis. 3. col. in ver. quinto fallit, cum ſequen. de pactis. in ſexto. quòd primogenitus poteſt paciſci cum ſecundo genito, vel cum tertio, vel cum fratre, vt ipſe primogenitus nõ ſuccedat, ſed quòd cedat iura primogenituræ ſecundo genito. ſecun dũ Angel. in recollectis in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. motus authoritate ve teris teſtamenti, in quo Eſau renunciauit Iacob ta lia iura. vt patet ex. d. cap. quàm ſit periculoſum. 7. quęſt. 1. & not. glo. in. l. quotiens. in princi. ff. de hære. inſti. idem tenet Bal. in. l. pactum. C. de colla. ☞ Contrarium tenet Ludoui. in. d. l. ſtipulatio. 7. *Contra.* col. ver. ſed certe. per. l. quidam in iure. §. fi. ff. de donatio. & per. l. 2. §. fi. ff. de his quibus vt indig. vbi dicitur, quòd nulla eſt conuentio, per quã quis de hęreditate viuentis paciſcitur, imò tanquam in dignus debet illa priuari. improbè quidem facit, qui de viuentis hæreditate, quanuis legitimè à ſe ſeparata, nimis ſollicitè agit. dicit textus. in. l. 2. §. interdum. ff. de vulga. & pupil. ☞ Et reſpon- *So.* det Georgius natan vbi ſupra ad ea, quæ dicuntur de Eſau & Iacob. quia dicit, q̃ illud procedit iure veteris teſtamenti, cuius dicta non tenentur, niſi in nouo reperiãtur approbata. §. his itaq; . 6. di. notatur in. c. fi. de cõſuetudine. per beatum Tho. 2. 2. q. 104. arti. 3. ¶ Vlterius dicit. ſecundum Ludo. in. d. l. ſti pulatio. q̃ illud ius primogenituræ eſt ceſsibile. vt not. in. c. licet. de voto. & per Archi. in. c. quàm ſit. quia dicitur eſſe cõtra ius naturale deferẽs ſucceſ ſionẽ filiis æqualiter, nõ inſpecto curſu natiuitatis. l. ſcriptæ. ff. vnde liberi. l. cum ratio. ff. de bonis dã. non ergo mirum ſi tale ius primogenituræ facilius tollitur, quàm ius ſuccedendi, quod competit iure communi.

communi.argu.l.eius militis.§.militia iussus.ff. de testa. mili. Et sic posit dici, ꝙ ius primogenituræ in abstracto cõsiderato à successione potest per pactũ tolli, licet non vnà cum ipsa successione. ☞ Sed contra supradicta sit arguitur.certũ est, ꝙ bona maioratus non possunt diuidi,quia diuisio est species alienationis. tenet Bal. in authẽ. ex testamento. in fine.C.de colla.& in auth.hoc amplius.1.col.versi. opp.& videtur. C.de fideicõmi.& in.c.1.§.item sacrã. 5.col.ver.quæ fuit. de pace iuramen.fir.in vsi. feu. dixi in.l.ista in glo.super parte, prefieren, infra. Item si bona maioratus nõ possunt diuidi,quia diuisio est species alienationis,certũ est, quòd bona maioratus alienari non possunt. tenet plenè & notanter dominus Abb.in.c.intellectu.1. &. 2. col. de iureiur. qui allegat plura & notanda. Ex quo sequitur, ꝙ si primogenitus non potest bona maioratus diuidere nec alienare, ꝙ non potest alienari cõsentire.s. cõsentiendo primogenitum de maioratu inuestiri. ☞ Pro concordia credo sic esse dicẽdum. Aut maioratus constituitur de nouo,aut est constitutus ab antiquo. Primo casu, is, in cuius fauorem constituitur.i.qui prius nominatus seu vocatus est ad maioratũ,potest illum non acceptare, & sic consentire alium inuestiri eo modo,quo supra dictum est.vnusquisq; enim potest renũciare quod in suũ fauorem introductum est.l.si quis in cõscrip.C. de pac. nam ex quo primogenitus consentit secundò genitũ inuestiri per constituentem maioratum,videtur in secũdum sortiri effectũ suũ,& à primo reuocatũ.vt colligitur ex.l.44.infra.cum his, quæ dicta sunt ibi.& bene colligitur ex his,quæ dicuntur in.d.l. 44. vbi vide. ¶ Secundo casu si maioratus est constitutus ab antiquo, iuxta formam traditam in. l.27. supra. vel primum succedat pater, deinde filius, demum nepotes ordine suo &c. tunc forma maioratꝰ debet obseruari:ita quòd isto casu possessor maioratus,vel ipsius primogenitus, ad quẽ pertinet successio in maioratu,non poterit consentire alium inuestiri in præiudicium filiorum vel nepotum suorum,si quos habet, vel postmodũ habebit. Et hoc bene colligitur ex mente dictæ legis. 27.supra.vbi dicitur,ꝙ forma tradita à constituente maioratum, debet obseruari: igitur primogenitus is, cui pertinet successio in maioratu,non potest consentire alium inuestiri de eo, in præiudiciũ descendentium ab eo. ☞ Item ad hoc tenendũ moueor ex his,quæ notanter dicit Bal.in.l.item videndum.in §.nunc videamus.ff.de petitio.hære.& quod And. Sicu.plenè dicit in rubrica in feudis.4.col.versicu. vtrum autem. cum sequen.qui dicunt,ꝙ si pater accepit fundũ vel emphiteosim pro se, & filiis suis, non potest prælegare vni filiorũ:nam filij isto casu feudum vel emphiteosim capiunt à primo domino, non à patre. Idem ergo videtur dicẽdum in casu proposito, vt si maioratus constituitur ea forma, qua supra dicitur, sicut pater possessor maioratus non potest prælegare vni filiorum in præiudicium illius,ad quem pertinet,nõ potest alium tertium,cui non pertinet,eo inuestiri. ☞ Verum tamẽ est,ꝙ in sui præiudicium potest consentire,ex quo vnusquisq; potest renunciare ius suum:vt est iuris regula,non tamen aliorum iura. ☞ Et si dicas,ꝙ d.l. 27.&.l.44.infra non solũ permittũt alium inuestiri de maioratu in præiudicium illius qui fuit nominatus,verum etiam potest in totũ maioratus reuocari,nisi in casibus ibidẽ contẽtis. ☞ Est verũ,ꝙ potest reuocari ab ipso de nouo cõstituẽti,vt ibi dicitur,nõ tamẽ ab eius successore. ☞ Nam hæres reuocare nõ potest gesta sui prædecessoris.colligitur ex his,quæ dixi in.l.45.glo.fi. in fine. ¶ Ex quo vnũ singulariter infero,ꝙ quando maioratus est constitutus ab antiquo, possessor maioratus non poterit filiũ suum primogenitũ priuare maioratu ob causas,propter quas potest illum exhæredare. ☞ Et si iterum opponas.de.l.27.in fine supra.Respondeo, ꝙ loquitur.d.l.in ipso meliorante in tertio & quinto bonorum suorum,vel in constituenti maioratũ, non tamen in successori maioratus. ☞ Hinc dimus, ꝙ hæreditas isto casu potest repudiari, & feudus, vel emphiteosis, aut maioratus acceptari. nam ista non sunt de corpore hæreditatis.vt plenè And.Sicu.vbi supra.Pro quo adduco textũ vnum & singularẽ.in.c.1.an agnatus vel filius defuncti. in vsibus feud. ☞ Tũc verò pater poterit primogenitum suũ priuare maioratu ob causas supradictas,quãdo ipse pater de nouo constituit maioratum, vti dixi in.d. l. 44. infra. ¶ Vnum tamen non ignoro,ꝙ si primogenitus consentit alium in maioratu inuestiri, ꝙ tanta posset esse desidia vel negligentia successorum suorum,si quos habet,ꝙ maioratus præscriberetur ab inuestito in maioratu.vt hoc bene colligitur ex his,quæ dicuntur in.l.fi.circa finẽ.ti.13.lib.3. ordi.&.l.2. tit.9. lib.5.earundẽ ordi.plenè Matthe. de affliict.decisio.329. nu.1. plenius Ioan.Fran Balbus in tracta.præscrip.4.parte.5.partis principalis. fo.41. nu. 23. 2. limitatione.Bal.in addi.ad Spe. de iurisdi.omniũ iudi. ¶ Multũ tamen obstat, quod dicit idem Bal. super prima constitutione. C.in fine.ver. not.quare. vbi dicit,quod non potest præscribi nõ potest alienari.vt.l.alienationis verbum. ff. de verbo.signifi. Item. illud quod alienari conceditur in priuilegium vigore alicuius præeminentiæ si non est tamen iurisciuilis ad hæredes non potest in alium transferri seu alienari. vt. l. ex pluribus. & ibi per Dynum & doctores. ff.de adminis. tuto. quæ duæ rationes & fundamenta multum faciũt ad ea, quæ dixi super prima quæstione. ☞ Sed ista possunt excludi per ea, quæ dicuntur in rubro & nigro de rebus ecclesiæ nõ alie. in sexto. nam & si bona ecclesiarum non possunt alienari,vt ibi, & quasi per totum titulum.de rebus ecclesiæ.volumine decretalium.attamen præscribi possunt.vt dicit tex.in cap.de quarta,& quasi per totum titulum de

oppo. so. Infertur. oppo.& soluit. Infertur Limita. oppo. so.

præſcrip. Item ſi bona maioratus nõ poſſunt alienari, præſcribi poſſunt, vt ſupra. ¶ Vlterius ad ornatum iſtius legis & eorum, quæ ſuperius ſunt dicta, tene q cũ primogenitus ſuccedit in maioratu, remanet obligatus ad alimẽtandũ ſecundo genitũ. ℣ Semper tamen debet remanere tantum primogenito, & tantum ſecũdo genito, vt indepoſſit vterq; viuere. ¶ Et ex hoc frater 21 †minor debet ſeruire regi pro fratre maiori ad expenſas primogeniti. ſic etiam primogenitus alimẽtauit ſecũdo genitum vel fratrẽ minorem nõ ſolũ quando ſeruiret, ſed etiã quando non ſeruiret. Et de iſtis alimẽtis nihil detrahẽdum eſt. argu. l. cum his. C. de tranſactio. ſufficere enim debet primogenito, q ipſe eſt honorat⁹ in ſuccedẽdo in maioratu, vel in feudo, cui⁹ ipſe eſt dominus in vita ſua, nec inuideat fratri ſuo ſecundo genito, qui ſolum ab eo recepit alimenta, & tenetur ſeruire perſonaliter pro eo regiæ curię quando eſt guerra in regno, & dominus vult ſeruitium perſonale. ℣ Nec detrahẽdum eſt eius alimentis (vt dixi) quãdo dominus rex vult ſeruitiũ in pecunia: quia ſufficit, q lex grauauit in hoc ſecundo genitum, quòd non ſuccedit. ℣ Item grauauit, q in illis alimẽtis nihil in morte poteſt diſponere: ex quo finitur illa vita & militia cum perſona, & non tranſmittit ad filios ſuos. ¶ Sed hoc contra videtur dicendũ, imò 22 q †ſi primogenitus in ſeruitiũ regis, putà in guerra, quæ ſubſtituatur cõtra eum, vel ipſe rex contra inimicos regni, multa expendit primogenitus: q portio ſecundo geniti minuitur. nam iſta alimenta pręſtanda ſecundo genito pręſtantur de fructibus feudi vel maioratus. Quod probatur ex eo, q primogenitus de fructib⁹ viuere debet. Et fructus maioratus intelliguntur, deductis expenſis. vt in. l. fructus. & in. l. diuortio. §. impendia. ff. ſolut. matri. cũ aliis iuribus allegatis in Spe. de expẽſis. §. 1. ¶ Vnde ſi feudum vel maioratus valet ducentum, portio vitę & militię erit. 23. & tertium. Si frater, ideſt, primogenitus expendit centum, minuitur portio ſecundo genito. ℣ Sed reſpõde, quòd non omnes expenſę minuũt fructus: ſed illę quę fiunt gratia fructuum, vt dicunt glo. & docto. in dicto. §. impẽdia. ℣ Item vbi datur fauor diuinus vel iuris publici, qui æquiparantur vt in. l. fi. C. de ſacroſanct. eccle. non conſiderãtur expenſę, quę, neceſſariò fiũt pro habẽdis fructib⁹. vt in. c. tua nobis. &. c. paſtoralis. de decimis. ſed ſolutio de qua ſupra, quod eſt ſeruitium quoddam. reſpicit fauorem publicũ, quia p̃ſtatur tẽpore guerræ vt regnũ ſit ſecurũ. ℣ Ideo 23 dicit Pau. de ca. in. d. l. fructus. ff. ſolu. ma. q † ſtante ſtatuto, q de fructibus ſoluatur gabella, debet ſolui abſq; deductione expenſarũ ratione iuris publici. ℣ Idem dicit Bald. in. l. ſi domino. §. ſi. ff. de peti. hęre. & in. d. l. fructus. & Sali. in. l. 1. C. de fructi. & litis expẽ. ℣ Et licet Angel. teneat contrariũ in gabella, tamẽ ĩ ſolutiõe ſeruitij nõ eſt dubitãdũ, q ſoluit ratione iuris publici. vt patet ĩ. c. 1. §. ſimiliter. p And. de Iſernia de capitulis corradi. Sed poſſet dici, q iſta conſideratio militat ĩter primogenitum ſoluẽtẽ ſeruitium, & regẽ, non autem inter primogenitũ, & ſecundo genitũ, cui ſoluit vitam & militiã. ¶ Item ex quo præſtatio alimentorũ ſecũdo genito eſt pia cauſa, conſideratio iuris ciuilis militat ratione piæ cauſæ: cui pię cauſæ iura etiam concedunt priuilegia iuris publici. vt patet ex ſcriptis per Ludo. in authen. ſimiliter. C. ad. l. falci. ſed melius in. l. 3. qua terno gabellarum. ℣ Propterea dicit Hoſti. in. d. c. tua nobis. de decimis. quẽ ibi refert do. Abb. q qñ tractatur de reſtitutione quotę, vel alicuius partis, tunc fruct⁹ deducuntur ſine aliqua deductione expenſarum. ℣ Idẽ ibi dicit Ioan. And. poſt Inno. & Spe. in ti. de loca. §. poſtquam. ver. quid ſi tibi. ℣ Et ſi certa portio fructuũ ſoluitur ſecundo genito, nõ eſt in cõſideratione, q frater primogenit⁹ debet ſoluere ſeruitiũ qñ eſt guerra. ¶ Pro hoc etiã bñ facit qđ idẽ Ioã. an. dicit in dicto. c. tua. referẽdo Inno. q vbi præſtatio ſoluit, p aliquo ſeruitio, vel cuſtodia, vel defẽſione dantis, vel ſimili cauſa, nõ cõſideratur q decimauit. ita nõ cõſideratur de fructibus, quando ſeruitiũ ſoluit. ¶ Iſta verba Matthæi de afflic. deci. nea. 252. licet contrariũ tenuit. vt ipſe refert in. d. l. imperialẽ. §. prętera ducatus. de prohibi. feu. alie. p Fede. ¶ Sed qđ hic dicit eſſe verum de pręeminẽtia primogenituræ vel primogeniti. de quo vide quæ dixi in glo. infra. proxima ſuper parte, prefieran, in ver. & iſtud eſt vnum.

x ¶ Prefierẽ. ideo patruũ ĩ totũ excludũt nepotes ℣ Nõ enĩ diuidit maiorat⁹ ĩter nepotẽ & patruũ. vt patet ex. l. iſta. ſed nepos patruo p̃fertur. ℣ Propter 24 ea q † ſunt de maioratu nõ veniũt in collatiõe bonorũ. tenet Bal. ĩ auth. ex teſtamẽto. vltima co. ver. ꝺci mũ octauũ capitulũ. C. de colla. & eſt ratio, qa taliforma deferũtur, vt nõ diuidãtur, nã talia iura non recipiũt ſectionẽ. Ideo ea cõferri impoſſibile eſt.

argu.

gos a los tranſuerſales z, de manera que ſiempre el hijo y ſus deſcendientes legitimos por ſu orden repreſenten la perſona de ſus padres y aunque ſus padres & no ayã ſuccedido en los dichos mayorazgos. ¶ Saluo

ren x al hijo ſegundo del dicho tenedor o de aq̃l aquiẽ el dicho mayorazgo pertenecia. ¶ Lo qual no ſolamente mandamos q̃ ſe guarde y platiq̃ enla ſuceſſiõ del mayorazgo a los aſcẽdientes y pero aun enla ſuceſſiõ de los mayoraz

Qõ. Oppo. Solu. reſtrĩgit Infert.

argu.tex.in.l.quædam mulier.ff.fami.her.l.carmelia pia.ff.de iure patro.&.c.licet de voto.

Adde. ¶ Bar.tamẽ,quem ſequitur Bal. in.l. peto.§.prædium.de lega.2. dicunt aliquos ſumere fraudẽ.vt † ſi res eſt prohibita alienari, ſuppo
25 nunt aliquos, qui fingunt ſe creditores, & ingrediuntur poſſeſſionẽ ex primo & ſecundo decreto,ne incidant in pœnam. vt. l. filiuſſamilias. §. olim de lega.1. ſed conſtito de fraude, non iuuabit. refert & ſequitur do.doct.de Pala. in repeti.c. per veſtras.de donat.inter vi.& vx.ſuper rubrica.col.205.in prin ci.ibi dũ dicit.facit quod in ſimili &c. ▽ Si tamẽ lis non fingitur,ſentiunt Bar.& Bal.& idẽ do doct.de Pa vbi ſupra,q̃ inalienabilia poſſent alienari,iuſta cauſa interueniẽte.nõ aliàs.idẽ dicit idẽ do.doct.de Pala.vbi ſupra.col.227. verſi. ad idẽ facit in ſimili. Quod ſępius vidi, & in facto habui, habita licẽtia regis,cauſa cognita,& cõſenſu prętendentiũ ius ad maioratũ.aliàs namq; vidi ſuper hoc diſpenſatum.
26 ▽ Sed quæro hic de queſtione,pater † primogeniti plura reliquit debita,nũquid pro ſoluendis iſta ſit iuſta cauſa ad vẽdendũ aliquas res maioratus ad volũtatem primogeniti,vel cõtra ipſius volũtatẽ:cùm iſtud ſit maximus fauor animę,vt parẽtis debita ſoluãtur. Tene q̃ nõ, ſed primogenitus debet illa ſoluere de reditib⁹ maioratus.ita dicit tex. mẽti tenendus.in.l.4.ti.16.ſecũda parti.maximè in verſi.pero ello deue ſer. ▽ Et iſtud eſt vnũ ius ſpeciale primogeniti:quia prę fertur aliis in ſucceſsione maiorat⁹. ▽ Et eſt aliud ſecũdũ Fran.Zãba.cõſi.ſuo.137.2.col.
27 in prin.nu.3.vbi dicit,q̃ † primogenitus habet inter cęteros filios prę eminẽtiam propter dignitatẽ primogenitur ę,ob quã ſibi multa debentur iura ſu per cęteros filios.vt habetur in.c.quã periculoſum. 7.q.1.vbi de omnibus notatur in glo. & ibi per Archi.& inter cętera eſt ius ſuccedẽdi in regno. vt.c. licet.de voto.ibi,ordine geniturę.ſol⁹ enim primogenitus ſuccedit,vt ibi.quia regnũ debet eſſe vnicũ,ideſt vni pertinere.not.ibi glo.fi.& ſupra dixi.
Nota. ▽ Et eſt ratio,q̃ affectio prioris eſt maior in ipſum quã in cęteros filios.ca.in apib⁹.7.q.1. nã idcirco filios concipimus atq; edimus, vt ex ipſorum prole diuturnitatis nobis memoriã in eos relinquamus. l. liberorum.in fine. ff. de verbo.ſigni.

Adde. ▽ Quę autẽ ſunt iura primogenitur æ, glo.in.d.c.quã ſit periculoſum.7. q.1. dicit q̃ ſunt tria. Primò, q̃ præcedit. Secũdò, q̃ ſedet ad dexterã patris. Tertiò q̃ debet habere duplicatũ ſtatũ Ioa.An.adddit aliã in. c.licet.de voto.quã ibi vide. De quib⁹ facit mẽtionem Georgi⁹ natã in repe.c.quãuis. de pactis. in ſexto. 3.col.in fi.ver.quę autẽ ſint iura. ¶ An,& quando bona ſubiecta reſtitutioni poſsint aliquo caſu alienari,dixi ſupra.in ver.ſi tantũ.ſed pleni⁹ & melius hoc. Alex. tertia parte.conſi.3. per totum. & cõſi.88.

¶ Ley. xlj.

Mandamos quel mayorazgo ſe pueda prouar por la ſcriptura dela inſtitucion del cõ la ſcriptura dela licencia[a] del rey q̃ la dio ſienportionem. C. de ſecund. nupti. vbi dicit, quòd beneficia vadunt ſecundum lineam ſanguinis: & potius ſequuntur lineam deſcendentem,quã tranſuerſalem. & optimus textus.in.l.2. titul.015. ſecunda partita.

y ¶ Alos aſcẽdiẽtes. argu.tex.in.l.quibus. C.de ſecũ.nup.vbi dicitur, quòd in beneficio patris ſuccedunt filij, excluſis aſcẽdentibus.

z ¶ Alos tranſuerſales. dicta.l. in quibus. & ibi Bald. verſicu.

28 & ¶ De ſus padres. Nota.q̃ † filius,mortuo patre, incipit tenere locũ patris, & ſuccedit in eius locũ prepreſentationẽ.vt.d.l.in quibus. C.de ſecũ.nup. qui ad hoc melior tex.de iure.& in.l.poſthumorũ. in prin.& ibi Bar.ff.de inoffi.teſta.tenet Bal.latè in l.cum antiquioribus.C.de iure deli. Abb. in. c. licet.de voto. ¶ Idẽ dicimus in filio, quando venit ad ſucceſsionẽ ex parte matris quis per repreſentationẽ matris.l.ſi viua matre.§.de bonis mater.

29 Adde. ▽ Apparet igitur ex ſupradictis, & ex.l.iſta, quòd † ſuccedẽs in maioratu proueniente ex parte matris, ſuccedit per repreſentationem,& in eo primogenitus præfertur ſecundo genito, prout in maioratu proueniente ex parte patris.

¶ Sed iſtud hodie non eſt indiſtinctè verum. Ímò iſtud modificatur & limitatur per quandã legẽ editam in curiis de Madrid,anno dñi.1534.in ordine.128.2.c.incipiente, Otroſi ſomos informados &c. quã vide & tene eam menti, quia multum etiã
30 facit ad.l.45.infra. ▽ Propterea nepos † non rumpit teſtamẽtum aui,quia ſuccedit loco alterius,vtitur eo iure, quo ille vti poterat,in cuius locum ſuccedit.l. qui quadraginta.verſi.nam hæres.ff.ad trebellia. de qua repreſentatione habetur plenè per Baldu.ſin lege & inteſtato.C.de ſuis & le.hære. & in dicta.l.2. C. de liberis prete. vel exhære. dixi in. l. 8. ſupra.

2 ¶ Diſpueſta. quia tunc forma diſpoſitionis & conſtitutionis maioratus eſt ſeruanda. vt hic. & bene facit.lege vigeſimaoctaua. ſupra.

¶ Qualiter poſsit conſtare de forma.vide per Bal in.l. liberti. 4. colum. C. de operi. liber. habetur in.l. infra proxima.

Summarium.

1 *Inſtrumentū vallatum numero duorum teſtium, an valeat.*
2 *Licētia, an probetur per literas, de quarū ſigillo vel ſubſcriptione dubitatur.*
3 *Licentia non ſcripta, an proſit.*
4 *Licentia, an poſſit probari per literas.*
5 *Licentia, an ſit titulus.*
6 *Scriptura qualiter debet confici, vt fidem faciat.*
7 *Probatio per teſtes, an ſit ſufficiens contra ſcripturam.*
8 *Exceptio propoſita contra inſtrumentum, an poſſit probari per teſtes.*
9 *Scriptura, vt probet, an debeat confici in prima perſona, an in tertia.*
10 *Mandatum regis, an, & quando poteſt probari per teſtes.*
11 *Teſtes deponentes ſuper ſcriptura, an debent deponere de eius tenore.*
12 *Teſtes illiterati deponentes de tenore ſcripturæ, an ſint falſi.*
13 *Inſtrumentum perditum, probato tamen eius tenore, an debet publicari.*
14 *Conſuetudo immemorialis, an habeat vim priui legij.*
15 *Conſuetudo in ſucceſſione dignitatis an ſit ſeruanda.*
16 *Opinio, an faciat plenam probationem.*
17 *Conſuetudo, an poſſit probari per vnum teſtem.*
18 *Teſtes in dubio, an præſumantur idonei. Et quando.*
19 *Teſtes, quando ſufficiunt minus idonei.*
20 *Conſuetudo immemorialis, per quos teſtes debet probari.*
21 *Præſcriptio immemorialis qualiter probetur.*
22 *Teſtis deponēs in cauſa matrimoniali, cuius ætatis debet eſſe.*
23 *Teſtis, an poteſt deponere de facto antiquiſſimo.*
24 *Teſtis, qui dicit aliquē ſemper poſſediſſe, an ſit falſus.*

MAndamos. Maiorat⁹ poteſt probari per ſcripturam inſtitutionis ipſius cū licentia principis, vel per teſtes deponentes de earum tenore, vel per conſuetudinem immemorialem probatam per teſtes concludentes, quòd anteceſſores tenuerunt, & poſſederūt illa bona loco maioratus: & eo modo filij maiores legitimi & deſcēdētes ex eis ſuccedebant in eis, licet poſſeſſor bonorum alios haberet filios. & ſine eo, quòd eius filius maior partem faceret aliqualiter. & vltra hoc iſta lex ponit quales debent eſſe teſtes, & qualiter debent deponere. hoc dicit. ¶ Vel dic breuius, quòd iſta lex ponit qualiter poteſt probari bona fuiſſe maioratus, & qualiter debent eſſe teſtes, & qualiter debent iurare. ▽ Non diuiditur, quia continet vnū factum. ▽ Nota primò ex lege iſta, quòd maioratus debet probari per ſcripturā inſtitutionis ipſi⁹. Et iſtud eſt regulare, q probatio per inſtrumenta fieri poteſt. vt in Spe. de proba. §. 3. ver. tertio per inſtrumenta.

¶ Maximè ſi inſtrumentū eſt antiquum: quia creditur ei, & magna fides ei dari debet, ſecundum Inno. in. c. veniens. de verbo. ſigni. tenet Pau. de caſt. conſi. 48. glo. & docto. in. c. tertio loco. de probatio. in parte, ſecundum aſſertionē prope medium.

¶ Quod eſt verum, ſi inſtrumētum eſt factum coram duobus teſti. & notario. vt per Bal. in. l. ſancimus. 1. col. ver. not. hic. C. de teſta. habetur in. c. quoniam contra. de probatio. & ibi ſcribentes. ¶ Sed tex. in. l. 1. titu. delas cartas y tranſla. fo. 1e. dicit, q requiruntur ad minus in inſtrumento tres teſtes. & l. 54. titu. 18. 3. par. dicit, q cum notario debent eſſe alij duo notarij pro teſtibus, vel in eorum defectu tres teſtes. & ita hodie obſeruatur. & eſt optimum, ne falſitas omittatur. ▽ Et ſi dicas. hoc eſt contra ius diuinum & canonicum per. c. cum eſſes. de teſta. & c. in omni negotio. de teſti. cum ſimi. vbi dicitur, q in ore duorū vel trium teſtium ſtat omne verbum. *Contra.*

ret,quia ſufficit,q̃ ſententia feratur ſub taxata eſtimatione. vt ibi glo. quę exponendo.d.l. cum propriã.hoc dicit in parte,taxata.Et eſt ratio,quia fructus non poſſunt commodè deſignari, videlicet,q̃ tantum fuerit in farina,tantũ in hordeo,tantum in frumẽto.&c.vnde ſufficit quędã cõſideratio æqua & generalis quãtum in ſumma potuerunt percipi. quod debet iudex conſiderare ſecundũ qualitatem fundi.vt per glo.in.l.2.C.de reſcin.vẽ. &.l.ſi quis. eo.ti. ℣ Sed an † de futuris poſt ſentẽtiam & añ reſtitutionem percipiendis poſsit iudex cõdemnare cùm quantitas eorũ ſit incerta,& non debiti, neq; iuris obligationis,neq; ex mora. Bal. in.l.1.C.ſi ſecun.nup.mu.arguit,q̃ nõ,per.l.1.ff. de vſuf. & per l,1.C.de vſu.dicit tamẽ, q̃ ibi loqtur de iuris rigore,vt de officio neceſſario.ſ. quia iudex non tenetur de neceſsitate officij.poteſt tamẽ ſi vult ex ęquitate officij. Allegat Inno.in.c.inter delictos.de donatio.vbi dicit,q̃ ſuper acceſſores procedit libell⁹ generalis : imò etiam ſufficit tacita petitio.& valet in certa ſententia. & in hoc reſidet Bald.in.d.l.1. & in.l.terminato.1.co.ver.nota q̃ ſufficit. C.de fructi. & litis expen. & Ioan. de Imo. in.l. ſi ſtipulatus. §.cũ ſtipulamur.ff.de verbo.obli. Ange.in.l.ſi marito.§.fi.ff ſolu.ma.quod vẽdicat ſibi locũ in cauſa ciuili. ¶ Sed quæro † an idẽ ſit in criminali,vt puta,ſi iudex maleficiorũ ex officio,vel ad petitionẽ offenſi proceſsit ſuper maleficio,neq; fuit petitum in libello refectio dãnorum,& expẽſarum,an poſſit mandare criminoſo,vt ſatiſſaciat læſo,ſi qualitas criminis hoc exigat.& Inno.in.c.cũ oportet,d̃ cauſa.tenet q̃ ſic,allegat quod habetur in authẽ. vt nulli iudi.§.hoc peruenit,collatione.9. ℣ Ex quo dicto colligunt docto.maximè moderni,q̃ † licet iudex maleficiorũ nõ poſsit ſe intromittere de cauſa ciuili,per id quod habetur in.l.ſolemus.§. latrũculator. ff.de iudi.tamẽ q̃ hoc eſt verum principaliter : ſed incidẽter bene poterit.pro quo allegat Ioã.de Ana. in.d.c.cũ oporteat.fi.col. & tex.in.l.interdũ.§.q̃ furem.ff.de furtis. ℣ Per quẽ tex.dicit ibi Bar.q̃ ſi formatur libellus de robaria facta,vel de damno dato, & petatur puniri criminaliter,& rem reſtitui, vel damnũ emendari,q̃ procedi poteſt,nec intentatur ciuilis & criminalis,in eodẽ libello contra legẽ interdũ. C.de publi.iudi. ſed videor intẽtare cauſam criminalem tantùm, & implorare officiũ iudicis, vt faciat rem reſtitui, vel dãnum emendari,ſecundum formã illi⁹.§.ita dicit ſe intelligere.l.medicus. ff.de variis & extraor.cogni.quod etiam tetigit Petrus de Anchara.in.c. conqueſtus. de foro compe. ℣ Et iſtud dictũ Inno. ſimpliciter ſequitur Bal.in.l.ea quidẽ.8.col. ver item quæritur an in crimine. C. de accuſatio. & q̃ eo facit quod notat idem Bal. in.l.cum vendẽte.C.vbi cauſæ fiſca.vbi dicit, q̃ fideiuſſor qui ſoluit pro condẽnato, poteſt implorare officium iudicis maleficiorũ,vt conſeruetur indemnis ab eo:quia iſtud venit incidẽter.ſ.eodẽ iudicio per modum ſequelæ. de quo per eundẽ Bal. in.l.cum corũ.C.de ſenten. ℣ Et pro iſto dicto Inno.facit quod notat Abb.in.c.cauſam.3.not. de reſtitutio.in integr.vbi dicit per illum tex.q̃ mandatum iuriſditionale ampliatur ratiõe incidẽtiæ.vbi per eum facit tex.in.l.quotiens.C.de iudi.vbi probatur,q̃ id quod non licet facere directè, conceditur ratione incidẽtiæ.& eſt ſimilis tex.in.c.ad quę ſtiones.de rerũ permu.quod etiam procedit in arbitro.vt eſt tex.in.l.cum proponas.ſecundum vltimam ſolutionẽ gloſæ.C.de reb⁹ cre.& facit ad prę dicta caſus in terminis ad limitationẽ dicti.§. latrũculator.l.1.ff.de concuſsio. ibi ablatũ eius in omni tempore præſens prouincię iubet,& delictum coercet.& in.l.penul.ff. de calumniatoribus.ibi reſtituí iubeat,& pœnam irroget.et in.l.ſi quis ſeruum. C.ad legem faui.de plagi. vbi ſoluta pœna reſtituí faciet. & in.l. dominum. C. de iniuriis, ibi damni etiam habiti rationem.& in.l.4.§.& ſi dicatur.ff.fini.regum.& in.d.l.medicus.Inno.in.c.cũ.p.in medio ſui commenti,de purga.cano.& in.c.quia plęriq;.in medio gloſæ maioris,de immu.eccle.Ioã de Ana.in.c. poſtulaſti.1. col. de homi. facit tex. in.l. quod euitandi. &. ibi notat Bal.C.de conditio. obtur.cau.Idem Bal.in.l.1.C.de appella. vbi dicit, q̃ fur in eadem ſententia mittitur ad furcam,condemnatur ad reſtitutionem malè ablatorum. & dicit ſe ponere ibi vnũ nouũ.q̃ vbi ponitur pœna mortis, Nota põt cumulari ciuilis & criminalis:de quib⁹ omnibus Felinus in.d.c.cũ oporteat,penul.col.vſq; in finem, de accuſatio.addit Ange. in repeti. in.l. ſi vacantia, in fine, de bonis vacanti.lib.10. vbi arguendo pro & contra,concludit,q̃ iudex poteſt cõdemnare inquiſitum ad reſtitutionem damnum paſſo. pro quo vide Bar.in.l.defuncto,in fine.ff.de publi. iudi.& in.l.penul.ff.de calumnia.notat Bal. in.l.2. ad finem.C.de eden.dicens,q̃ ex proceſſu inquiſitionis probatur damnum, vel intereſſe partis, qui non interfuit proceſſui, & qui confitetur ſuper inquiſitione ex eadem confeſsione, poteſt condemnari ſuper intereſſe partis,ſine alio proceſſu. allegat Inno.in.d.c.cum oporteat,de accuſatio. latè & eleganter idem Bald.in repe.l.cunctos populos.7. charta.ver. incidẽter iuxta hoc quęro.C.de ſummatri.& fide ca.limitans dũmodo de delicto cõſtet ex cõfeſsione inquiſiti, ſecus ſi ex cõtumacia,vel per teſtes,per rationes,de quibus p eum. ex quibus in Nota effectu eſt cõfirmata opinio Inno.in.d.c.cum oporteat. ℣ Et vltra prædicta vide Bal.in.l.ſi qs à ſe fundum,circa finem.ver ſexto quęro.C. ad.l. Iulia. de vi.pu.quia aliter ſentit.Idem Bal.& melius quã alibi in.l. qui crimẽ,penul.col.ver. circa finem iſtius legis.C.qui accuſa.non po.& in.l.1.C. quãdo ciui. actio pręiu.cri.omnino Sali.in.l. ſi quis à ſe fundũ, & in rubrica, prima col.C.de iudi.Bar.in.l.1.ff. ad turpilia.& iſtud nota quod habui in facto,& obtinui in accuſatione cuiuſdã, qui propter publicam

vtilitatē accuſauit quēdā de vulnerato, & iudex, p bato crimine per confeſsionē accuſati condēnauit accuſatū in abſciſsione manus. & ad ſatisfactionem
Qō. damnū paſſo. ¶ Quæro hic. quare † Iudex maleſi
17 ciorū condēnat vulnerantē ad ſatisfactionē damnū paſſo, etiam ſi nō peta tur, quando cōſtat de delicto per confeſsio nem accuſati, nō tamē quādo conſtat de delicto per teſtes, vel per contumaciā. Bald. in. d. l. qui crimen. ſi. col. verſic. ſi enim agit. dicit, q ex officio ſuo con dēnat accuſatum ad ſatisfactionem, quādo nō fuit petitum, ſed probationi aliter factę, quā per cōfeſ ſionem non oritur officiū iudicis, vt notatur. in lege. ſed & ſi poſſeſſoris. §. fi. ff. de iure iu. ergo nō cō demnat ad ſatisfaciendum damnū paſſo, niſi quan do delinquens verè cōfitetur delictum. ¶ Et, p hoc adduco quod ipſe Bald. dicit in. l. 2. §. quod ſi actor. prima col. ver. iuxta iſtam primam partem. C. de iu ra. calū. & in. l. 3. ver. ſed quid ſi non opponatur. C. de fide inſtr. Pau. de Caſt. & Ioan. de Imola in. l. ſi
Nota. cui. §. 1. poſt Bar. ibi de lega. 1. vbi dicunt, q ſi cauetur ſtatuto, q contumax habeatur pro confeſſo, ita in caſu noſtro ſi eſt propoſita querela cōtra aliquē, in qua eſt petitum criminaliter condēnari, ſi eſt cō tumax, cōdemnatur accuſatus de crimine crimina liter, nō ciuiliter ad ſatisfactionē & emēdationē dā num paſſo. ¶ Quod facit optimè ad. l. tertiā. titulo
Nota. delos emplazamientos. foro legum. & ad. l. 7. titulo delos aſſentamientos. tertia partita. trāſumptiuè in pragmaticis folio. 236. cum ſequenti. vbi ponitur forma procedendi contra abſentem accuſatum.

Oppo. ¶ Oppo. contra hoc de. l. ſi tutor. C. de interdi. mā
18 tri. iter pupi. & tuto. vbi dicit & ibi Bal. q † cōfeſ ſio ficta & à lege p̄ſūpta æquiualet cōfeſsioni verę
So. factæ in iudicio, parte p̄ſente. ¶ Pro ſolutiōe dic, q, p̄cedit in his, ſup quibus lex p̄ſumit non vltra. qđ patet in pragmatica ſuperius annotata in prin cipio. inquantū dicit, ſiue procedatur ad petitionē partis, ſiue ex officio. iuncto fine, dum dicit. condē nabit delinquentē contumacem in pœnis crimina libus. & c. non dicit & intereſſe partis. quod nota.

19 Adde. Dicitur hic in gloſſa ſupra, q † fur de bet furca ſuſpendi. & c. orta fuit quæ ſtio inter villā de Vtrilla ex vna par te, & villā de Almaluez ex altera ſuper iuriſditio ne tam criminali quàm ciuili. fuit pronunciatum, quòd vtraq; villa habebat iuriſditionem in ſuo ter ritorio, vel diſtrictu: & ſententia tranſiuit in rem iu dicatā. ſed in dicta villa de Almaluez nunquā fuit erecta furca, in qua facinoroſi ſuſpēderentur. Acci dit q homo quidā plura furta cōmiſit, p̄pter q̄ de buit (nō īmeritò) ſuſpēdi. fuit dubitatū, an iudices dictæ villæ de Almaluez poſſent de nouo erigere furcā, ī qua dict⁹ latro ſuſpēderetur. Et recepto pre mio ex labore, conſului, q iudices dictę villæ de Al maluez poterāt de nouo erigere furcā, quāuis dict⁹ malefactor nō ſuſpēderetur in ea, his iuribus & ra tionibus. ¶ Primò, quia merū imperiū, quod eſt punire malefactores, & mixtū īperiū, quod eſt de cauſis ciuilibus poſſe cognoſcere, cōprehēduntur ſub iſto noīe, iuriſditio, vt plenè Bar. in. l. imperiū.

parte alguna del vſu fructo de ellos.

1. col. ī fine. & ibi glo. quæ allegat iura. ff. de iuriſditione omnium iudicū. & multum plenius Oldra. conſilio ſuo. 10. per totum conſilium. Et erigere furcam, & tenere illam erectam, eſt ſignū meri imperij, vt facinoroſi ibi puniantur. nam in erectione furcarum veritur publica vtilitas. quia ſicut intereſt ne maleficia re maneant impunita, ſed vt malè meriti publicè pū niātur. vt. l. ita vulneratum. ff. ad. l. Aquiliam. & l. bona fides. ff. depoſi. & l. ſi actus. §. vlti. ff. de fide iu. ſic & multò forti⁹ vtilius eſt à toto principio ho mines terreri, ne ad maleficia prolabātur. q̄a meli⁹ eſt in tp̄e occurrere, q̄ poſt exitū vendicare, vt. l. 1. C. quādo lice. ſine iudi. ſe vēdi. & l. vlti. C. in q̄bus cau. in integ. reſtitu. nō eſt nece. glo. ī. c. ſuſcepim⁹. de homici. ſuper parte, intuerentur. quæ refert ſu pradicta iura. Erectio verò furcarū apertè ſit metu pœnarū. l. 1. circa principium. ff. de iuſtitia & iure. ideo, aliquādo exercebantur pœnæ, vt cæteri terre rentur. exemplo legis primæ. ff. ad legē Iuliā repe. & leg. eaut facta. in fine. ff. de pœnis. Sed q̄a execu tiones & impoſitiones pœnarū tranſeunt, & per cō ſequēs à memoria decidūt humana, inuenit indu ſtria publicè furcas erigi, vt ſuppliciorū renouare tur memoria. ſicut & monumēta inuēta ſunt in me moriā cōditionis humanæ. lege. quidā in ſuo. ff. de conditio. inſti. Et per hoc quaſi quadā lectione con tinua, quæ etiam melius per viſum imprimitur, q̄ per auditū ſolum. vt Inſti. de gradibus. in fine. à ma leficiis homines arcētur. ¶ Vertitur etiam in hoc vtilitas priuata, quia talis diuturna commemora tio (quæ per talia ſigna retinetur. vt lege. in noīe do mini. C. de officio præfec. pręto.) cedit ad ſolatium interemptorum damnum paſſorum. Itaq; in caſu propoſito duplex vtilitas colligitur. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. Eſt enim loco, ppoſitionis cuiuſdā dicti, quo cautum fit, vt ſi quis tale malefi cium commiſerit, malo loco periturus eſſet. vt. l. ſuc calatij. §. quædam. ff. de extraordi. crimini. ¶ In hac itaq; erectione furcarū concurrunt vigor publicę diſciplinæ, & vtilitas priuatorum. vt. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. & vectiga. nulli ergo du bium eſt, quin ſit licita, vt plenè & notanter dicit Oldradus conſilio ſuo. 141. quaſi per totum conſi lium. motus per fundamenta ſupradicta.

¶ Hinc eſt, q iudex habens merū imperiū poteſt erigere furcā in loco ſuæ iuriſditionis, quātocūq; tēpore ſtet, q in illo loco, vel in perſonas illius loci non vtatur omni iure, quod in eis habet, vel in ali quo capitulo, nec contra eum ex hoc præſcribitur. nam ſemper poſsidet iuriſditionem in erigendo furcam,

furcam & puniẽdo malefactores.maximè ſi in aliquib⁹ cauſis criminalib⁹ vſus eſt illo iure vel mero imperio. Ad quod bene facit ſingulare dictum Inno.in.c.dilectus.2.col.in principio in glo. poſſeſſoriũ de capellis monacho.pro quo eſt gloſſ.in c.cũ eccleſia. ſup parte trium Epiſcoporũ de cauſa poſſe. & proprie.hoc idẽ dicit Barto.in.l.in filiis.in ver. tertiam partem de decurionibus lib.10.vbi dicit q̃ ſi habens ius in Eccleſia eligendi rectorem & per centum annos non elegit quia non expediebat nõ perdit ius ſuũ quo minus poſsit eligere. ¶ Hinc etiam dicit quòd ſi ciuitas debet facere exercitum quando facit princeps vel eccleſia Romana,& per centum annos ſtetit iſta ciuitas q̃ nõ fecit quia neceſsitas non exegit q̃ princeps vel eccleſia Romana qui debent hoc recipere non perdunt ius ſuum per dictã. l. in filiis.quã notat ibi ſingulariter Bar. ¶ Et nota ad ſupradicta q̃ ſi in loco eſt furca erecta eſt,pbata ex eo iuriſditio. ita Bal.in.c.primo. 3.col.in ver.corporum.quid ſit inueſti.& in.l.à,pcuratore.C.mandati. & in.l.arboribus.§.de illo & ibi floria.ff.de vſufru. ¶ Item nota q̃ fructus iuriſditionis iſto caſu dicitur pœnę delictorũ quæ pro delicto cõmiſſo in fine temporis quo cõceſſa eſt iuriſditio alicui nõ tamẽ ſecuta condẽnatione pertinet ad dominũ concedentẽ non ad illum.tenet Bal. ſingulariter in lege terminato.2.col.C.de fructi.& litis.expen.quod facit ad glo.in lege.48. in parte vſufructo.ſupra. ¶ Vlterius quęro † per quod tẽpus debent ſtare facinoroſi furca ſuſpenſi. Videtur q̃ ſi oportet homines terreri vt motu pœnarum à delictis arceantur debẽt ſemper ſtare furca ſuſpenſi.contrariũ eſt verum. imò debent ſtare ſuſpenſi illa die qua ſuſpendũtur vſq; ad veſperas & ſolis occaſum. ita dicit Bal.in cap.1.§.iniuria.de pace iuramento firmanda. in vſibus feu. Plenius Petrus de Rauena poſt ſuum alphabetum aureũ. not. pro quibus eſt textus ſingularis Ioſue. 8.ca. prope finem.& Deutero.21.in fine. quod bene not.tu iudex maleficiorum.

¶Ley.xlix.

MAndamos que

Summarium.

1 *Iudex ſecularis an poteſt cognoſcere de cauſa matrimoniali, & quando eccleſiaſticus.*
2 *Iudex ſecularis quando cognoſcit de cauſis eccleſiaſticis & inter clericos ratione vſus illatæ.*
3 *Reges Hiſpaniæ, an ſint patroni eccleſiarum. Et clericus an, & quando poſsit conueniri coram iudice laico.*
4 *Res,an dicãtur ſecundus ſanguis hominis.*
5 *Rex in coronatiõe an debeat curare & protegere eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas.*
6 *Oppreſsis denegans fauorem, an quodammodo Chriſtum denegare videatur.*
7 *Vicinus,an tenetur ſubuenire vicino,& quando.*
8 *Iudex ſecularis,an,& quando poteſt punire contrahentes matrimonia clandeſtina,& non eccleſiaſticus.*
9 *Vir & mulier delinquentes,an puniantur eadem pœna:*
10 *Matrimonium contrahentes clandeſtinè, qualiter puniantur. Et quid in contrahentibus ſponſalia.*
11 *Prohibito aliquo,an videatur prohibitum omne id,per quod peruenitur ad illud.*
12 *Prohibita pignoris traditione, an ſit prohibita eius obligatio.*
13 *Prohibita alienatione,an ſit prohibita pignoris obligatio.*
14 *Prohibito conſequenti,an ſit prohibitum antecedens.*
15 *Pœna appoſita vni ex correlatiuis, an videat̃ alteri appoſita.*
16 *Statutũ putniẽs vẽditorẽ fundi,an cõprehẽdat etiã emptorẽ.*
17 *Matrimoniũ contrahẽtes per vim,an puniantur pœna ſtatuti.*
18 *Matrimonium quando præſumatur contractum.*
19 *Matrimonium quando dicatur clandeſtinè contractum.*
20 *Matrimonium contrahentes clandeſtinè,an poſsint pœnitere.*
21 *Matrimoniũ contrahentes clandeſtinè,quæ delicta cõmittũt.*
22 *Procurator contrahens matrimonium clandeſtinum pro alio, an puniatur eadem pœna,qua principalis.*
23 *Teſtes qui prohibentur eſſe,& quibus caſibus.*
24 *Tabellio,qui interfuit matrimonio clandeſtino, qualiter ſit puniendus.*
25 *Tabellio,an poteſt rogari in contractu vſurario,ſeu illicito.*
26 *Tabellio,ſeu notarius qualiter debeat loqui in contractu.*
27 *Clericus, qui interfuit vt clericus matrimonio clandeſtino, qualiter puniatur.*
28 *Mulieres matrimonio clandeſtino intereſſentes, an excuſentur à pœna legis.*
28 *Matrimonium contrahentes clandeſtinè,an perdant bona,& cui applicantur.*
29 *Bannitus à regno,qui ſe tranſtulit in locum de nouo acquiſitũ, an poſsit in eo ſtare.*
30 *Bannitiones à quibus procedunt.*
31 *Cauſæ exheredationis filiorum à parentibus,quæ ſunt.*
32 *Contrahentes matrimonia clandeſtina & intereſſentes, an, & à quibus poſsint accuſari.*
33 *Vidua matrimoniũ cõtrahens ſine voluntate parentum, an puniatur pœna contrahentium matrimonium clandeſtinũ.*

MAndamos. Contrahens cũ aliqua matrimoniũ clandeſtinè eo ipſo contrahens & intereſſentes & teſtes amittunt oĩa bona ſua & applicãtur fiſco.& ipſi in perpetuũ deportãtur.& iſta cauſa eſt ſufficiens vt parentes poſſint filios exhereda re nec aliquis poterit filias accuſare niſi pater & eo mortuo mater.hoc dicit. ¶ Profectò iſta lex hodie eſt neceſſaria qa fæpènumero contrahuntur matrimonia clãdeſtina.multotiẽs in gradu,phibito.multotiens contra voluntatẽ parentum.ex quo multa & magna ſequũtur damna prout experiẽtia docet. ¶ Cõcordat in aliquibus cũ. l. iſta.l.1.titulo delos caſamientos , foro legum &.l.fi.titulo tertio.quarta partida.&.c.cũ inhibitio.de clandeſt.deſpõ.&.l. fina.ff.de ritu nup.Et quod dicit Barto.in.l. ſecũda de his qui ex publicis rationibus mutuam pecuniã acceperũt li.10. vbi dicit.q̃ clã dicitur fieri quicqd taliter fit,q̃ non poſsit venire in notitiam eius cui? Concor.

intereſt, vt ſunt matrimonia. &c. quia ſi eſt cõſuetudo, q̃ matrimoniũ contrahatur palàm & publicè, ſi contrahitur corã teſtibus, dicitur clandeſtinè cõtractum. vt ibi. & vide quaſi per totam. 30. q. 6.

Adde. Nam per iſtam legem quodammodo videtur approbata. lex ſi vt proponis la. 2. C. de nuptiis. vbi dicitur, quòd ſi lia non contrahit matrimoniũ ſine volũtate patris: & ſi contrahit clandeſtinè, incurrit pœnam iſtius legis, matrimoniũ tamen tenet, nec irritatur, licet contra voluntatẽ patris cõtrahatur. vt notant in terminis Ioannes And. & Dominicus de ſancto geminiano in capitulo. ſtatutum. de hæreti. lib. 6. idem Ioannes And. in cap. 2. de ſecun. nuptiis. Antonius de Bu. in capitulo. 1. de ſponſa. Ioan. And. in additio. ad Spe. in titulo. de ſponſalibus. in rubrica. Bal. in lege conſtitutioni. C. de inſti. & ſubſtitu. ſub cõditio. fac. probat textus in capitulo ſanctus. 32. quæſtione ſecunda. & capitulo. de raptoribus. trigeſima ſexta quæſtione prima.

¶ Opp. contra iſtam legem cum ſimi. & videtur q̃ 1 non procedant: quia † cauſa matrimonialis dicitur eccleſiaſtica, & null⁹ poteſt cognoſcere de ea citra Epiſcopum. vt capitulo. accedentibus. de exceſsibus prælato. qui textus non reperitur alibi. ſecundum Abbatem in capitulo primo. de conſangui. & affi. quanuis Innocentius ibi allegat textum in capitulo. perlectis. 25. di. & in capitulo primo. de offi. archidia. ¶ Et dictum Abbatis eſt verum. intantũ, q̃ nõ ſolum principaliter, ſed incidenter iudex ſecularis non ſe intromittit de caſu matrimoniali. vt habetur in capitulo. tuam. de ordi. cogni. & in capitulo. lator. qui filij ſint legi.

¶ Item quia ratione peccati iudex eccleſiaſticus eſt competens, non ſecularis. vt capitulo. nouit. de iudi. ideo eccleſiaſticus non ſecularis punit contrahentes matrimonia clandeſtina.

Adde. ☞ Quod notanter dicit Alex. 3. parte conſilio. 1. 8. & 6. colu. plenè. in. l. 1. 9. colũ. in fine. ff. ſolu. matri. ¶ Solutio. concedo q̃ nullus citra Epiſcopũ cognoſcit de cauſa matrimoniali, quãdo principaliter diſputatur de ea, quæ eſt quæſtio facti ſuper matrimonio, neq; venit diſcutiendum aliquid iuris, ſicut eſt punire cõtrahẽtes matrimonia clandeſtina, tunc princeps ſecularis cognoſcit de ea. vt tenent Docto. & Abb. in c. cùm ſit generale. 9. col. de foro cõpe. & in. c. literas. 3. col. in. ver. cõtra illud membrum. de iuramẽ. calũ. tenet Bald. in. l. titia. ff. ſolu. matrimonio. & in lege ſecunda. ff. de iuriſditio. omnium iudi. & in lege. quotiens. C. de iudi. & eſt optimus textus. in capitulo petimus. 10. quæſtione prima. ☞ Quia ſic 2 videmus in ſimili, q̃ † cognoſcit de iniuria illata clerico conſecrato, & ſpirituali, & de illata eccleſiæ cõſecratæ, eſt enim iudex: nõ qa iudicat de ipſo ſpũali: ſed de iniuria illata ſpũalitati. vt. d. c. cũ ſit generale. & l. ſi quis in hoc gen⁹. C. de epiſcopis & cle.

3 Adde. ☞ Hinc eſt, q̃ † cùm Reges Hiſpaniæ ſint patroni, & protectores eccleſiarũ, & clericorum. vt. l. 2. ti. 3. lib. 1. ordinamentorũ. & l. 18. tit. 5. 2. parti. ſi clericus ſpoliaret clericũ, vel aliter ei vim faceret, & ſpoliatus haberet recurſum ad regẽ, poſſet rex ratione vis illatæ ſe interponere, & ſuccurrere tali oppreſsioni, ſeu ſpolio. ¶ Sed multum in oppoſitũ facit. c. ſi diligenti. de fo. compe. cũ concordan. quæ ibi allegantur. vbi clericus, nec actione perſonali, nec actione reali (etiam ſi vellet) poſſet conueniri corã iudice laico, vel ſeculari ☞. Itẽ, quia ſecundũ opinionẽ plurimorum doctorũ cononiſtarũ cauſa poſſeſſorij beneficij eccleſiaſtici tanquã ſpiritualis nõ poteſt agitari corã iudice ſeculari. quia cauſa poſſeſſorij ſuper beneficio, dicitur beneficialis. vt in cle. vna. de cauſa poſſeſsio. & proprie. ☞ Et dicit Spe. in ti. de contumacia. in. §. ſequtur. ver. illud. q̃ Clemẽs Papa ita p̃nũciauit, & oẽs Doctores cõcurrebãt ad hoc, licet aliter ſẽtiat glo. in. c. eũ q. de eo q̃ mittitur in poſſeſſionẽ. li. 6. ¶ Sed his nõ obſtãtib⁹ prima opinio eſt verior. Imò reges Hiſpaniæ poſſunt de iure q̃relãti de ſpolio beneficij eccleſiaſtici facto per clericũ, de ſimilibus ſpoliis & vexationibus ſuccurrere, & non cõſentire oppreſsionibus, ſeu ſpoliis, & prouidere, exẽplo ſanctorũ patrũ prouidentiũ ad reprimendã iniuriã & oppreſsionẽ illatã querelãti, quia illud eſt officiũ charitatis. ☞ Eſt tamẽ verũ, q̃ debet procedi nõ per modũ iudiciariæ authoritatis, ſed prouideri notoriè, & euidẽter oppreſſo, & ſpoliato, vt ſibi fiat reſtitutio: ita q̃ talis reſtitutio poti⁹ ſit defẽſio extraiudicialis, quàm iudicialis. ſicut infiniti dicim⁹. ſi clericus ſit depoſitarius ex ordinatione iudicis ſecularis, poteſt iudex ſecularis cogere clericũ ad reſtitutionẽ depoſiti, & non procedere cõtra eũ per modum iudicij, ſed executiuè in cõſequentia officij ſuſcepti. ita Bald. in. l. acceptã. 1. col. in. fi. C. de vſuris. hoc etiã approbat Bal. & Iaſo. in. l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatũ. ff. qui ſatiſd. cogã. ¶ Et ad effectũ vt poſsit oſtẽdi, q̃ dicta defenſio ſit præſtanda regali officio in notorio ſpolio, vel in quietatione, aut moleſtia, ſufficit ſi per notoriũ facti & euidentiã rei apparebit querelantẽ iniuriatũ ſiue ſpoliatũ fuiſſe, præſtetur regali officio defenſio ipſi ſpoliato, vt recuperet ſuã poſſeſſionem. Et iſta præſtatio defenſionis præſtita regali officio, & nõ per modum cognitionis iudiciariæ, permiſſa eſt omni iure, per ea quæ cõtra in. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. concor. quæ ibi allegant. ¶ Nã rex tenetur defendere non ſolũ ſuos vaſallos, & eis auxiliari, ſicut tenetur vaſallus regi. vt in. c. 1. de forma fideli. & in. c. 1. qualiter domi. proprieta. priue. & in. c. dño cõmittẽte. ſi de feudo defũ contro. & glo. in. c. 1. de prohi. feu. alie. per Federi. Pleni⁹ per totũ titulũ. 10. 11. & 12. 2. parti. ſed etiã pro defenſione rerũ.

4 Quia res † dicũtur ſecũdus ſanguis hoĩs. vt eſt glo. iũcto. tex. & ibi Bal. ĩ. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudiciorũ.

iudiciorum.& idem Bal.in.l.ſi tuis numeris.C.de
5 ope.lib.℣Imò etiã †debet protegere & defendere eccleſiaſticas perſonas. Et iſtud eſt de forma iuramẽti,quod prẽſtat rex in ſua coronatione, vt patet in lib.põtificali eccleſiæ Romanæ,de quo loquitur text.in cle.1.de iureiuran. ¶ Et per conſequẽs rex præſtando defenſionẽ clerico ſpoliato,vel oppreſſo,aut vim paſſo cõtra alium clericũ,qui ſpoliauit, vel ad quẽ peruenit res ſpoliata cum vitio ſpolij,licet ipſe non ſpoliauit, quia ſucceſsit in vitium,& cũ peccato retinet beneficiũ,ſeu rem ſpoliatam (vt notatur in.c.ſæpe.de reſtitutione ſpo.)facit officiũ charitatis,& implet officiũ,quod iurauit.ſ.protegere,& defendere eccleſias,& eccleſiaſticas perſonas ab iniuriis. ¶ Ad quod bene facit ſcriptura diuina,de qua habetur.Exodi.2.c.vbi Moſes Aegyptiũ occidit:quia percuſsit hebrẽum.facit.c.petimus.11. q.1. &.c.quidã monachi. 16. q.1. vbi patet,quòd ad querelam nedum laici,ſed etiã clerici paſsi violentiã,à prælato ſuo,rector prouinciæ aut defenſor ciuitatis eius officiũ interponit,vt cõſtito ei de violẽtia, reducat ſpoliatũ in poſſeſsionẽ. ℣Hoc idem firmat Lucas de pena.in.l.ſi coloni.vlti.q.de agrico.& cenſi.lib. 11. ℣Imò vult tex. in.c.omnis. 7.q.
6 1. quòd † ſi quis negauerit oppreſsis debitum fauorem,quodãmodo Chriſtũ negare videtur. ¶ Hinc etiã tex.in.c.dilecto. de ſentẽ.excõ.li. 6.in.§.& qui
7 dẽ.dicit,q† vicin⁹ tenetur etiã ſubuenire vicino oppreſſo,aliàs nõ caret ſcrupulo ſocietatis occultę,qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et no.q ſupradicta procedũt nedum ſi clericus ſpoliauit clericũ, ſed etiã ſi clericus ſpoliauit laicũ. ita dicit Matth. de affli. deciſ.nea. deciſ.85.nu.1. & quaſi per totam
Altera deci. ¶ Nec obſtant in contrariũ allegata,quia illa
ſo. procedũt,quãdo rex per modũ ordinariæ iuriſditionis,& cũ cauſæ cognitione,vt iudex, vellet procedere cõtra clericũ,quia tũc nõ poſſet . quia Diui ſum imperiũ cũ Ioue Cęſar habet.vt ait Virgilius. & ita loquũtur omnia cõtraria. Sed quãdo rex procedit ad prẽſtandã defenſionẽ notorio ſpoliato, & oppreſſo per aliũ clericũ per facti notorium & euidentiã rei,& pro apparentia notorij procedere poteſt,& debet:aliàs ſcrupulo nõ careret .vt bene colligitur ex.d.c.dilecto.Et ita obſeruatur in curia catholicorũ regũ Hiſpaniæ , vt ſi vis infertur etiã in curiã,& cõſtito de vi,ſubuenitur oppreſſo. ¶ Itẽ ſi clericus moleſtatur in poſſeſsione rei ſuæ,vel eccleſiæ ſuæ,& agit cõtra laicũ vt ceſſet à turbatione, licet agat nomine ſuo, vel eccleſiæ ſuæ:cùm non veniat diſcutiẽdũ in hoc aliquid iuris ſpiritualis, ſed quid meri facti,an turbet,& an poſsideat, in his nõ repugnat laicũ iudicẽ cognoſcere cõtra laicũ. neq; poteſt dici in aliquo hæc quęſtio ſpiritualis, cũ de ſpiritualitate nullatenus diſputetur ſecundũ Abb. in.d.c. literis. ℣Prẽterea licet iudex eccleſiaſticus poſsit cognoſcere de cauſa ratione peccati per. d.c. nouit. attamẽ nõ minus iudex ſecularis ſe intromit tit,& peccãtes punit.vt.d.c. nouit. & ibi ſcribẽtes. & in.d.c.cũ ſit generale. ¶ Et nota,q ſi princeps ſecularis nõ poſſet cognoſcere de cauſis,in quib⁹ interuenit peccatum,de nulla cauſa criminali poſſet cognoſcere.quia peccãtes,nõ alij,debent puniri.vt habetur in Spe.de offi.omniũ iudi.§.1.ver.& generaliter.& in rubro & nigro. C. ne filius pro patre. ℣Itẽ,quia ſi hoc eſſet,crimina remanerẽt impunita:quia eccleſia non imponit pœnã ſanguinis.vt.c. clericis.&.c.ſententiam.ne cleri.vel mona. ¶ Qua propter dicendũ eſt, vt ſupra, q licet matrimonia clãdeſtina ſint per ius canonicũ principaliter prohibita,coadiuuando ius canonicũ poſſunt etiã per ius ciuile prohiberi,& cõtrafaciẽtes puniri.de quo tu habes bonũ tex.& ibi doct.& Abb.in.d.c.cũ inhibitio.de clã.deſp. ¶ Itẽ alienatio rerũ eccleſiarũ eſt prohibita per ius canonicũ , quarum iudicium pertinet ad iudicẽ eccleſiaſticũ.per.c.hoc ius.10.q. 2. &.d.c.cum ſit generale.attamẽ ius ciuile coadiuuando ius canonicũ prohibet alienationem rerum eccleſiarũ & emptoribus pœnã imponit.per.l. iubemus nulli.C. de ſacroſan. eccle. cum ſimili.℣Itẽ crimẽ vſurarum ratione peccati eſt prohibitũ per ius diuinũ & canonicũ,& eius punitio principaliter ſpectat ad iudicem eccleſiæ,vt habetur in. c. cũ tu.de vſuris.&. c. cum ſit generale.vbi glo. de foro cõpe.attamen coadiuuando ius diuinum & canonicum,ius ciuile prohibet vſuras , vſurarioſq; punit. vt habetur in ti.de vſuris.in ordina.& eſt optimus tex.quẽ neſcio alibi in.c.poſt miſerabilẽ.de vſuris. vbi etiã iudex ſecularis vſurarios punit. Et eſt ratio,quia (vt ſupra dixi) iſtud nõ eſt cõtra ius canonicũ,imò coadiuuat id, quod poteſt, & debet princeps ſecularis facere . vt habetur in cap. ſi imperator.&.c.duo ſunt. 96. diſt.c. princeps.&.c.adminiſtratores. 23. q.5.&.c.cauſam.qui filij ſint legitimi.
¶ Quęro de quęſtione,quę poteſt pluries in facto *Quæſtio.*
8 eſſe. ℣Iſta lex dicit,q† iudex ſecularis poteſt punire cõtrahẽtes matrimonia clãdeſtina, & intereſſentes &c.Item ex mente.c.cum inhibitio.de clandeſti.deſpon. & ex his,quæ ibi dicunt doctores & Abb. in verſi.quæro quid in laicis,colligitur q iudex eccleſiaſticus poteſt punire tã contrahẽtes matrimonia clandeſtina,quã clericos & religioſos,& laicos intereſſentes.nũquid vterq; poſsit cognoſcere & punire? Videtur q ſic:nam pœna eſt diuerſa, & à diuerſo iure impoſita. igitur &c. Sed iſtud eſſet verum,ſi vna pœna nõ eſſet per ſe ſufficiens.vt in.c.ſi quis cuiuſlibet. 30. q. 5. &.c.attendẽdum.27. q.4.Sed quia pœna impoſita per iſtam legẽ eſt ſufficiens,nõ debent contrahẽtes,nec intereſſentes duplici pœna puniri.vt in.c.at ſi clerici.in.§. de adulteriis.& ibi glo.de iudiciis.&.c. preſbyter.81.diſt. cũ ſimilibus. ℣Vel aliter poteſt dici , q eſt locus prẽuentioni.argu. l.1.ff. de officio conſu.& l. cum quædam puella.ff.de iuriſditio.omnium iudi.& l. ſi pluribus. §. fi. cum ibi notatis per Bar. de lega.1.

Sed iſtud eſſet verum, quando iudices eſſent paris conditionis & dignitatis: nam præueniendo vnus, ipſe de cauſa cognoſcit, aliàs dignior & principalior iudex prę fertur. vt per Bald. in. l. per agrũ in fine. C. de ſerui. & aqua. Sed quia matrimonia clandeſtina ſunt per ius canonicum prohibita, vt patet per totũ titulum de cland. deſpõ. igitur iudex eccleſiaſticus videtur q̃ ſit dignior, & principalior, & q̃ ipſe debeat præferri. ¶ Vel aliter & tertiò poteſt dici, q̃ ſi ambo pariter cognoſcũt ſe inuicem coadiuuant. per tex. in. l. gallus. §. ille caſus. ff. de liberis & poſthu. ¶ Vltimò ergo teneo, q̃ iudex eccleſiaſticus punit clericos, & religioſos, & ipſos contrahentes matrimonia clandeſtina quo ad progeniem ex tali matrimonio ſuſceptã per dictum. c. cum inhibitio. iudex verò ſecularis punit contrahentes matrimonia clandeſtina, & intereſſentes, ſi ſunt laici, & de foro ſeculari, iuxta formã iſtius legis, cùm ſint ſuæ iuriſditioni ſubiecti, & ſic vnus alteri non ſe impediunt. ¶ Et ſi dicatur quòd matrimonia clandeſtina ſunt per ius canonicum prohibita, eſt verũ: attamen per ius canonicũ non eſt pœna impoſita contrahentibus, nec intereſſentibus laicis, ſed tantum ſoboli ex tali matrimonio ſuſcepta, & ipſis clericis & religioſis. propterea coadiuuando, & extendendo ipſum ius canonicũ potuit rex noſter extẽdere pœnam iuris canonici (ſi poteſt dici extenſio) contra laicos ſue iuriſditionis, vel de nouo pœnam imponere propter contẽptum iuris canonici, per ea, q̃ ſuperius dicta ſunt in glo. iſta. Vel aliter & pulchrè. Certum eſt, & indubitatũ, q̃ criminẽ inceſtus eſt criminẽ eccleſiaſticũ cle. 1. de cõſan. & affini. & per ius canonicũ inceſtuoſus punitur ad perpetuũ carcerem, nõ tamẽ propter hoc impeditur iudex ſecularis, quin poſſit inceſtuoſum decapitare: quia pœna epiſcopi propter qualitatem iuris non correſpõdet proceſſu, ideo cũ delictũ non ſit plenè punitũ ſecundũ ius canonicũ, debet plenè puniri per ius ciuile. vt. l. ſi quis. ff. de officio pro con. & l. ſi. ff. de officio prę fe. vr. & l. 2. C. de ſportu. Bal. in. l. cũctos. C. de ſumma tri. 6. opp. refert glo. in. l. 1. ti. 8. lib. 4. fo le. in parte. a ſabiendas. in fine. Idẽ dicendum eſt in caſu noſtro. ¶ Sed iterum quæro circa hoc de quæſtione. Dicit. l. 6. titu. 16. (aliàs delas appellaciones. lib. 3. ordinamentorum) quòd à ſententia trium milliũ morabetinorum non poſſit appellari, niſi ad cõſilium illius loci, in quo data fuit ſententia: quę quantitas hodie eſt prorrogata vſque ad ſentẽtiam ſex millium morabetinorum. vt legitur in legibus editis in curiis Valiſoleti anno domini. 1523. petitione. 96. ſed alia lege. 132. quaterni gabellarum dicitur, quòd à ſententia prolata ſuper reditibus regis debet appellari ad curiam calculatorum ipſius regis. eſt dubium, ſi fertur ſententia ſuper gabella in minori ſumma ſex millium morabetinorũ debeat appellari ad conſilium illius loci, in quo fuit prolata ſententia, an ad curiã regis. ¶ Ad idem. prę ſuppoſita. l. 6. & 26. de quibus ſupra. dicit l. 5. ti. 3. lib. 7. ordi. q̃ à ſententia lata ſuper paſcuis publicis occupatis debeat appellari ad curiã regis, & q̃ ibi cognoſcatur de proprietate. fortè paſcua occupata non aſcendunt ſummã ſex milliũ morabitinorũ, an debet appellari ad conſiliũ dicti loci, in quo data fuit ſententia, an ad conſilium regis. Quæſtio eſt notanda, & (videri meo) bene deciditur per ea, quæ notanter dicit Bal. in. l. executorẽ. 5. col. prope mediũ. in verſi. pone duo ſunt ſtatuta. C. de executione rei iudic. vbi dicit. duo ſunt ſtatuta. vnũ q̃ ſentẽtiæ pupillorũ mandentur executioni per priores artium tantũ. aliud ſtatutũ dicit, q̃ ſententiæ, à centũ libris ſupra mandẽtur executioni tantũ per poteſtatem. modo lata eſt ſententia pro pupillo inducẽtis, quę rit Bal. vbi ſupra, quis ex iſtis iudicib⁹ debeat exequi. Et concludit q̃ ſpecialior iudex cognoſcit. Sed quomodo cognoſcatur quis ſit ſpecialior, reſpõdet pẽr hanc doctrinam: q̃ illa qualitas, quæ poteſt ineſſe pluribus, illa eſt generalior: illa verò, quæ vni ſoli poteſt ineſſe, eſt ſpecialior. per notata in. l. iuriſ gentium. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pactis. Ita dicit in propoſito, q̃ qualitas poteſt ineſſe quilibet de genere, & cuicunq; ætati: ætas autem non poteſt ineſſe niſi ſibi ipſi. ergo inſpiciat iudex datus ætati. quod dicit menti tenẽdum. & ſic dicit, quòd paruum genus magno generi derogat. ideo in caſu propoſito cognoſcunt calculatores curiæ regis, non rectores, cum præſide ciuitatis, vel conſilium loci, in quo data fuit ſententia. nam cauſa gabellarum vel redituũ regis ſpecialior eſt, quia paucis conuenit, & fauorabilior, quã aliæ cauſæ in generale. vt plenè Bal. in. l. 1. C. de priuile. fiſci. & multa ſunt iura idem dicentia. Sed Bar. in. l. in ſacris. 1. co. in ver. quod not. de proximis ſacrorũ ſcriniorum. lib. 12. dicit, q̃ ibi eſt caſus huius quęſtionis contra Bal. vt ſi dicit ſtatutũ, q̃ hoſpitale miſericordiæ nõ poſſet agere vel conueniri niſi ſub iudice ſancti Petri: & aliud ſtatutũ dicit, q̃ iudex portæ burneę ſolum habeat cognitionem à decẽ libris: q̃ hoſpitale poterit agere pro cauſis à decem libris infra coram iudice portæ burneæ. Sed cõtra Bar. tenent quaſi omnes ſcribẽtes in. l. gallus. §. fi. & ibi Alex. 3. col. cum ſequẽti. in ver. itẽ not. ff. de liber. & poſthu vbi dicit ſe pluries dixiſſe, q̃ Bar. ibi nõ ſcripſit, ſed quidã doctor Peruſinus. tenẽt etiam omnes cõtra Bart. in. l. titiæ tex. & ibi idem Alex. 1. col. in ver. notat. etiam. ff. de leg. 1. idẽ Alex. poſt Bar. in. l. 2. in princi. ff. de verb. obli. multò pleni⁹ in additio. ad Bar. in. d. l. in ſacris. Petrus de Ancha. in. c. canonum ſtatuta. in verſi. ſed pone duo ſunt ſtatuta. de cõſtitutioni. & iſtam opinionem tene, nam ſic obſeruatur vbique.

Q5.

Contra.

trimonio [b] q̃ la ygle- el que cõtraxere [a] ma

[a] ¶ El que contraxere. nota. caſum † in quo maiori

iori pœna punitur vir delinquẽs,quàm mulier. Et eſt ratio,quia iſto caſu mulier præſumitur decepta à viro.vt dicunt docto.in.c.ſi vi.rde adulte. ¶ Punitur tamen eadem pœna qua vir.in caſu.l. ſi quis. in tantam.C. vnde vi.& habetur per glo. & Barto. in. l. ſi mulier. §. rerum. ff. rerum amo. & in. d. l.ſi quis. per glo.& Barto.& docto.

10 b ¶ Matrimonio. Quæro † an contrahẽs ſponſa-
Queſtio. lia per verba de præſenti,vel de futuro tantũ incurrat pœnam iſtius legis. Pe.de Ancha.conſi.ſuo.17. incipi.in Chriſti nomine amen pro ſolutione dubiorũ.quem refert & ſequitur Feli.in rub. de ſponſa.3.col.dicit,q̃ ſtatutũ puniẽs cõtrahẽtes matrimoniũ certo caſu, intelligitur de matrimonio conſummato,nã ante dicũtur ſponſalia ſecundũ cõmunem vſum loquendi.& idẽ tenet do. Abb. in. c. ſi inter. eo.ti.dicẽs,q̃ per cõmunẽ vſum loquẽdi ſponſa de præſenti nõ dicitur vxor.& facit tex.melior de iure in.c.ex publico. de cõuer.cõiu.vbi appellatione matrimonij, intelligitur de conſummato. tenet do. Abb.ibi & in.c.3.loco.de præſump.& Sali.in.l.cũ te.per.5.col.C.de dona.ante nup. ▽ Iſtã partem tenuit glo, notãda in cle. 1.de conſan.& affi.in parte, cõtrahere,vbi dicitur,q̃ pœna appoſita contrahẽti matrimoniũ,nõ extenditur ad cõtrahentẽ ſpõſalia, quia pœna nõ debet extẽdi. ▽ Facit etiã quod in ſimili notatat Ioa. An.in.c diſpẽdia.de reſcrip.lib.6.

Contra. ▽ Sed cõtrariũ ego teneo in caſu iſtius legis.per tex. in.l.oratio.ff. de ſpõſa.& per.c.cum haberet. de eo qui duxit in matrimonio.quã po.per.adul.vbi dicitur,q̃ prohibito matrimonio, prohibẽtur ſpõſalia, quę ſunt præambula ad matrimoniũ. tenet etiã do. Abb.in.c.cũ inhibitio.de clã.deſpõ. ▽ Et per hoc tenui in repetitione,quã feci ſuper.c.cũ nõ ab homine.de iudi.q̃ iudex ſecularis per illũ tex.nõ poteſt clericũ diſtringere, vel condẽnare: q̃ neq, poterit clericũ capere,quia per capturã peruenitur ad diſtrictionẽ & cõdenationẽ.nã prohibito aliquo,prohibetur omne id,per quod peruenitur ad illud.

11 Adde. ¶ Ad idẽ do.Abb.in.c.cũ oporteat. 2.nota.de accuſatio.intelligitur † eſſe prohibitum omne id,per quod peruenitur ad illud.per dictã.l.oratio.ff.de ſpõ.ita cõmiſſo conſequẽti,intelligitur cõmiſſum antecedẽs.qđ facit ad meteriã.c.pe.& glo.de offi.deleg.vt ſic de-
Nota. legatorie extendatur vltra expreſſa. ▽ Hinc etiã di-
12 cit notãter Bar.in.l.in quorũ.ff.de pigno.q̃ † ſi eſt prohibita pignoris traditio, videtur prohibita pignoris obligatio.quia per obligationẽ pignoris deuenitur ad traditionem eius. ▽ Idẽ† ſi eſſet prohi-
13 bita alienatio , videtur prohibita pignoris obligatio.quia per obligationem peruenitur ad vẽditionem.l.ſi.§.pignoris nexũ.C.de rebus alie.non alie.
14 ▽ Et ſic ſtam⁹ in regula,q̃† prohibito cõſequẽti,videtur prohibitũ añs.vt.c. cũ quid vna via.de regu. iur.lib. .cũ aliis. ▽ Prętereа matrimoniũ & ſpõſalia ſunt connexa.patet in rubro & nigro de ſponſa. ſed quod in vno cõnexorũ ſtatuitur,ad aliud cõnexũ extẽditur.c.trãſlato.& ibi Anto.& Bal.de cõſtitutio. ▽ Et ſi opponatur de glo.in.d.c.cũ non ab homine.de iudi. vbi permittitur captura clerici per laicũ,licet nõ condẽnatio? Reſpõde,q̃ ibi laicus nõ capit clericũ vt miniſter legis ciuilis, ſed tanquam miniſter iudicis eccleſię ex permiſsione iuris canonici,cuius authoritate laicus poteſt capere clericũ delinquentẽ, vt ad iudicẽ eccleſiaſticũ ducat,aliàs nõ euitaret ſentẽtiã excõmunicationis per. c. vt fame.de ſentẽ.excõ. ▽ Itẽ ſi dicas,q̃ diſpoſitio iſtius legis eſt pœnalis,& debet reſtringi.vt regula.odia.de regu.iu.lib.6. ▽ Reſpõdeo,q̃ diſpoſitio iſtius legis eſt fauorabilis,nõ odioſa,eo q̃ concernit publicã vtilitatẽ,licet ſit pœnalis.vt.l.1.§.fi.C. de cadu.tollẽ. & l.1.ff.ſolu.ma. ▽ Et pro iſta cõcluſione adduco glo. notandã in.c.1.de poſtula.præ.in parte, priuare.& ibi Abb.& glo.2.in.c.fi.de electio.li. . vbi dicitur, q̃ cõſtitutio pœnalis edita cõtra eligẽtes indignũ, extẽditur ad poſtulãtes ſciẽter indignũ. Vnde concludit Abb.in.d.c.1.de poſtu.pręla.q̃ vbicũq; ex- *Nota.*
trema ſic ſe habẽt,q̃ de vno peruenitur ad reliquũ, vel ad eundẽ finẽ,tunc etiã in materia pœnali & reſtringibili fit extẽſio: itaq; diſpoſitũ in vno,habet locum in reliquo. ad quod allegat textũ iũcta glo. in c.ſi poſtquã.in fine.de electio.lib.6. ▽ Vide etiã Abb.in.c.in cauſis.3.col.de electio. & in. c.2. col.2. de feudis.vbi dicit,q̃ prohibito matrimonio,prohibẽtur etiã ſpõſalia.nõ tamẽ dicit,vtrũ pœna appoſita contrahẽti matrimoniũ,videatur impoſita cõtra-
15 hẽti ſpõſalia. ▽ Tu tamẽ tene, q̃ † pœna appoſita vni ex correlatiuis,videtur alteri appoſita,licet de eo nihil dicatur in cõſtitutione vel diſpoſitione.facit tex.ad hoc ſatis notabilis.in.l.1 de cupreſsis.lib. 11.& quod ibi notatur per Bar.& per eũdem in.l.2.
16 C.de indic.vidui. to.vbi per text.in.d.l.1.dicit,q̃† *Nota.*
ſi ſtatutũ puniat vendentẽ granũ in ciuitate, videtur etiã puniri emptorẽ, quia iſta ſunt correlatiua. non enim poteſt eſſe venditor ſine emptore. ▽ Idẽ tenẽt docto.in.l.ſi cõuenerit. ff. de pactis. & q̃ iſta concluſio ſit vera in caſu noſtro eſt tex.in.d.c.cum inhibitio iuncto rubro.de clan.deſpõ.& in.l.3.quę ita ſummatur.titu. 3. quarta partita.

Adde. ▽ Idẽ tenet Bal.in.l.1 C de cõmuni ſer-
uo manumi. Et ſic nõ obſtãt cõtraria.
17 ¶ Sed quæro † vir vel mulier matri- *Qõ.*
moniũ contraxerũt per vim:nũquid puniãtur pœna iſtius legis. Tene q̃ nõ,quia matrimoniũ iſto caſu eſt nullũ,cũ deficiat conſenſus.c.cũ locũ.ibi ſcribẽtes.de ſpõſa.vbi dicitur,q̃ metus , vel coactio excludit cõſenſum,& per cõſequẽs anullat actũ à cõſenſu depẽdẽtẽ,& hoc in matrimonio,vt ibi. ▽ Qđ nõeſt in matrimonio clãdeſtinè cõtracto,quia licet contrahẽtes puniãtur,vt hic, matrimoniũ tamẽ tenet.vt.c.1.&.c.fi.de cland.deſpõ.& ibi ſcribẽ.& c. veniens el. 1.& ibi doct. & Abb. 2.nota.de ſponſa. &.c.cũ locũ.co.ti. ¶ Idẽ in minore,qui matrimo-

nium cõtraxit clanſteſtinè. quia cũ matrimonium nõ teneat ratione minoris ætatis.c.vbi non eſt.c. literas. & quaſi per totũ.de ſpõ. impu. non punitur. ¶ Si tamẽ factus eſt maior, & cõſentit in matrimonio:ex tunc.i.tẽpore cõſenſus,incidit in pœnã iſtius legis. ℣ Sed in hoc diſtingue. Aut matrimoniũ conualeſcit cohabitatione ſpõtanea,& cõtrahẽtes incidũt in pœnam.quia videtur perſeuerare in primo matrimonio clandeſtinè contracto. Si tamen contrahẽtes clandeſtinè in minori ætate,vel per vim:ceſſante vi, vel cũ peruenĩũt ad perfectã ætatẽ expreſſè cõſentiũt in matrimoniũ, & tẽpore cõſenſus contrahunt palã in eccleſia,euitant pœnã iſtius legis.nam, vt dixi, matrimonium dicitur contractum tempore cõſenſus, non quãdo per vim fuit contractũ.ad quod bene facit.c. ad id. de ſpõſa.cum ſimi. ¶ Sed pone,q† pœna iſtius legis haberet locũ contra matrimoniũ cõtrahẽtes per verba de preſenti:vel in matrimonio conſummato tantũ:ſi nõ apparet an cõtraxerint per verba de preſenti vel de futuro,de quibus ſpõſalibus eſt præſumendũ contraxiſſe.textus ſingularis. & ibi Bal. in l. cũ te.C.de donatio.ante nup.dicit, q factũ palã, præſumitur de præſenti, aliàs de futuro. & ita eſt glo.in.c.illud.ver.anulos.de preſumptioni.& in.c. tenor.de re iudi.& in.c.tuæ.de ſponſa.

18 20.

Adde. ℣ Et not. q licet matrimoniũ contrahẽtes pœnã iſtius legis incurrãt, matrimoniũ tamẽ tenet. vt dixi in glo.1. iſtius legis.& eſt glo.ſingularis in authẽ.de iudi.§. quia verò.colla.6.in glo.ſuper parte, eis. ver.& in matrimonio.quod nota tu iuuenis legiſta.

c ¶ La yglesia. ad quã ſpectat ſtatuere circa ſubſtantialia matrimonij,cũ ſit de eius foro. vt.c.tuam de ordi. cogni.tenet Bart.in. l. titia. ff. ſolut. matri. docto.in.c. fi.de ſecund.nup.Leges etenim ciuiles diſponẽtes circa ſubſtãtialia matrimonij,putà inualidando matrimoniũ vel perſonas,nõ valent.argu. tex.& ibi notant docto.& Abb.in cap.1.de ſponſa. ¶ Ex quo poteſt notari, q leges ciuiles prohibentes matrimoniũ inter tutorẽ& pupillã,rectorẽ prouinciæ,& prouincialem,& inter ſimiles perſonas, non tenent.de quo per Abb.& alios vbi ſupra qui allegat Fede.conſi. 35. vbi generaliter dicit,q ſtatuta, & leges laicorũ circa matrimoniũ , nullius ſunt momenti.quod intellige ſano modo,ſcilicet nõ valere, quando diſponunt contra matrimoniũ, ſecus quando pro matrimonio,nam tunc recurritur ad leges canonibus non contrarias.vt ſupra dixi in glo. 1.cui adde tex.in.d.c.vbi non eſt.de ſpon.impube. vbi dicitur,q reſpectu ętatis aptę matrimoniũ non ſolùm recurrimus ad canones, ſed etiã leges. ℣ Ex quo ibi Abb. aſſumit argu. quòd etiam in materia matrimoniali poſſumus recurrere ad leges canonibus non contrarias.& propterea leges fiunt ſuper cauſis eccleſiaſticis.qd nota. ℣ An aũt, & quando ius ciuile diſponens ſuper matrimonio debeat obſeruari,& quid in pœna appoſita aduerſus matrimonium contrahentes.vide latè.Ioã . de anania in. c.cum cauſa 2.col . & in.c.gẽma. de ſponſa.

a ſia c touiere por clãdeſtino d con alguna muger,por el miſ

19 mo hecho e el f y losq̃ enello ĩterueniereñ g, y los que de tal ma-

d ¶ Clãdeſtino.Quibus † caſibus, & quã do matrimonium dicitur clãdeſtinè contractũ.habetur plenè per tex.in.l.1.ti.3.4.parti.& in.l. 1.ti.delos caſamientos.foro legum. & per glo. in. c. cum nihibitio. ver.clandeſtinis.in fi.de cland . deſpon.vbi ponuntur tres caſus.Et vltra.gl.Hoſti.ibi enumerat alios,& tandem dat regulam generalem, dicens,q matrimonium contractum contra prohibitionem eccleſiæ generalem,vel ſpecialẽ, expreſſam,vel tacitam,dicitur clandeſtinum,& habet locum pœna in.d.c.contenta. ℣ Sed do.Abb.dicit, q in multis locis non ſeruatur denũciatio de qua in. d.c.cũ inhibitio. ℣ Tu adde ad ſupradicta ſingulare dictum Bar.in.l.2.circa finem.de his qui ob publicam ratio.mutuã pecuniam acceperũt.li. 10. vbi dicitur,q ſi de conſuetudine aliquid conſueuit fieri publicè,vt matrimonia,ſi aliquis faceret coram duobus teſtibus,diceretur fieri clam.allegat.l.fi.ff. de ritu nup.vbi dicitur clam fieri, quicquid taliter fit,q non poſsit venire ad notitiã eius,cuius intereſt.vt.l.clã poſſidere.in principio.ff.de acqui. poſſe.vide etiam tex.meliorem de iure ad noſtrum caſum in.l.fi.titu.3.4.partita.

e ¶ El miſmo hecho.i.eo † ipſo matrimoniũ contrahentes,& intereſſentes, & teſtes amittunt bona ſua:quo caſu non habet locum pœnitentia,nec purgatio. ſecundum glo.& tex . probatur in cle.ne. in agro.§.quia verò.de ſtatu regu.tenet.Abb. & An. Si.in.c.2.de ſolu. & Bar.in authen.habita.C. ne filius pro patre. ¶ Quando autem ſententia declaratoria requiratur contra priuatum ipſo iure, habetur in.l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſci . & in. c. cum ſecundum leges.de hære.lib.6. per Felinũ in. c.ex parte.el.1.de reſcrip.& per melatè in repe.quã feci ſuper. c. cum non ab homine.de iudi.

f ¶ El.i.ipſe vir q mrimoniũ cõtraxit clãdeſtinè:

21 g ¶ Interuenierẽ.not.ex.l.iſta.q † intereſſentes, aliàs interueniẽtes matrimonio clãdeſtino , puniũtur eadem pœna,qua ipſi contrahentes . ſentit tex. in.c.cum inhibitio.de cland.deſpon. & textus in argumen.in.1.C.de fal.mone.& in.c.quanto . de ſen. excõ.peccant.n.intereſſentes matrimonio clandeſtino,ſiue ſint clerici,ſiue laici,ſeu religioſi , ſecundũ Abb.d.c.cũ inhibitio.ver.quæro quid in laicis. ¶ Et iſtius dicti eſt duplex rõ. Prima , qa ex contractu matrimonij clãdeſtini multa mala ſequũtur. vt habet in.l.fi.ti.3.4.pti.& intereſsẽtes dãno,videtur eſſe cauſa damni.vt.c.ſicut dignum . de homici.

& qui

& qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. vt eſt regula iuris. Item ſtare maleficio, eſt prẽſtare opem maleficio. vt per Bart. in l. ſi in rixa. pen. col. ff. de ſica. &. in l. qui ſeruo. §. fi. ff. de furtis. & præſtans opem maleficio, punitur ſicut principalis. c. 1. de offi. delega. cum ſimi. ▽ Secunda. quia iſtud eſt præceptum romanorũ pontificum, necnon & principis, vt nemo interſit matrimonio clandeſtino. per. d. c. cum inhibitio. & per iſtam legem. & veniens contra præceptum romanorum pontificum, vel principis, peccat mortaliter. vt de romano Pontifice eſt glo. in. c. generali. in parte. iubemus. de elect. li. 6. & de principe tenẽt docto. & Abb. in. c. 1. de conſti. ▽ Dicuntur etiam interuenire ij, qui mediatores ſunt matrimonij clãdeſtini. vt in. c. mediatores. & ibi notatur de teſti. lib. 6. & ij puniuntur pœna iſtius legis.

trimonio fuerẽ teſtigos[h] incurrã en perdimiẽto d todos ſus bienes[i] y ſean aplicados a nueſtra camara[k] & fiſco, y ſean de

22 **Adde.** ▽ Itẽ procurator † qui alterius nomine contraxit, punitur eadem pœna, qua principalis, pro quo contraxit. quod probatur ex ratione iſtius legis. ▽ Item, quia procurator cenſetur eadem perſona cum illo, cuius mandato contrahit. vt dicitur in ſimili in l. quod ſæpe. in. §. ſi quis amico. ff. de contrahen. emp. ▽ Secus videtur in nuncio. ſi tamen non interſit matrimonio. pro quo bene facit dictum Bal. in authẽ. habita. 3. col. in. fi. verſi. item ſi pœna. C. ne filius pro patre. vbi dicitur, q̃ pœna appoſita ingrediẽti. non videtur impoſita nuncio. ſuper quo vide quæ dixi infra in glo. ſuper parte. teſtigos.

23 h ¶ Teſtigos. Not. hic caſum ſingularẽ † in quo omnes prohibẽtur eſſe teſtes. & eſt caſus fallentiæ ad legẽ. 1. ff. de teſti. aliàs puniuntur, vt hic. ¶ Sed

24 pone, q̃ † cũ teſtibus interuenit tabellio, vt fidem præſtaret de cõtractu matrimonij: nũquid tabellio puniatur vt teſtis, ppter intereſſentiã. an pœna falſi, an verò excuſetur à pœna, cũ de eo nulla fiat mẽtio ſpecialis, prout de cõtrahẽtib⁹. Videtur q̃ non. quia cũ tabellio ſit ſpeciali nota dignus, & non fiat expreſſa mentio de eo, videtur omiſſus. vt regula. odia. de regu. iuris. lib. 6. ſed reuera ſi tabellio interfuit tali cõtractui, punietur pœna huius legis, eo q̃ põt rogari de omni actu, de quo teſtis põt rogari. et econtra nõ poteſt roagri de eo actu, in quo teſtis non põt intereſſe. vt p Bal. in rubrica de fide inſtr. 5. col. & multotiẽs tabellio cõputatur innumero teſtium. l. in exercendis. & ibi docto. C. de fide inſtr. tenet Bal. in. 1. cõſtitutione. C. §. ex præcepto. in. fi. qui ambulant pari paſſu, licet fides tabellionis ſit maior vno teſte. prout dixi in l. 3. ſupra. habetur p glo. in. §. itẽ verba ſtipulatio. inſti. de inutili. ſtipu. Vnde notari⁹ poteſt rogari de cõfeſsione facta abſente parte, et de ſtipulatione inualida ſecũdũ Bal. in. d. rubrica. de fide inſtru. & eadẽ col. vbi dicit. q̃ inſtrumentum non dat vires actui inualido. & bene facit ad ſupradicta l. iubemus. §. 1. & ibi Bar. C. de ſacroſanct. eccle. & dictum Bal. in l. 1. C. de eunuchis. vbi dicit, q̃ licet notarius ſcribens illicitũ non teneatur de falſo, punitur tamen alia pœna criminali. & q̃ tenetur d falſo, tenuit Bar. in l. omnis. C. de petitis bonorũ ſublatis. lib. 10. non enim põt notarius rogari de prohibitis à iure. vt per Bal. in. d. rubrica. de fide inſtru. 4. col. per. l. iubemus. §. his tabellionibus. C. de ſacroſanct. eccle. & ſi rogetur debet puniri. vt dixi. ▽ Ex quo di-

riæ,mihi videtur difficilis prima frõte:quia cũ mulier iſta ſit ſub poteſtate mariti, ſicut filiuſſamilias, qui eſt ſub poteſtate patris,habẽs bona materna in cõmuni cum patre,contrahens cũ eo ſi lædatur, poteſt ſubueniri: vel pupillus cõtrahens cum tutore, vel adultus cũ curatore: ita & mulier iſta cõiugata videbatur poſſe ſubueniri. ¶ Et ad iſtam.l.poſſet reſponderi, q̃ in caſu ipſius nulla fraus videtur facta vxori,nec deceptio:qa no apparet in caſu ipſius de commodo,quod exinde poſſet vxori proueniri. Secus videtur in emptione domus, vt docto.ſupra dicti loquuntur, in qua bene apparet de cõmodo, quia emptio eſt,& ideo cõmodũ. ¶ Sed quia non eſt recedendũ à ſententia tantorum virorũ, in quibus hodie tota prudentia præfulget, poſſet dictum eorũ ſaluari,& intelligi: q̃ ſi is,qui volebat vẽdere domũ,interrogatus de pretio, illud declarauit emptori,ipſe tamen emptor certus,vel quaſi certus de pretio,denunciauit vxori venditionẽ & pretium, & ipſa reſpondit ſe nolle participare de prædicta emptione,ſi ineat pactum inter eos, quia non vult partẽ,valebit pactũ. ℣ Si tamẽ maritus certificatus de pretio,vel quaſi certus,nihil dixit vxori de pretio,ſed illud ſubtacuit, & vxor ſimplici aſſertioni mariti reſpõdit ſe nolle participare de tali emptione,& tunc crederẽ (ſaluo iudicio meliori) q̃ vxor ſoluto matrimonio poterit agere, vt ei detur dimidia domus ſupradictæ. ¶ Vel pone, q̃ vendãtur marito fructus alicuius beneficij,vel reditus gabellarum certo pretio,q̃ fructus apparẽt,& ſunt recondiți in horreo, quod pretium eſt declaratũ marito, & conſtat ſimiliter de fructuũ valore,& ſic de commodo emptionis: ſed maritus nihil dixit vxori de pretio,licet vxor ſit requiſita de emptione,ſed non certificata de pretio,nec de lucro, quod exinde ſperatur: quod ſoluto matrimonio poſſet petere partẽ rei emptæ,vel lucri redituum decimalium.&c. Ad quod probandum adduco ſequentia fundamenta. ¶ Primum, quia maritus iſto caſu videtur fuiſſe in dolo,ex quo nihil dixit vxori de pretio: quod ſi denunciauerat, & lucrũ patefecerat, veriſimiliter eſſet credendũ ipſam non deſtitiſſe ab emptione: quia genus mulierum auariſsimum eſt,vt dixi in.l. 52.glo.1.ſupra. & ſi tunc refutaret lucrum, vt ſtulta deberet reputari. ¶ Et quòd dolus iſte noceat marito,probatur argumento eius,quod notat glo.in.l. quiſquis.C. de reſcindẽda venditione. tenet Ioan. de Por.in.l.ſi quis cum aliter.ff de verborum obligationi. ¶ Item occultando maritus pretium rei, dicitur dolus velatus, quod committitur ſine vi ſimulando. vt.l.ea quæ. §. fina. ff. de contrahen.emptio. & iſte dolus dicitur interuenire re ipſa, & ex propoſito, ſicut dicimus in dicta.l. ſi quis cum aliter. ¶ Item probatur dolus iſte ex coniecturis ſupradictis. ſecundum glo.in.c. finali.de renũciatio. libro ſexto.&.l.quotiens. §. qui dolo. ff. de probatio. &.l. qui dolum. C. de dolo. ℣ Item commiſit dolum obſcurè loquendo,ideſt,eo modo,quo non intelligeretur ab vxore. propter regulam traditam per Bal.in.l.fina.14. quæſtione. C. de hære. inſti. vbi dicit,quòd obſcurè loqui,eſt dolus. ℣ Itẽ probatur dolus interfuiſſe propter.l.fina.& ibi Bal.C. de litigio. vbi dicitur,q̃ dolus eſt abſcondita mentis machinatio. & talis dolus non debet patrocinari marito. vt.l.verum.§.hoc quoq;.ff.pro ſocio. glo. in.l. Titio.in prin.ff.ad municipa. tenet Bal. in.l.ſi infantem.C.de lega.eſt textus in.c.ſuper literis. de reſcript. vbi traditur iſta regula,quòd fraus,& dolus,non debent alicui patrocinium impartiri. ℣ Item dicitur in Spe.de reſcriptis præſen.§. ratione autem impetrantis.verſi.quid ſi impetrãs.quòd dolus in principio adhibitus,debet nocere doloſo. & iſte dolus in principio adhibitus videtur perſeuerare, etiam quando non eſt coniunctus cũ actu. ſecundum glo. & Cinum in.l.ſi contra. C. de nup. tenet Bald. in. l. 1. in fine. C.ſi quis ali.teſta.prohi. ℣ Item præſumitur dolus interueniſſe ratione occultationis pretij,& clandeſtinitatis contractus. vt per Bal.in.l. error. tertia colũna. C. de iuris & fac. igno. &.l. fina. ff. de ritu nup. ℣ Et maximè in renunciationibus mulierum, in quibus præſumitur dolus, ſi aſſerant ſe læſas enormiter. vt eſt gloſa. & ibi Bal.in.l.cum poſtea.C.de pactis. ℣ Item preſumitur dolus, ſi maritus dixit vxori mendacium in pretio,ſi ſenſit lucrum ex eo.vt. l.eleganter.§.idem Pomponius. & ibi Barto. ff. de dolo. & lege. nec exemplum.C.de falſis. Bal.in lege.falſus.C.de furtis. ℣ Præſumitur etiam dolus ex parte mariti,ſi eſt in ſecundo vel vlteriori matrimonio, & ex primo habet filios, non ex ſecundo. argumen. eius, quod habetur in Spe. de feu. §. 2. verſi. quintò quæritur. ℣ Et iſtud habet locum maximè inter maritum & vxorem: quia cùm ſint ſocij diuinæ & humanæ domus,vt.l.aduerſus.C.de crimi.expi.here.debet inter eos ceſſare omnis dol⁹ & fraus,nec licet eis dolo verſari. vt. d. §. hoc quoq;. ℣ Et hoc habito pro conſtanti, quòd maritus & vxor ſunt ſocij diuinæ & humanæ domus.allego tibi ad hoc textum quaſi in expreſſo in.l.12.ti.10.quinta partita.cũ qua concordat lex.actione. §. diximus. verſi. quid ergo.ff. pro ſocio. & inſti. eodem titulo. §. manet. vbi dicitur,quòd ſi vnus ex ſociis renunciauerit ſocietati in fraudẽ alterius propter lucrum, quod de proximo ſperat conſequi,non liberatur à ſocietate, ſed tenetur ſocio communicare partem lucri. Ita in caſu noſtro dicendum erit,præſuppoſito dolo, vt ſupra dixi,non aliàs. Sed quęro † quo remedio iſtud 4 pactum doloſum, ſeu iſta doloſa renunciatio infringatur. Dic quòd doli exceptione. vt lege cum poſtea. Codice de pactis. Itaque ſi hæredes mariti opponerent de pacto, vxor poſſet infringere pactum, vel renunciationem, doli exceptione, & ſic conſequeretur medietatem rei emptæ, vel lucratorum. Quæſtio

Adde

Qō. Adde. ¶Item quæro, an contractus initus per dolum, valeat cōtra dolosum, volente aduersario, qui nō fuit in dolo. glo. notanda in l. iurisgētium. §. prætor ait. ff. de pactis. & l. in causæ. la. 2. post principiū. ff. de mino. & l. elegāter. in princi. ff. de. dolo. tenent q̄ sic. Qd est menti tenēdum pro limitatione iurium, dicentium, q̄ contractus dolo initus est nullus. ¶Sed glo. in. d. l. iurisgētium. limitatur, nisi lex resisteret cōtractui, in quo interuenit dolus, vt quia lex prohiberet contractum illum fieri, quia non valet in fauore illius, qui vult cōtractum valere. vt est tex. singularis cum glo. in. l. diuo pio. ff. de ritu nuptia. secūdum Bal. in. l. 1. C. plus vale. quod agitur. & in l. non dubium. 7. col. C. de legi. in. l. ea quæ. C. de dona. ante nup. & c. cum inhibitio. de clā. despon. d ¶Renunciare las ganancias. Nota ex lege ista vnum casum, in quo mulier potest renunciare iuri suo sine licentia mariti. & est optimum scire ad legem. 57. supra.

Qō. Adde. ¶Quæstionē, quæ sepenumero contingit. ¶Maritus † alienat aliqua bona sua stabilia cum consensu vxoris, & dicitur in instrumento, q̄ vxor consensit dictę alienationi, & renunciauit super dicta re vendita iuri hypothecæ, quā habet pro dote. quod quidem fieri potest per. l. iubemus. C. ad velleia. Et fortè iurauit non venire contra, aliqua ratione, & causa, re nūciado omni legum auxilio. &c. modo euenit, q̄ soluto matrimonio per mortē viri, superstite vxore, quæ videt virum non habere tātum in bonis, q̄ sufficiat ad recuperandā dotem suam cōtentam in instrumento dotali, vult agere vxor contra illum tertium possessorē rei stabilis, quæ fuit sui mariti, in qua ipsa vxor renūciauit iuri hypothecæ, quod facere potest per tex. in authē. siue à me. C. ad velleia. vbi dicitur, q̄ tunc vxor excluditur, quādo renunciauit iuri hypothecæ, vt non possit pro dote agere hypotecaria super illa re, quando maritus habet alia bona, super quibus vxori potest esse cōsultum super dote recuperanda. ¶Et ita procedit dictum Ludo. cōsi. 140. incipien. hæc venditio rerum &. &c. ¶Sed si non supersunt alia bona, vxor, non obstāte renunciatione hypothecæ, super illa re potest agere actione hypothecaria pro dote. per dictam authē. siue à me. Ratio, quia renūciatio hypothecæ facta per mulierem, quando maritus non habet alia bona, importat donationem rurium dotalium. vt dicit Bar. in. d l. iubemus. C. ad velleia quæ donatio non valet secundum Iaco. de Are. in l meuia. §. fi. ff. solu. ma. Idem tenent ibi doct. & firmant Din⁹, Ofre. & Albe. de rosa. in. l. si pignus. ff de his quę in frau. credi. ¶In cōtrarium videtur, & hoc verum sine dubio, quādo super renūciatione interuenerit iuramētum: nam tūc etiam si nihil aliud habuisset, non posset venire contra iuramentum. vt dicunt canonistæ in. c. peruenit. de emp. & ven. & ibi glo. per. c. cum contingat. c. si verō. de in reiu. & c. licet. eo. ti. in sexto. licet. glo. iuris ciuilis in authē. si qua mulier. C. ad velleia. dixerit contrarium. quę glo. per canonistas non tenetur. Et illam glo. non tenent Alex. & alij. in. d. l. meuia. §. fi. probatur. in. c. ex rescripto. de iureiu. firmat Bald. in. l etiam. C. ad velleia. & in. d. authē. siue à me. ¶Si tamen in contractu non interuenit iuramētum, sed sola renunciatio hypothecæ, & non sunt alia bona mariti, ad quæ vxor possit habere recursum, sed pecunia illius rei venditæ peruenit ad mulierem, est dicendum, q̄ in casibus, in quibus potest fieri restitutio dotis vxori constāte matrimonio, de quibus p Alex. in. l. 2. in prin. ff. soluto. ma. & in. l. motus. §. manēte. ff. de iure dotium. non pōt vxor habere recursum super illa re, super qua renunciauit, etiam si maritus nō habet alia bona. hoc firmat Bar. in. d. l. iubemus. ¶Secus quando essemus in casu, in quo non potest fieri restitutio dotis constante matrimonio, quia tunc non obstante renunciatione hypothecæ facta per vxorem in illa re, si non sunt alia bona viri, potest vxor agere hypothecaria. dicta authē. siue à me. ¶Nisi probetur, q̄ vxor esset effecta. locupletior. per tex. in. l. pro rata §. 1. ff de religio. & sumpti. fu. & in. l. fi. ff. de iure dotiū. & in auth. de nuptiis. §. dotes. colla. 4. pleni⁹ quām alius An. Sicu. in. d. c. peruenit. de emp. & vendi. qd adde ad ea, quæ dixi in. l. 61. infra. in glo. super parte. si se prouare. ¶Sed pone, † q̄ sunt duo rei obligati in solidum pro restitutione dotis, videlicet maritus, & alius: maritus vendit rem suam cum consensu vxoris, & renunciatione hypothecæ seu dotis, siue iuramento. & soluto ma. per mortem viri nihil supereſt in bonis viri, super quibus vxor posset consequi dotem suam: est dubium, an posset vxor agere hypothecaria super dote sua super re illa, super qua renunciauit iuri hypothecæ per dictam authē. siue à me Et videtur q̄ non, quia potest esse consultū vxori super bonis correi in solidum obligatis, per rationem dictæ authē. & pro hoc videtur tex. in. l. si plures. §. præterea si quæramus. ff de fideiusso. vbi tex. definit q̄ nō dicitur quis esse non soluendo propter defectū proprię substātię si sunt facultates alterius correi ad idē debitū obligati. ¶Propterea isto casu non habet locum dispositio tex. in. d. authē. siue à me. ¶Retentis eisdē terminis, quid dicendum † si vir tempore alienationis rei suæ stabilis cum consensu vxoris, & renunciatione hypothecæ iurium dotalium habebat alia bona mobilia & immobilia, sed tēpore, quo dos debuit restitui vxori, nō erant alia bona mobilia, vel stabilia viri, de quibus possit fieri restitutio dotis vxori: vtrum vxor possit habere regressum ad alia bona alienata, super quibus renunciauit iuri hypothecæ dotis. Pau. de Ca. in. l. meuia. §. fi. ff. solu. matrimo. tāgit hoc dubium. & dicit, Aduerte tamen, q̄ sufficit, q̄ tempore renūciationis supereſſent tot

Limita.

Qō.

Qō.

Contra. & hoc vr.

alia

alia bona, quot ſufficerent ad dotem, licet poſtea deſinant eſſe.per.d.c.peruenit.de emp.& vend. Et dicit Pau.de Ca.quòd hoc habuit de facto. Et quæ rit Pau.de Ca.vbi ſupra. quis probabit,quòd tempore renunciationis erant vel non erant alia bona ſufficientia ad dotem.

Et ibi decidit, ꝙ mulier.Sed Io.de Imo.in d.c.peruenit.in glo.4 col. dicit,ꝙ non ſufficit, ꝙ tempore factæ alienationis vir habuerit alia bona vnde mulieri poſsit conſuli.imò requiritur,ꝙ etiam tẽpore, quo agitur, ſit in facultatibus viri.Et iſta opinio mihi videtur verior per.d. authen. ſiue à me. ſanè intellecta;& hoc fauore dotis,quicqd dixerit An. Sicu.in.d.c.peruenit. præterquam in caſu,quo mulier deberet lucrari bona mariti ex forma ſtatuti. Et iſto caſu deberet ſeruari, quod And. Sicu. in.d c. peruenit. per.l. cum vir. ff. de vſuca. & per ea quæ ipſe Siculus dicit in. d.c. peruenit.in fine.

que el marido ouiere hecho durante el matrimonio.

¶ Ley.lxj.

DE aqui adelante. Mulier † cum marito fideiubere non poteſt,neq; ſe obligare: licet dicatur ꝙ debitum ſit conuerſum in eius vtilitatẽ,niſi hoc probetur,quia tunc pro rata vtilitatis tenebitur.niſi illud ſit de his,quæ maritus tenetur vxori.Si tamẽ mulier ſe obligat cum marito pro debito fiſcali,tenetur ad ſolutionem debiti.hoc dicit. ¶ Diuiditur iſta.l.in ſex partes. ▽ In prima,ponitur regula prohibitiua. ▽ In ſecũda,eam extendit. ▽ In tertia,ponitur alia regula etiã prohibitiua. ▽ In quarta,ponitur ad eam caſus fallẽtiæ. ▽ In quinta,dicta fallentia limitatur. ▽ In ſexta,prima regula cum ſuperioribꝰ limitatur. ¶ In prima dicitur,ꝙ mulier non poſsit obligari pro marito. ▽ In ſecũda extendit,licet dicatur,ꝙ debitum in cõtractu deductum fuit verſum in vtilitatẽ vxoris. ▽ In tertia dicitur, ꝙ neq; poteſt ſe obligare vnà cũ marito,nec ſeorſum. ▽ In quarta dicitur hoc eſſe verum,niſi probetur,ꝙ debitum fuit conuerſum in vtilitatem mulieris,quia tũc tenebitur pro rata vtilitatis. ▽ In quinta iſtud limitatur, niſi vtilitas ſit talis,ad quam maritus tenetur, putà, pro victu & veſtitu. &c. quia tunc non tenetur. ▽ In ſexta dicitur, ꝙ ſi mulier ſe obligauit vt principalis, vel vt fideiuſſor cum marito in reditibus regalibus,tenetur.quod eſt notandum,

Summarium.

1 *Mulier quibus caſibus poſsit obligari.*
2 *Conſtitutio,an,& quando extendatur ad præterita.*
3 *Maritus,an poteſt obligari pro vxore.*
4 *Mulieris cõiugatæ cõtractus ſine licẽtia mariti, an ſit nullus.*
5 *Debitor prĩcipalis an ſit liberatus,cùm alter obligatur pro eo.*
6 *Mulier de licentia viri,an poteſt pro alio fideiubere.*
7 *Mulier pro ſe ipſa an pro alio poteſt fideiubere.*
7 *Obligati in ſolidum,an dicantur duo rei debendi.*
8 *Mulier qnando tenetur ad debita per virum facta.*
9 *Mulier an poteſt abligari pro debito verſo in vtilitatẽ ipſius.*
10 *Mulier,quæ confitetur aliquid verſum fuiſſe in ipſius vtilitatem,an præiudicet ſibi.*
11 *Metus quanto præſumitur.*
12 *Metus quanto tempore præſumitur durare.*
13 *Metus præcedens actum,an præſumitur ſemper durare.*
14 *Authorans actui nullo,an tenetur ad intereſſe.*
14 *Confeſsio facta coram iudice & in forma iudicij, an præſumatur libera.*
15 *Vir & vxor vendentes prædium viri, & pretium recipientes,mortuo viro vxore petente dotem,an fiat compenſatio medietatis pretij ſoluti.*
16 *Impenſæ in rebus dotalibus factæ,an minuant dotem.*
17 *Vxor vendens fundum dotalem cum viro ſuo,& recipiẽs bona ſtabilia maioris æſtimationis,an mortuo viro poſsit recuperare fundum dotalem venditum.*
18 *Filius exhæredatus à patre, cui aliquid in teſtamento reliquit,illud recipiendo,an videatur teſtamentum approbare.*
19 *Metum an execuſet & purget ſpontanea ſolutio.*
20 *Metus,an,& quando execuſet mulierem.*
21 *Mulier,an teneatur ſtare locationi factæ de re ſua mortuo viro.*
22 *Locare an poteſt totam rem,qui habet partem in ea.*
23 *Maritus quando tenetur alere vxorem.*
24 *Vxor,an,& quando debet alere maritum.*
25 *Maritus quando dicatur pauper. Et qualiter paupertas debeat probari.*
26 *Mulier quando poteſt vendere bona ſua propter debitum viri.*
26 *Actus qui non valet ſine iuramento,an firmatur iuramento.*
27 *Maritus an tenetur adhibere medicos ad ſanandum vxorem infirmam.*
28 *Maritus ad petitionẽ conſanguineorum an poteſt compelli vt curet vxorem ægram.*
29 *Maritus an tenetur alere vxorem in caſu, quo pater reliquit filiæ vſumfructum ante matrimonium, ex quo poſſet ali.*
30 *Obligati in conceptione verborum. & vno momento,an dicantur obligati a mancomun.*
31 *Maritus & vxor obligati vnus poſt alium,an dicantur obligati a mancomun.*
32 *Obligatio mariti & vxoris, an æquiparetur obligationi patris & filij.*
33 *Duo obligati pro pecunia,quæ peruenit ad vnum tantùm,quis eorum debet prius conueniri.*
34 *Promittens ſoluere quod alter eſt obligatus,an ex hoc liberetur principalis debitor.*
35 *Plures debitores ſimul & in ſolidũ obligati,ſi aliqui illorum condemnantur an debeat executio fieri contra omnes.*
36 *Contractus ſimulatus qualiter cognoſcatur. Et quãdo noceat ſimulatio.*
37 *Prohibita conductione cameræ,an videtur prohibita cõductio fructuum.*
38 *Prohibitum,an poſsit aliquo colore attentari.*
39 *Mulier coniugata minor,an,& quando poteſt obligari pro reditibus regalibus.*

dum, quia iſto caſu quoad principem nó cenſetur priuilegiata. ☞ Iſta lex habuit ortum ab auth. ſi qua mulier. C ad Velleia. & à.l.13.titu.delas deudas.fo. le. ☞ Et quanuis iſta lex dicit. de aqui adelante. nō propterea iſtud eſt ius nouum, ſed antiqua diſpoſitio imperatorum: quę licet poterat allegari pr› ratione, non tamē pro authoritate, vt dixi ī lege prima ſupra.

te la muger [e] no ſe pueda obligar [f] por fiadora [g] de ſu marido [h], aunque ſe diga

2 ¶ Et nota inquantum dicit. de aqui adelante. ꝙ † diſpoſitio iſtius legis non ad præterita, ſed ad futura extēditur. cōcordat in hoc.c.fi.et ibi notat Abb. & cōmuniter ſcribentes.de conſtitutio.&.l.fi.in fine.C.ſi certum peta.& authē.de inſtru. cau & fide inſtru.§.fi.collatio.6.&.l.200. ſtyli. tenet Bar. in.l. omnes populi.5.q.princi.17.col.ver.circa tertium. ff.de iuſti.& iu.&.l.illicitas.in princi.ff.de officio præſi. facit.l.meminimus.et ibi Bal.circa medium. C.de legi.hære. idem Bal.in.l.1.§. locum.C. de cadu.toll. ☞ Quod eſt verum, etiā ſi ratio ſtatuti poſſit trahi ad præteritum.tenet Bal.in.l.teſtium.6.nota.C.de teſtibus.& in.l.comparationes. vltimo notabili. C.de fide inſtr. vbi dicit, ꝙ probandi forma trahitur ad futura, non præterita. ☞ Item non trahitur ad cauſas pēdentes, vt tenet Bar.in d.l.omnes populi.2.q.5.prin.17.col.ver. circa tertium. ☞ Ratio quare conſtitutio reſpicit futura non præterita, colligitur ex tex.in.c.2.de conſtitutio. videlicet, ne aliqui puniantur ſine cauſa, qui ante editam legem actum geſſerunt.& hanc dicimus eſſe legis naturā, vt adaptetur futuris, non præteritis. Ideo dicimus, ꝙ ſi verbum prolatum à lege noua poteſt adaptari futuris, & etiam præteritis, ꝙ capimus intellectum vt comprehendat futura, non præterita. de hoc eſt glo.ſingu.in.l.cum tale.§.falſam. ff. de conditio. & demō. quam glo.pro ſingu allegat Bal.in.l.leges.C. de legi.vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutum loquatur implicatiuè ad præterita & futura, propter verbum ſubiunctiui modi accipitur in futurum. de quo etiā habes glo.in.c.2.de conſtitutio.li.6. ☞ Quando verò lex vel conſtitutio reſpiciat futura tantum, & quando extendatur ad pręterita, vide plenè per docto. & And.Sicu.in.d.c.fi.de cōſtitu.6.col. ver.no.ꝙ conſtitutio.vſq; in finem. per.8.col. & ibi plenius per Feli. & vltra eos vide tex. & Bal. in. c.1. in princi. epiſcopum vel Abb.vſi.feu. vbi dicit, ꝙ decretum papæ non afficit præteritos caſus, nec actus cōſummatos: ſi tamen actus nondum eſt conſummatus, licet conſtitutio non trahatur retro ad cōtractus iam celebratos, vt ſupra dicitur, extēditur tamē ad actus futuros ex contractu præterito. ☞ Quia cauetur lege, vel ſtatuto, ꝙ nullus portet veſtes ſirici, vel panos de eſcarlata: ꝙ licet ſtatutum nō extendatur ad veſtes iam factas, extenditur tamen ad hoc, vt nullus portet eas in futurū: & iſto modo quo ad vſum veſtium ſtatutum extenditur ad veſtes iam factas, ne deinceps portentur. ☞ Sic etiam dicimus in contractibus, & teſtamentis factis ante legem, vel ſtatutum, & ad cauſas: quia licet lex, vel ſtatutū, non extendatur ad cauſas iam deciſas, extēditur tamen vt decidantur cauſæ præteritæ, ſuper quibus ventilatur, non poſt legem, vel ſtatutū per ipſam legem vel ſtatutum factū poſt, & ante quā iudicium eſſet de ea. glo.eſt notāda in cle.2.de vita & honeſt.cle. in parte, vtitur.& in cle.2.de æta & quali. in parte, in poſterum. in fine & in cle.vna.de teſta. quæ eſt glo.2. de quo eſt hodie tex.in data ſtarum legum. ibi, dū dicit. & cauſas que de aqui adelante. &c. vbi dixi. ☞ Quod facit pro conſtitutione olim facta per catholicos Reges noſtros in ciuitate Granatæ.30. die menſis Octobris.anno Domini 1499.appoſita in pragmaticis regni. fo.174. Vide etiam in materia Bal.in rub.C.de vſuris.1.col.ver.quæritur hic. vbi dicit, quid ſi epiſcopus facit nouam conſtitutionē pœnalem contra vſurarium, vtrum trahatur retro ad cōtractus celebratos. Et diſtinguit, an pœna imponatur contrahenti. Primo caſu dicit non habere locum in contractibus præteritis. ſecundo caſu ſic. ☞ Sed Andr.Sicu.in.d.c.fi. 7.col.ver.glo.hīc colligit. de conſtitutio. tenet contrarium, ratione viua, vt ipſe inquit. Quia ſi conſtitutio non extenditur ad præterita, eſt ne aliqui puniantur ſine cauſa, qui ante editam legem actū geſſerunt. per.d.c.2. de conſtitu. ſed vſurarius eſt iure diuino prohibitus exercere vſuras, ideo ſi nunc fit cōſtitutio ſuper vſuris, & contra vſurarios, comprehendit etiam vſurarios præteritos: quia ante conſtitutionem epiſcopi ſunt prohibitæ vſuræ, & actū vſurarium geſſerunt, cùm de iure diuino prohibeantur vſuræ. & quanuis ratio iſta ſit vera, attamen non eſt ſufficiens ad tenendum contra Bal. in dicto loco. ☞ Quapropter ego dico, ꝙ ſi conſtitutio epiſcopi ſuper vſuris, vel contra vſurarios, nihil addit iuri diuino, vel iuri antiquo, ꝙ tūc procedet dictum Andr.Sicu. vbi ſupra: quia tunc vſurarius non exerçet vſuras ante prohibitionem iuris diuini, vel ante prohibitionem iuris canonici, licet exerceat vſuras ante conſtitutionem epiſcopi, & ita non exerceat actum ante legē. Si tamen per conſtitutionē epiſcopi additur pœna maior contra exercentes vſuras, prout leges noſtri regni imponunt propter criminis enormitatē, vt habetur per totum titulum, de vſuris. aliàs, delas vſuras. ordina. tunc qui vſuras exercuerunt ante leges ſupradictas, vel conſtitutiones, non puniuntur pœnis contentis in eis: quia noua, nouæ leges dicūtur, ex quo nouam pœnam imponunt. & tunc poteſt procedere dictum Bal. Et quanuis putaui iſtā rationem nouiter à me adinuentam, poſtea proſpexi Anto.de Bu.& And.Sicu.in.d.c.ſuper alia quęſtione.12.col.& quaſi videntur idem ſentire, & allegat

Extēſio. *Contra.* *Solutio.*

legat iura per me adducta, vide ibi per eos. Et adde. l. fi. vbi bonus. tex. titu. 14. tertia partita. glo. & doct. in. c. vno. de postula. prela. libro. 6. in parte. de cætero. quæ dicit, q̃ cõstitutio antiqui iuris declaratoria non trahitur ad præterita, quando habet in cõtrarium communem opinionem, & communem prudentiam. Et idem dicit glo. in. c. 1. de cleri. non resident. Tene tamen, vt supra dixi, hoc intelligi in pœnalibus causis: secus in causis ciuilibus, quia istæ decidunturper has leges, licet euenirent, & essent ante has leges, prout habetur super data istarum legum, & ibi dixi.

y alegue q̃ se conuertio la tal deuda en p̃ uecho de la muger.

Adde. ☞ Et vide ad supradicta do. Ioã. And. & Domini. in c. perpetuo. 1. col. nu. 4. de censi. in sexto. vbi dicunt, quòd quando papa, vel rex, per viam declarationis approbat vnam ex opinionibus contrarijs, talis approbatio videtur trahenda ad præterita. ¶ Qua propter si per has leges, vel per aliquam ipsarum, reperiretur aliqua lex antiqua, vel doctorum opinio approbata, & veniret casus antiquus decidendus, deberet iudicari & decidi secundum ius antiquum, non vi antiquæ dispositionis, sed nouæ legis approbatione. ¶ Et vide Bal. in. l. nõ dubium. 1. colũ. C. de legi. vbi dicit per illum tex. quòd quãdo lex procedit interpretando, vel declarando, porrigitur non solũ ad futura sed etiã ad praterita. Et idem dicit tex. & ibi scribentes in. l. legis virtus. ff. eo. ¶ Vnde dicit Ioan. And. in. c. vltimo. de verbo. signi. li. 6. in nouella, q̃ in plus se habet declaratio, q̃ constitutio. quia declaratio respicit præterita, constitutio solum respicit futura, vt supra. Idem dicit tex. in authẽ. de filijs ante dotalia instrumẽta natis. §. vltimo. colla. 3. & ibi in glo. ordina. ¶ Vnum tamen teneas menti, quòd dato casu, quòd extenda tur ad præterita, est verum, præterquàm si causa pacto vel transactione esset finita, quia tunc non extenditur ad præterita. tenet Georgius natã in repe. c. quanuis. colu. 42. in versi. 25. quæro. de pactis in. 6. qui allegat plura super hoc. & col. 54. in fine. ver. 24. cum sequenti.

3 c ¶ La muger. Maritus † tamen pro vxore potest obligari. tenet Bal. notanter in. l. 3. fi. verbis. C. ne vxo. pro mari.

f ¶ Obligar. & si obligatur, iuuatur beneficio istius legis, quemadmodum iure imperatorum iuuabatur beneficio velleiani. vt habetur per totum titulum. ff. C. ad velle. de quo beneficio fit mentio in. l. 2. & 3. ti. 12. quinta partita. ☞ Intellige, q̃ tunc iuuatur beneficio istius legis, & beneficio velleia. scilicet ope exceptionis, quando mulier instrumẽto tribus testibus signato, vel subscripto fideiussit: si tamen fideiussit sine scriptura, mulier tuta est ipso iure beneficio legis antiquæ. §. fi. C. ad velleia. de quo per glo. in. d. l. 2. ti. 12. quinta partita.

Adde. ☞ Et ratio quare mulier coniugata nõ potest obligari. Primò, quia sexus mulierum fragilis est, & faciliter possent decipi, & perdere dotes suas. dixi in. l. 55. glo. 1. ver. 3. supra. ¶ Quæro. Q̃o. dicitur hic. no se pueda obligar an † si obligetur, obligatio sit nulla. Aduerte, quia nihil super hoc ista lex dicit licet colligitur ex versi. sequenti. attamen licet hoc non dicat, videtur contractum anullare.

4 ¶ Y anſi miſmo mãdamos, q̃ quando ſe obligare amãconũ

¶ Nam dicit Bal. in. cap. cum speciali. de appella. quem refert & sequitur ibi Præpositus. 1. col. & 1. notabi. quòd lex sub pœna aliquid prohibens non tamen anullans actum, dicitur prohibitiua, & propriè inducit anullationem. vt. d. l non dubium. C. de legibus. faciunt notata & quæ habentur in. c. generali. de elect. in sexto.

g ¶ Fiadora. Secº si donat, vel aliquid soluit, quia tunc non iuuatur beneficio istius legis, nec beneficio velleia. vt. l si ego. & l. quanuis. §. interdum. ff. ad velleia tenet Pau. de ca. consilio. 14. Iuuatur tamen beneficio. l 55. supra. vbi prohibentur mulieres contrahere in iudicio, & extra, & per consequens donare, nec aliquid soluere, prout ibi dixi.

¶ Sed quia in glo. supra proxima dixi quãdo mulier iuuatur ipso iure beneficio Velleiani, & quando ope exceptionis. adde glo. & Cinũ in. d. l. antiquç. §. fi. & in authẽ. si quia mulier. eo. ti. glo. & Bar. in. l. quæ fuerit. ff. de repudi. & quç notantur in. l. 3. ff. de fideiusso. & in Spe. de actio. & obli. §. 1. versi. in primis. & sequenti. in prima forma.

5 Adde. ☞ Et nota, q̃ † licet quis se constituat soluturum id, quòd alter est obligatus, & debitor, propter hoc ipse principalis debitor non est liberatus. ita dicit glo. notãda in authẽ. de fideiusso. colla. 1. Nota. ¶ Item nota viam quçstionẽ quam in facto habui in materia istius legis. ¶ Quatuor vel amplius simul & insolidum se obligauerunt in syndicatu cuiusdã pratoris: conuẽti duo aut vnus tantũ ex obligatis quia diuites erãt pro tota summa cum protestatione q̃ vnius solutione creditor erit contentus. fuit lata sententia, et illi duo cõuenti cõdẽnati in tota summa appellauerũt â tali condẽnatione. & in prosecutione appel. curia catholicorum regũ Hispaniæ, vbi proposuerũt cõdẽnati, q̃ in prima sententia fuerunt condẽnati nõ de iure. per. l. 1. C. si plures vna sententia fue. cõ. licet simul & in solidũ fuerũt obligati, q̃ oẽs quatuor vel quinq; tenẽtur pro rata sua. Quia licet talis originalis obligatio fuit in solidũ. tamẽ illa quç oritur ex sentẽtia, non est sic, sed quilibet videtur condẽnatus pro parte. n isi contrariũ iudex dixerat in sententia, vt declarat Pau. de ca. ibi. sicq; isti debitores ex quatuor vel quinq; condẽnati, censentur cõdem

nati,p rata, habito reſpectu ad omnes quatuor vel quinq;,& non reſpectu ipſorum duorum conuentorũ,Replicabatur ex parte creditoris, q.d.l.1.non dicit, q alij debitores inſolidum obligati non fuerunt conuẽti,ſed loquitur quãdo omnes debitores inſolidũ obligati fuerunt conuenti,tunc ſi ſimpliciter condemnatur, intelligitur pro rata. Super quo dictum conſilium catholicorum regum decreuit, q illi duo debitores condẽnati ad dictos centum aureos intelliguntur condẽnati pro rata,habito reſpectu ad quatuor vel quinq; obligatos, & nõ pro rata ipſorum duorum condemnatorum ad dictos centum aureos. Quia licet alij debitores non fuerunt vocati in iudicio,tamen illi nõ vocati nullã habẽt defenſionẽ,vt pro rata non teneãtur, & omnes in virilẽ cenſentur condẽnati.vt dicit tex.in.l.ſi qui ſeparatim.§. quotiens ff.de appella.& ſic interpretata prima ſentẽtia per dictos duos de ſenatu catholicorum regum Hiſpaniæ licet dictos duos condemnaſſet primus iudex ad centum aureos, vt intelligeretur dicta prima ſentẽtia pro rata reſpectu omniũ obligatorum. Et ſic facta fuit executio contra illios duos pro rata, habito reſpectu ad omnes quatuor vel quinq; obligatos ad dictam ſummam centum aureorum. Sed contra illos alios duos non citatos,nec vocatos non potuit fieri executio,quia non fuerunt condemnati,nec habuerũt ſcientiam huius litis iuxta notata. in.l.ſæpe cum materia ſua.ff.de re iudi.bene tamen creditor poterit agere de nouo contra quem vellet in ſolidum obligatum,vt ſibi ſoluat integrum debitum ſecundum glo. & Pau.de Ca.in.d.l.1.C. ſi plures vna ſenten. ¶ Verum tamen eſt, q ſi cõtractus eſt guarentigiatus,poterit creditor contra reliquos duos vel tres petere creditum ſuum per viam executionis pro reſiduo debiti. ¶ Et nota iſtam deciſionem,quia eſt noua,& illam menti cõmenda pro l.2.ti.12.libro quinto ordi.

h ¶ De ſu marido.concor.authẽ. ſi qua mulier.C
6 ad vellei.cũ aliis. ¶ Adde,q † neq; pro alio poteſt fideiubere.vt habetur quaſi per totum.ff. &.C
7 ad vellei. ¶ Sed q̃ro.† nũquid de licentia viri poſſit mulier fideiubere pro ſe vel p alio. Tex.dicit q ſic in.l.13.ti.delas deu.y de las pagas.fo.le. &.l.5.ti. delos fiadores.co.foro. ¶ Sed hoc non eſt indiſtincte verum.nam p ſeipſa põt fideiubere. vt.l.de die §.qui mulierẽ.ff. qui ſatiſ.cogan. ſed p alio etiã de licẽtia viri nõ poſſet fideiubere, nec obligari. ¶ Et primò ad hoc tenẽdũ me mouet illa regula gñalis, qua dicitur,mulierẽ nõ poſſe p alio fideiubere.de qua in.l.2.in.fine.&.l.3.in prin.ti.12. quinta partita cũ ſimi. ¶ Secũdò ad hoc facit ſingulare dictũ Bal. in.l.cum nõ ſolum.§.neceſsitate.pe.col.ver.quæro nunqd in obligatione.C.de bonis que libe. vbi dicit,q licet pater conſentiat filiæ ſuæ q fideiubeat, nõ valet talis fideiuſſio.quia non remouetur ſexus per conſenſum paternũ. ¶ Ad quod bene facit.d. l.2.titu.12.quinta partita.in fine. inquãtũ dicit,mulieres non debere fideiubere pro aliquibus, ne ſuper fideiuſsione cõtẽdentes in iudicijs, ſe immiſceant hominibus contra pudicitiã & honeſtatem ſuam. quæ inconuenientia non euitantur propter conſenſum maritorum.

marido y muger en vn cõtrato o ẽ diuerſos que la muger no ſea obligada a coſa alguna. ¶ Saluo ſi ſe p- uare q̃ cõuertio lata

¶ Tertiò facit alia ratio,de qua in.d.l.3. in parte. q̃ el derecho.quia ius quod habent mulieres ſuper fideiuſſoribus,non fuit vt fraudibus patrocinentur, ſed propter fragilitatem & ſimplicitatem earundẽ. propterea conſenſus maritorum non habilitat eas ad fideiubendum pro alijs,ſicut neq; pro viris ſuis vt in.l.iſta. ¶ Quartò facit.l.fi.§.1.cũ ibi notatis per docto.ff.de verbo.obli.vbi dicitur,q ſi tractatur de aliquo, ex quo damnum vel commodum poteſt ſequi mulieri,tunc nõ ſufficit patris authoritas ad validationem actus.Si tamen ſit aliquod iniquum, ex quo dãnum non cõmodum poteſt ſequi mulieri,tunc nõ ſufficit patris authoritas iuxta contractũ mulieris.Idẽ dicendum erit in marito:qui, contracto matrimonio,tenet locum parentis.vt.l.fi.ti. delos pleytos que deuen valer o no.fo.le.&.l.54.cum tribus ſequẽ.ſupra. ¶ Quintò facit,quia ratio quare vxor prohibetur fideiubere pro marito militat in fideiuſſione alterius cuiuſcunq;,vt colligitur ex notatis per doctores in.d.authen.ſi qua mulier.

¶ Sextò,quia ſi mulier de licentia mariti poſſet fideiubere pro alio,licet non pro marito,eſſet aperire viam, per quam mulieres coniugatę, pro viris ſuis poſſent obligari,interponẽdo ſub fiducia perſonam alterius,& ſic fieret fraus de perſona in perſonam,contra ea,quę dicit Bal.in.l.non dubium. 3. col.in fine.verſi.ſecundo modo. C. de legi. ¶ Propterea tene,q non ſolum pro marito, ſed neq; pro alio mulier coniugata fideiubere non poteſt. ¶ Niſi in vtilitatem mulieris coniugatæ conuertatur fideiuſsio. ¶ Vel pro facto proprio.vt. l. iſta. quia ſi prohibetur fideiubere pro marito ſuo, à fortiori nec pro alio.

i ¶ A un que ſe diga.quia non aſſertioni,ſed probationi ſtandum eſt.l.non nudis.& leg. actor.cum alijs.C.de proba.

7 k ¶ Mãcomũ † ideſt,tanq̃ duo rei principales debẽdi.idẽ & à fortiori ſi mulier cõiugata cũ marito obligaretur inſolidũ. qa ſi,p pte,quod eſt qñ obligatur a mãcomũ,non põt obligari pro toto,q eſt in ſolidũ.arg.tex.in authẽ.multo magis. C. de epis & cle.de quo p Bar.in auth.ſi qua mulier. C.ad Velleia.et ibi Bal. & in auth.hoc amplia.p.co.C.de fidei co. et ĩ addi.ad Spe.de obli.et ſol.ver.vxor nõ põt. et ibi Spe.ver.ſed põe vir.et ĩ.ti,d actio.& obli.§.1.

verſi.

verſi.poteſt vir. ¶ Ratio quare non poteſt obligari cum viro eſt,quia pariter obligata cum viro cenſetur non principalis,ſed fideiuſſor, vel interceſſit ſe pro viro,vt ibi. ¶ Et q̃ duo ſimpliciter obligati teneantur pro dimidia,habes tex.in.l.2. titu. delas deudas.i ordina. ¶ Sequitur ergo ex.l. iſta,q̃ ſi mulier obligata cũ marito nõ tenet adſolutionẽ:multofortius ſi non expreſſe obligata, quia expreſſum magis operatur, quã tacitũ,& magis obligatio expreſſa,quã tacita.vt.l. aſsiduis.cum pluribus alijs. C.qui potio.in pigno. ha. ¶ Per quod videtur corrigi.l.14.ti. delas deudas.fo.1e.vbi ad literam.l.dicit. q̃ omne debitũ per maritũ & vxorẽ factũ debet ſolui de bonis vtriuſq;:quia ſicut cõmuniter fuit factũ,cõmuniter debet ſolui.vt ibi. ¶ Et q̃ mulier non teneatur pro debito contracto per virum,eſt in expreſſo. tex. in.l. 3.ti. delas deudas.in ordina.& in. l.ſupra proxima,vbi
8 dicitur,q̃ † mulier non tenetur pro debito contracto per virum,niſi in caſu quo vxor vellet partem de acquiſitis conſtante matrimonio. Et iſto caſu poteſt ſaluari.d.l.14.ideſt,quando mulier vult partem de acquiſitis,non aliàs.

9 1 ¶ Si ſe prouare. Ex quo ſequitur, q̃ † altera pars debet,pbare verſum eſſe in vtilitatẽ vxoris.vt ipſa teneatur.pro quo facit.l.prædiorũ.& ibi docto. & Bal.C.de prædijs mino. ¶ Quod eſt verũ in caſu iſti⁹ legis.i quãdo contract⁹ non tenet, tunc verò vxor non tenetur aliquid probare,ſed is, qui dicit verſum in vtilitatẽ vxoris.ſi tñ contract⁹ tenet, eſt
10 ſecus,vt per docto.vbi ſupra. ¶ Sed pone q̃ † mu
26 lier cõfitetur verſum eſſe in vtilitatẽ ipſius,an ſufficit. Videtur q̃ ſic per.l.antiquę.§ ſed ſi quidẽ. C.ad velle.& bene facit.quia cõfeſſio habet vim probationis, & probationis releuatio.vt tenet Ioã.And. et Abb.in rubrica de probatio.2.col.verſi.ſecundo opp. ¶ Cõtrariã ſentẽtiã tenet Bal.in.d authẽ.ſiqua mulier.1.col.ver.probetur qa iſta confeſsio eſt ex cõſequẽtia inanis cõſenſus.vñ dicit,q̃ ſicut nõ põt renũciari dictæ authẽ.ita nec poterit confiteri. quia inter prohibitos præſumitur cõfeſsio ſimulata.vt.l. qui teſtamento.ff.de probatio. ¶ Si tamen mulier coram iudice in forma iudicij confiteretur pecuniam verſam in vtilitatem ſuam,credit Bal.in.d. authen. ſi qua mulier.quòd valet talis confeſsio,aliàs non,prout dicimus in cauſa liberali.vt.l.nec ſi volens &.l.cum affirmes &.l.iubemus. C.de li.cauſa.
11 ¶ Quod † non credo verũ,niſi aliter quàm per confeſsionẽ mulieris probetur pecuniã verſam in vtilitate ipſi⁹. ¶ Quod ſic probo. Certũ eſt, q̃ mulier cõiugata eſt in poteſtate viri.l.54.cũ ſequẽtib⁹ ſupra. & ibi dixi.et.l.fi.ti.delos pleytos q̃ deuen valer ono.fo.1e.ſed obligatio facta per vxorẽ vnà cũ mari to præſumitur facta metu mariti. vt. d.l. fi. cum ſimi. ergo & confeſsio. quia in iudiciis dicitur contrahere, vel quaſi contrahere.vt.l. 4.§. idem ſcribit ff.de peculio.dixi in.l.55. ſupra. ¶ Et ſi dicas,quòd præſentia iudicis & eius authoritas excludit præſumptionem metus. vt.l.tranſactionem. & ibi Bald. & docto. C de tranſactio & quòd facit ceſſare omnem præſumptionem doli & fraudis. vt tenet gloſſa & Bart.in.l.1.C de prædiis curia.4. nota.lib.10. Eſt verum ; quando metus poteſt in totum ceſſare ſine eo,quòd poſtea poſsit reuiuiſcere. Si tamen data indicis abſentia durat metus,tunc authoritas iudicis non facit ceſſare fraudem vel metum. vt tenet Iaſo.in.d.l. tranſactionẽ.1 notã. & omnino idẽ Iaſo.in.l. pacta nouiſſima.3.nota.C.de pactis.per eundem in.c.1.in prin
12 cipio.5.&.6.col.qui feudum dare poſſunt. ¶ Item † quia metus dicitur durare,quandiu durat cauſa me
13 tus.tenet Bal.in tracta. ſchiſma.9. col. ¶ Item † metus præcedens actum dicitur perſeuerare. vt tenet idem Bal. in.l.1. in fine.C. ſi quis aliquẽ teſta. pro. ¶ Et expreſſe in hoc caſu metus viri præſumitur durare,durante matrimonio.& ſic non ſufficit etiã ex interuallo poſt metum iniunctum conſentire vxorem inſtrumento viri. tenet Iuno. in.c. perlatum.in glo.in verbo.ratum.quod metus cau.& Bal. in marga.verſi. votum.in fine. vbi dicit, q̃ ſemper vxor intelligitur eſſe in timore viri. ¶ Item authoritas iudicis nihil operatur, vbi eſt expreſſa temeritas.l.qui teſtamento.ff.de execu.tuto.tenet Bald. in.l.falſos.pe.col. verſi.& idem in quocunq;.C. de fu:tis. ¶ Hinc dicimus,q̃ † authorans actui nullo,
14 tenetur ipſo iure ad intereſſe. vt per Bar. in. l.1. in princi.in lectura Nico.de nea.2.col.ver.item quærit gl.ff.de tute.& ratio.diſtra. & iſta opinio hodie per iſtam.l.videtur tacitè approbata, in quantum dicit.aunque ſe diga & alegue.&c. Nam licet dicatur in inſtrumento,vel coram iudice,q̃ debitũ fuit conuerſum in vtilitatem vxoris, non valebit talis confeſsio. ¶ Idem dicim⁹ de filiofamilias minore: qui ſe obligat cum patre,non tenetur.vt per glo.do ctores,& Bar.in.l 1.C. de filiofami. minore. ¶ Nec
14 obſtat ſi dicatur,q̃ † quando confeſsio fit coram iudice in forma iudicij,præſumitur libera,non metu alicuius facta.quia idẽ poteſt dici ſi extra iudicium coram iudice non in forma iudicij aliquis confitetur,attamen non validatur confeſsio, quando eſt de perſonis prohibitis.& hoc verum.

15 Adde. ¶ Iuxta prædicta quęro. † vir & vxor 25 vendunt quandam rem ſtabilem ipſius mariti, quæ fuit paterna mariti ſui,obligata pro dote, & confitentur in inſtrumento ſe recipiſſe pretiũ:ſoluto matrimonio per mor-

lo que ſe cõuertio en prouecho dlla fueẽ las coſas que el marido le era obligado a dar, anſi como en deuda en ꝓuecho ⁿ della,caeſtonces mãdamos que por rata dl dicho ꝓuecho ſea obligada.

tem viri vxor petit dotem ab hæredibus viri, dicunt hæredes, quòd fuit vẽdita per vxorem & per maritum ſuum illa res ſtabilis, & ꝙ habuerunt pretium, quod pretium præſumitur ꝙ pro medietate peruenit ad vxorem, pro medietate ad virum. vt dicit Bar. conſi. ſuo incipiente. domina. p. nupſit & &c. per tex. in l. reos. §. cum tabulis. ff. de duobus reis. de quo conſilio facit mentionem Bald. in authen ſi qua mulier. C. ad Velleia. & in. l. 1. C. de duobus reis. licet nõ determinat, ſed bene determinat ipſe Bal. in l. mater. quarta. colũ. ver. ſed hic q̃ro quid in tali caſu. C. de rei ven. & ſic cùm ſit doti ſatisfactum pro medietate pretij prædicti dictæ vxori, id quod deficit vſq; ad complemẽtum dotis offe-

Contra. runt hæredes velle ſoluere. ¶ In contrarium pro parte vxoris dicitur, ꝙ quanquàm in inſtrumento venditionis dicitur, ꝙ vir & vxor confitentur ſe recepiſſe pretium, & ſic præſumitur ꝙ pro medietate peruenit ad vxorem: tamen in rei veritate totũ dictum pretium peruenit ad virum, & in eius vtilitatem conuerſum fuit. Et bene ad hoc poteſt conſtare, cũ hodie per iura regni omnia ſint in poteſtate mariti, & ipſa vxor per l. 55. ſupra. quo caſu tollitur præſ. imp. de qua per Bar. vt dicit. Bal. in. d. authen. ſi qua mulier. ſubdens, ꝙ cautę mulieres quãdo vendunt res dotales, vel res viri ſibi obligatas pro dote, faciunt ſibi fieri cautelã de totis dotibus ſuper reliquis bonis viri, vel ꝙ vxor confiteatur, ꝙ totum pretium peruenit ad maritum. ¶ Quæritur

Concl. quid iuris. Et videtur, ꝙ quãdo vir & vxor conſtẽtur ſe pretium recepiſſe, nunquã talis cõfeſsio præiudicat mulieri, quãdo repetit dotem, per ea, quę ſuperiꝰ ſunt dicta: niſi doceatur, ꝙ medietas dicti pretij ſit verſa in vtilitatem mulieris. ▽ Hãc ſententiã firmat Spe. in ti. de obli. & ſolu. §. ante omnia. verſi. ſed pone. Et dicit Ioãn de imo. in repe. c. cum contingat. de iureiu. ꝙ ipſe hãc partẽ putat eſſe veriorẽ per. d. authẽ. ſi qua mulier. ▽ Item quia, vt dixi, & experientia nos docet, maritus videtur pretium recepiſſe, nec cõmodè vxor potuiſſet reſiſtere voluntati viri. Et idẽ dicit Ioã. de imo. vbi ſupra. ideo ſatis eſt iuſtum, ꝙ non teneatur medietatem pretij in dicta dote computare. Et hoc eſt de mente Cini in dicta authẽ. ſi qua mulier. Propterea. l. iſta cauetur, ꝙ licet mulier coniugata quoquo modo contraxerit, ſiue cum marito, ſiue ſeorſum, non teneatur, præterquã ſi probatum fuerit illud verſum in vtilitatem ipſius mulieris. ▽ Et ita hodie ceſſat dictum

Ioã. de cõ. Bar. de quo in dicto ſuo conſilio. ¶ Nec obſtat dictũ §. cum in tabulis. nec corrigitur per iſtam legẽ. quia ille tex. & quæ ibi dicuntur procedunt in his perſonis, quæ poſſunt inter ſe obligari, ſed non in muliere coniugata, quæ non poteſt ſe obligare pro viro. vt iſta lex dicit. &. d. authẽ. ſi qua mulier. & lege 1. & per totũ titulum. C. ad Velleia. ¶ Et ſic cõcluditur, ꝙ ad hoc vt mulier obligetur quando contrahit vnà cũ viro, & cõfitetur ſe pretiũ recepiſſe, eſt neceſſe aliter apparere pecuniã eſſe verſam in vtilitatem vxoris. & hoc eſt valde conſentaneum rationi ▽ Hoc etiã firmauit Bal. in l. 1. C. de duobus reis. ¶ Ex quo dicebat idem Bal. in. d. l. mater. C. de rei ven. ꝙ licet confeſsio coniugum de receptione pretij facta in inſtrumento probet inter emptorem & mulierem, non tamen inducitur probatio inter mulierem & maritum cum quo non eſt facta confeſsio. & Alex. in 2. volu. cõſilio. 35. incipiẽte. conſideratio. dicit, ꝙ contra opinionẽ Bar. nonulli tenuerunt. non ponit illam opinionem pro conſtanti, nec procedit per iſtam l. & per ea quæ ſuperius dixi. ¶ Vnum tene abſq; dubio, ꝙ ſi mulier in contractu confeſſa eſt pretium recepieſſe, præſumitur hoc dixiſſe metu mariti, per ea, quæ ſuperius ſunt dicta. ▽ Sed an ſola præſentia mariti in *Q.* ducat iſtum metum, tenet Socinus, aliàs doct. Bernardus diaz de Luco. doc. noſter Hiſpanus, de cõſilio regum Hiſpanię. & Inno. in. c. cauſam matrimonij. 2. col. & ibi do. Abb. ver. contra tex. & Felinus. 2. col. in. ver. glo. in verbo limita. de offi. dele. bonus tex. in. c. inſinuante. qui cle. vel. vo. ma. contra po. do. Abb. in. c. inter. de electione. 2. col. & in. c. Abb. quod me. ca. 1 col. & in. c. cum dilectus. eo. ti. 3. col. in prin. Bal. in. l. 1. C. ſi qui aliquem iſta pro. Sed intellige omnia iſta ſecundum Abba. in. d. cap. cauſam matrimonij. f. quando confeſsio vxoris de ſe valet: ſecus ſentit eſſe, ſi cõfeſsio vxoris facta eſſet ſuper caſu prohibito, vel improbato. vt poſſum exemplificare in caſu iſtius legis. Et nota ꝙ ad tollendum ſuſpitionem metus facit quod interſint cõſanguinei, vel iudex, & tunc ceſſabit. ita notanter Bar. in. l. tranſactionem. C. de tranſ. in ſuis regulis. 33ª. Vultus tamen potentis terribilis inducit iuſtũ metum. tenet Ioã. And. in. noue. in. c. quia propter. de elec. & Bal. in. c. 1. §. iniuria punitur. de pace iura. firm. vſi feu. ¶ De materia iſtiꝰ legis, vide aliqua per Alex. 3. parte con. 1. col. 2. ver. idem tenet Sali. & ꝙ habetur in Speculo de renunciatione. 8. col. in fine ver. iterum ſi vir. & ſequẽ. & in ver. item beneficium iuris hypothecarum. & Socinum in regula. 398. vbi etiam dicit, ꝙ res ſi bene geritur ceſſantibꝰ ſolennitatibus valet, ꝙ nota.

m ¶ En prouecho della. Nota hic vnum caſum, in quo mulier poteſt ſe obligare cum marito, vel ſeorſum, putà, pro debito conuerſo in vtilitatem ipſius. concordat text. in authen. ſi qua mulier. & ibi docto. & Bal. C. ad Velleianum.

Adde. ▽ Et lege. aliqñ. & ibi Pau. de ca. nu. r. ff. ad Velleianum. Et ne mirum, quia ſi maritus ſe obligat pro debito, quod vertitur in vtilitatem vxoris, tenebitur vxor. argumento iſtius legis. et dictę authẽ. ſi qua mulier. habetur in lege. tertia. titu. 12. quinta partita. vbi vide octo caſus, quibus mulier poteſt fideiubere, & ſe obligare. ▽ Adde alium caſum, & erit nonus, in quo mulier poteſt obligari vnà cum viro. putà

quando

quando ex contractu non læditur.tenet Bal.in. l.fi. in fine.C.de pactis.

Adde. ☞Pro quo eſt textus in.l.ſi mulieri.la 2.cum alijs.ff.ad Vellcianũ. ¶Quęro nunquid † impenſæ neceſſariæ in
16 fundo dotali factę per virum, minuant dotem. Et dic,q ſi fundus dotalis eſt datus inęſtimatus, expē ſæ factæ in eo minuunt dotem ipſo iure. vt eſt tex. in.l. vnica.§.ſed nec ob impenſas. C. de rei vxo.actio.& in.l.quod dicitur.& ibi per Bar.ff.de impē. in re doti.fac.& patet in.l.ſi is qui. §. quod dicitur. ff.de iure doti.tangit Bar.in.l.impenſæ.d.ti. de impen.in re.dot.fac.dūmodo non ſint modicę,vt dicitur in.l.omniũ.cũ ſeq̃n.ff.eo.ti. ¶Ego aliter dico, q nō omnes impēſę iſto caſu neceſſarię factę in rebus dotalibus minuūt dotē,ſi factæ ſunt cōſtāte matrimonio,ſed tantū medietas earū,quæ ad maritum pertinent:cùm hodie lucra & melioramēta facta & habita conſtante matrimonio inter maritū & vxorem ſint cōmunia inter eos.per.l.1.cum ſequentib⁹ ti.4.li.5.ordina.&.l.77.infra.cum pluri.alijs. & ſic quo ad dimidiam minuunt dotem, non in totum. Et quod dicit Bar.et alij vbi ſupra.procedit ſecūdū ius antiquū imperatorum,quibus iuribus cauebatur, q omnia habita conſtante matrimonio eſſent viri,nō vxoris.nam ad eum ſpectabat dotare filios de proprijs bonisſuis.per.l.ſi pater.C.de dotis.promi.item vt euitaretur ſuſpicio turpis quæſtus contra mulierem.de quo.in.l.quintus mucius.ff.de donа.inter virum & vxorē.☞Vndecimò.quando cōſentiens alienationi rei ſuæ recipit contracambiū, ideſt aliam rem æquiualentem rei ſuæ. tenent docto.& Bal.in.d.authen. ſi qua mulier.

17 Adde. ☞Circa hoc accidit q̃ſtio, quā nota † q̃dā nobilis Troill⁹ Zenuchę, et dña Catharina vxor ipſius vēdiderūt nobili Ioāni de Spes quoddā prædiū publico inſtrumento mediante,et pręſupponitur,q dictum prædium fuit datum in dotē,ita q erat dotale. item eſt pręmittendū,q maritus volens vendere dictū prædiū dotale permutauit cum vxore,& dedit in excā biū alia bona ſtabilia maioris æſtimationis, q̃ eſſet dictū prędiū.ſoluto matrimonio per mortē viri dicta domina Catharina agit rei vendicatione contra dictū Ioannē de Spes,vel contra ipſius hæredes eo defuncto ad dictū prędiū olim dotale:& dicit,q dicta vēditio non obſtat ei, quia fundus dotalis non poteſt vendi.itē quia dicta vēditio fuit ſimulata in fraudē pignoris,quia interuenit pactū de reuēdendo,et modicitas pretij vltra dimidiā iuſti pretij.tertiò, qa ipſa vēdidit per vim et metū viri ſui. quod
Contrā. præſumitur durare durante matrimonio.vt dixi in glo.ſupra proxima. ¶In contrariū fuit expoſitū per dictū Ioānē de Spes, vel per ipſius hæredes,q licet contract⁹ venditionis ſit de fundo dotali,tñ tē pore venditionis nō erat dotalis propter dictā permutationē antea factā. & pro hoc allegabatur Bal. in.d.authē.ſi qua mulier.C.ad Velleia.vbi dicit, q ſi illud cābiū eſt vtile mulieri, valet,& meli⁹ eſt, q fiat prius iſtud cābiū,& poſtea adhiberi conſenſus mulieris in alienatione, & ſic cū alia res ſit ſubrogata loco rei dotalis,vēdicat ſibi locū diſpoſitio au thē.ſiue à me.C.ad velle.ibi dū dicit.niſi aliq̃ res & *Diſtin.* &c.Quæritur qd in hoc eſt dicēdū. Tu verò vt pateſiat veritas hui⁹ quæſtionis multipliciter diſtinguе.et primò ſi mulier, q̃ recepit cōtracābiū, non fuit lęſa,ſed recepit rē maioris æſtimationis & valoris,& tunc nullū ſibi remediū cōpetit contra emptorē:nam mulier non iuuatur beneficio Velleiani,niſi lædatur.vt.d.l.ſi mulieri.cū ſimi.C. ad Velleia.☞Maximè ſi ſoluto matrimonio dicta vxor ꝑ dote ſua cœpit poſſeſsionē illorū bonorum datorū in cābiū melioris eſtimatiōis, q̃ eſſent illa bona dotalia,& ſi ratificauit,& approbauit illud cābiū,per ea quę notātur in.l.ſi ob turpē.ff.de cōditio ob turp. cauſam.& in.l.2.C.quod metus cauſa.vbi ſi præceſſit metus in cōtractu,& poſtea nullo ſubſiſtēte metu ſoluit, non poſſunt repetere,quia purgat⁹ eſt metus præcedens per ſolutionē ſpontaneā. ¶Sic etiā
18 dicimus,q † ſi filius exhæredatus recepit quod ſibi relictū eſt à patre in teſtamēto,videtur teſtamentum approbare,& excluditur à querela.vt in.l.pe. ff.de inoffi. teſta.maximè ad dandam exceptionē, ſed ad dandā actionē dubitant doctores in.d.l. ſi ob turpē.& in.d.l.2.C.quod metus cau. ¶Hæc cōclu
31 di. ¶ Pone ergo,q † mulier prima die mēſis ianuarij anno dñi milleſimo quingenteſimo matrimoniū contraxit,& marito ſuo multa in dotē dedit, & publico inſtrumēto marit⁹ ſe obligauit dotē reſtituere,ſolu.ma.forte vir & vxor ſteterūt in mrimonio p.10.ānos.vel.30.ānos.mortuo viro mulier nititur dotē ſuā ab hæredib⁹ viri recuperare p viā executiōis.hęredes viri opponūt ex aduerſo hoc remedium

dium non cõpetere vxori,ppter lapſum.10.annorũ à die celebrati cõtractus. mulier dicit,q decẽnium debet computari,& incipit currere à die mortis ſui mariti. quid in hoc eſt dicendũ. ☞ Aduerte,qa pro parte iſtorũ hæredũ eſt ſingulare dictũ Ia.de raue. quem refert Ia.faber in.§.fuerat. inſti. de actio. vbi dicit,q actio de dote oritur à tẽpore contractus matrimonij.& allegat quaſi p expreſſo.l. iuriſgẽtium ff.de pactis.vbi dicitur,q pactum appoſitũ tempore cõſtitutionis dotis,informat veterem actionem, aliàs non informaret.hoc etiã probat. per.l. ſi alia.§ fi.de bonis dãnato.itaq; ſecundũ iſtam opinionem decennũ incipit currere à tẽpore cõſtitutiis ẽdotis,& propterea non habet locũ executio,quia lapſum eſt decẽnium. ☞ Contrariũ eſt verũ.imò decẽniũ incipit currere demũ ſoluto matrimonio à die obitus viri,iõ habet locũ executio,nec eſt præſcriptum ius exequẽdi per lapſum.20.vel.30. annorũ,q bus vir & vxor ſteterunt in matrimonio. ☞ Ad qđ probandũ facit glo.ſatis notãda in.d.l. ſed ſi alia. in fi.ff.de bonis dãna.quãuis Dinus ibi dicat,q nõ valet vnã muſcã.intẽdit enim ꝓbare dicta glo.q actio de dote oritur ſoluto matrimonio. ſed verum eſt,q præſcriptio incipit currere à die, quo actio oritur. p.l. in rebus.§. oẽs.C. de iure doti. & dato q antea eſſet nata preſcriptio,non currit quouſq; poſſet efficaciter intentari.vt.l 1.§.fi.C.de annali.excepti.q non põt niſi ſoluto matrimonio,ergo interim præſcriptio non currit. ☞ Pro quo facit à cõtrario ſenſu.d.l.3.in.fine.ti.delas preſcrip. foro legũ. vbi dicitur,q præſcriptio currit contra eos, qui poſſunt petere ius ſuũ,& non petũt. non enim currit præſcriptio ei,cui nõ poteſt deſidia imputari,vel negligentia.vt.d.l.3.notat Barto.in.l.ſcimus. de agrico.& cenſi.lib.10. ☞ Item ad hoc facit,q quãdo obligatio contrahitur ſub conditione expreſſa vel tacita,quæ ſe habet ad eſſe,vel non eſſe,non naſcitur actio,niſi in euẽtum conditionis.vt.l. cedere diẽ.ff.de verbo. ſigni. ſed in hac actione intelligitur tacita cõditio, ſi matrimoniũ non fuerit diſſolutũ culpa mulieris. vt.l.cõſenſu.C.de repu.&.l.lucius.ff.ſolu.mat.ergo actio nõ oritur.ſecũdũ Dynũ vbi ſupra. ☞ Et multũ ad hoc facit.l.1.C.de repu.ibi.ideoq; ipſo iure dotis actio non competit. Et bene faciunt notata in.l.pater.ff.de dote præle.& in.l.ſi cut in annos.ff. quibꝰ modis vſufru. ami. cum ſimi. & quod notanter dicit Bald.in.l. ſicut in re.1.colũ verſi. in textu.C. de præſcrip.30.anno.& quod habetur in Spe.de loca. §.6.ver.41.&.44.vbi dicitur,q præſcriptio nõ currit niſi à tẽpore quo potuit moueri actio. ☞ Itẽ dixi in.l.55.ſupra.& ibi eſt tex.q mulier coniugata non poteſt agere dũ eſt in matrimonio ſine licẽtia viri, quia in eius eſt poteſtate.Sed tu habes, q conſtituto in poteſtate alterius,nõ currit præſcriptio.ſecundum Bal.in.l.cũ notiſsimi.§.imò. vltima col. verſi: itẽ ſi quis.C.de præſcriptio.30.vel.40.annorũ. igitur.&c. ☞ Item ad hoc facit dictũ Ioan. an.in addi-

Contra.

tio.ad Spe.in.ti.qui filij ſint legitimi.in rubrica. in princi. vbi dicit de patre habente duos filios, qui alteri donauit omnia bona ſua:viuo patre,non poteſt alter filius petere à fratre legitimam, niſi poſt mortem patris donationem immenſam. vt.l.2. &.l ſi totas.&.l.ſi mater.C. de inofi.donatio.quia in vita parris filius non habet niſi ſolam ſpem. vt.l. nec ei.ff.de adoptio.Bar.in.l.is.poteſt.ff.d acqui. hære. ideo ſi.30.anni ſunt elapſi patre viuo à tempore donationis immenſæ,bene poterit alter filius agere ad reuocationem donationis immẽſæ,quia vita patris erat impeditus agere,nec currit ei tempus petendi reuocationem donationis,ſed tempus incipit currere demum mortuo patre, vt ſupra. ☞ Et vltra ſupradicta allego tex. quem ad hoc notant docto. & Bal.in.l.ſcimus.§.illud præterea.in prin.C. de inofi.teſta.vbi dicunt per illum tex. q antequam actio naſcatur,nõ poteſt contra eam præſcribi, ſed actio ad dotem repetẽdam non naſcitur niſi ſoluto matrimonio vt ſupra dixi,ideo.&c. Tene igitur,q tẽpus decẽnij ad petẽdam dotem per modũ executionis, vel aliàs,incipit currere demum ſolu.ma.non ante.

Adde. ☞ Quando actio iſta de dote naſcitur, vide do. Ioan. campe. in tracta. de dote.3.parte.17.q.vbi plenè. ¶ Et iſtud eſt ſingulare priuilegium dotis, q non præſcribitur contra eam, antequam naſcatur actio. ¶ Sed ſingularius priuilegiũ dotis eſt,q in generali obligatione, vel liberatione, quam vxor relicta omnibus legatis ſibi factis per virum facit hæredibus viri tanquam ſibi ſolutis, non venit legatum dotis prælegatę.vt poſt multa concludit Paulus de Caſt. conſilio.234.quem refert & ſequitur Bald.noue.in ſuo tracta.de dote.8.parte.14. priuilegio.folio. 44. nume.1. ¶ Hinc etiam dico, q ſi minori duorum vel trium annorum datus eſt tutor, vel minori annis ſexdecim datur curator,qui tutor vel curator facto ſolẽniter inuentario ad mandatum iudicis obligauit ſe & ſua pro ſolutione & reſtitutione quantitatis contentæ in inuentario,q finita tutela, vel cura,& ſic elapſis decẽ annis,& amplius,poterit contra tutorem vel curatorem executio fieri, quia decẽnium, vt ſupra dixi,incipit currere,finita tutela, vel cura:& quia ante finitã tutelam, vel curam,minori contra tutorem vel curatorem non competit actio, vel ius vt.l.1.C. arbi. tute. cum ſimi. ☞ Item quia,vt ſupra dixi, contra non valentem agere nulla currit præſcriptio.vt.l.1.in.prin.C.de ãna.exceptio.tenet gloſſa.in.c.auditis.& in.c. cum nõ liceat. de pręſcriptio.tenet Bar.in.l. vnꝰ.§.ſi fons.ff.de ſerui.ruſ. prædi. ☞ Sed oppono contra hoc de textu. in.l.1.& ibi Baldus.5.col. verſi.21.oppo.C. qui admitti. vbi dicitur, q filiusfamilias præſcriptione tẽporis excluditur. ☞ Solutio. Aut loquimur de prę ſcriptione actionis, & iſta non currit filiofamilias, quia agere non põt,cũ exercitiũ ſit apud patrẽ,non apud filiũ,& ſic filius nõ habet poteſtatẽ deducẽdi

Infertur

Oppo.

Solu.

rem in iudicio,quia caret exercitio,ideo ei meritò non currit præſcriptio.quia vbi non eſt exercitiũ, ibi non eſt negligentia,vt.l.fi.§.donec. C. de iure delibe.&.l.2.§.pe.ff.de iudi. ☞ Aut loquimur in præſcriptione temporis bonorum poſſeſsionis pe tendæ,quæ ſit non in figura iudicij,& talis præſcri ptio currit contra filium familias,quia ius & exer citium reſidet in eo principaliter,& ita procedit.d. l.1.C.qui admi.ſed ſuper executione contractus filiusfamlias, vel minor,debet ſtare, & contendere in iudicio contra tutorem,vel curatorem, nolentẽ ſoluere,finita tutela:ergo eis nõ currit præſcriptio, quia negligentia non poteſt eis imputari,cum non valeant agere.vt ſupra dixi.& ita procedit.d.l.1.in fi.

Oppo. C.de annali.excepti.☞Secundò oppono contra ſu pradicta,& eſt oppoſitio cadens à prima oppoſitione,& videtur q etiam minori currat iſta præſcri ptio.vt.l.attillicinus.ff.de ſerui.ruſti.prædio. vbi dicitur,q habenti ius in habitu abſq; exercitio cur rit præſcriptio.nam ſi habes ſeruitutem aquæ ducendæ ex fonte,& fons deſiccatus eſt taliter, q ducere non potui,currit mihi præſcriptio, ſed datur

So. reſtitutio.☞Solutio,ibi eſt impedimentum facti: nam facti difficultas tenorem præſcriptionis non impedit,ſecus eſt quando impedimentum iuris,vt in caſu noſtro.facit.l.quotiens.C.de preci.impera. offe.&.l.pacta nouiſsima. & ibi C.nus vltima. q. C.de pactis.Bal.in.d.l.1.C.qui admi.& in.d.l.cum notiſsimi.§.illud.C.de præſcrip.30.vel.40.annorũ. plenius per Bar.in.l.ſenatus. 2.col.ver.oppono. ff. de offi.præſi.☞Itaq; ex ſupradictis habes, q præſcriptio.10.annorum.de qua in.l.iſta.non currit cõ tra minorẽ in caſu,ꝓpoſito,duplici ratiõe. Primò, quia contra non valentes agere non currit præſcriptio.☞Secundò,quia ante finitam tutelam, vel curam,non eſt cum effectu nata actio ad agendum. verum tamen eſt,q talis contractus dotis vel minoris non poteſt exequi,quia eſt conditionalis,& incertus,niſi conditione liquida.vt plenè dixi ſuper

Infer. iſta.l.in parte,obligaciõ perſonal,circa finẽ. ¶ Ex

32 hoc etiam dico.q iſta † præſcriptio.10.annorũ non currit pendente dilatione conuentionali.pone ergo,q tu vendidiſti Seio fundũ valentem mille ducatos,pro quibus Seius corã notario publico promiſit ſoluere,deinde vſq; in quindecim vel viginti annos,q elapſo termino quindecim annorum contractus poterit executioni mandari,quãuis à die celebrati contractus ſint elapſi.10.anni.et amplius.& eſt ratio,quia pendente dilatione cõuentionali,vt dixi non currit præſcriptio.Iſtud etiam tenet Bal. in.d.l.ſicut in principio.C. de præſcriptio. 30. annorum.vbi dicit,q ſi creditor cum debitore paciſcatur non petere debitum vſq; ad annos quinquaginta,quod his elapſis,agi poterit: quia ante annũ lex non habuit experiendi potentiam,durãte præ dicta dilatiõe cõuentionali. De quo eſt caſus in.l. 3.§.pe.ff.de preca.legitur & notatur ĩ.l.ſicut in annos.ff.quib⁹ mo.vſufru.ami eſt etiã tex.ſingularis in.d.l.cum notiſsimi.§.illud.C.de præſcriptio. 30. vel.40.anno.vbi dicitur,q in obligatione ſub conditione,vel in diem,incipit præſcriptio,aduenien te conditione,vel die.☞Vtrum partes poſsint face re vt in contractu ſuo nõ poſsit opponi exceptio præſcriptionis,vide And.Sic.in rubri.de præſcri. & remiſsiuè in.c.illo vos.4.col.ver. vtrum partes. de pigno.☞Ex prædictis etiam dico, q ſi conduxi *Infer.* Titio fundum pro.20.annis.& certa quãtitate vno quoq; anno ſoluẽda,aduenięte anno.11 vſq; ad. 20. annum potero executionem petere pro penſione 11.anni,& aliorum ſequentium,ſi tempus ſolutioni præfixum eſt elapſum,etiam ſi à die celebrati contractus.10.anni ſint elapſi. Quod etiam procedit in emphiteoſi perpetua.Itaq; ſi mihi domino directi domini emphiteota eſt per contractum emphiteoticũ obligatus vnoquoq; anno ſoluere. 10. vel. 20. corbes tritici,licet ſint elapſi.30.anni à tempore celebrati cõtractus,potero executionẽ petere pro pẽſione.30.anno.ſ.10.precedentiũ.quãuis,vt dixi,cõtractus emphietoticus ſit multò ante celebratus.Et eſt ratio,quia pendẽte dilatiõe cõuentionali nõ potui experiri,nec agere tenet notãter Bar.in.l.interdum.§.1.ff.de verb.obli.& in.l.ita ſtipulat⁹.34.col. 2.q.principali.eo.ti.Abb.in. c. pręterea requiſiſti. & ibi Præpoſitus.de appe.☞Ex quo dicũt docto. in.l.prętor.ff qui potio.in pig.ha.& in.l.1.in fin.ff. quãdo dies vſufructu.legatæ. & in.l. item quia. 2.

33 reſpõſo.ff de pactis,q † primũ debitũ nõ cõputatur à die celebrati cõtract⁹,ſed à die,quo eſt fienda ſolutio,vel à die euẽt⁹ cõditiõis.☞Ex quo potes ſumere regulã,q præſcriptio decẽnij nõ incipit currere à die celebrati cõtract⁹,ſed à die,quo debet fieri ſolutio:nã ante iſtud tẽpus nõ põt experiri, nec agere vt dictũ eſt. ¶ Vltimò quo ad ſupradicta no-

34 ta,q † ius exequẽdi præſcribitur ſpacio.10.anno.niſi per pactũ prouideatur ne currat decẽnium.tenet Ioã.And.in rub.de præſcriptio.in additio.ad Spe. 2.col.ad fi.vbi dicit verũ quo ad paciſcentẽ, & habẽtem cauſam ab eo,non quo ad tertiũ. tenẽt doct. & Anto.de Bu.in.c.cũ nõ liceat.eo. ti. & ibi Abb. 3.col.ver.ſed ego dubito.☞Sed cõtra,quia non poteſt renunciari præſcriptioni inductę ab ſtatuto.vt per Bar.in.l.nemo poteſt.pe.col.ver.quæro ſtatutum.de lega.1.☞Solutio. illud eſt poſt completã *So.* præſcriptionẽ: ante completam vero poteſt pacto agi, q nulla currat pſcriptio.vt ſupra & ibi p Part. in.l qđ ſi nolit.§.ſi quid ita ff.de ędili.edic.Bart.in l.1.C.ne rei domi.vel tẽp.1.col.in princi.☞Itẽ quia pręſcriptiones currũt in defectũ prouiſionis hõis: ideo põt hõ,pſpicere ne currãt, & ſeruabitur talis cõuẽtio.qa prętor ait pacta ſeruari.vt.l. iuriſgẽtiũ. ff.de pactis.nec itelligitur in mora eſſe,q ſcit ſuũ vbiq; durare.notat Bal.in.l.vnica.C.đ ſentẽ.q̃,p eo q intereſt,pfe.licet Bar.aliud notat in.l. nemo põt. 6.col.ver.quęrit Dinꝰ.de leg.1.& ĩ.l.1.ff. đ vſucap.

&

& in.l.1.in fi.C.de annali exceptio.tenet Bal.ī.l.fi. C.de tēp appellatio Ange.in authē.eccleſia romana.collatio.2. ☞ Iſtud etiā probo tali ratione. pactū
35 † dicitur ius cōmune ſecundū Bald.in.l.liberti.12. col.C.de ope.liber. & habetur pro ſtatuto. vt per Bar.in.l.ciuitas.circa principium.ff.ſi cert.peta.
36 ¶ Amplius dico,q† pactū operatur vltra & pluſ quā cōſuetudo vel pluſquā ius cōmune. ſecūdum glo.ſingularē in.l.cū mirabilibus.C.de teſta. mili. ſed lex vel ſtatutum poteſt operari, quod ius exequēdi præſcribatur decennio,vel q non præſcriba tur,ergo pactum partiū poteſt operari,q non currat prēſcriptio decēnij,& tale pactum facit ius quo
37 ad illos. ¶ Itē † pacto poteſt induci,q inſtrumen ta exequātur.vt.l.minor.ff.de minori.ergo & q cō tra id non currat prēſcriptio. & ſicut pacto poteſt induci q non currat præſcriptio, ita poteſt induci pacto,q vſq; ad.20.annos contractus poſsit execu tioni mandari.qa,vt dixi, pactum habet vim legis.

Adde. ☞ Vide etiā And.Sicu.in.c. illo vos. 4.col.in prin.in ver.vtrū partes.de pi gno.& in rubrica de prēſcriptio. vbi
38 dicit † an pactum appoſitum in contractu, vt non currat præſcriptio,valeat.Et Bal.in authē. quas actiones.2.col.ver.ſed iuxta hoc quæro. C. de ſacro ſanct.eccle.& Socinus in reg.357. melius do Abb. in.d.rub.de prēſcriptio.2.col.& do.Ioā. Fran.Bal bus in tracta.de prēſcriptio.5.pte.5.partis principa lis.q.vj.nu.38.in prin.&.q.7.nu.41.Bal.in.c.1.§.præ terea.verſi.quæro ergo.vſq; in finem. de capitulis corradi.vſi.feudo.vbi dicit,q pacto, vel ſtatuto po teſt prouideri,ne currat præſcriptio. Et ibi etiā dicit. Quid ſi verba proferuntur à contrahentibus. Quid ſi à teſtatore. Et quid ſi verba iſta ponerentur in reſcripto, vel priuilegio,ne præſcriptio cur rat.vbi non bene concludit. ¶ Sed dato vel conceſ ſo,q pacto,vel ſtatuto aut teſtamēto,reſcripto, vel priuilegio poſſet ſtatui, q prēſcriptio non procedat,nec currat, de qua prēſcriptione intelligēdum eſt? vide ibi per Bal.& in addi ad eū. per do. And.
39 Sicu.Barba. ¶ Quid † ſi dicatur,nulla præſcriptio ne obſtante,tene,q non intelligitur de præſcriptio ne longiſsimi temporis.nam dicta verba non impe diunt prēſcriptionem longiſsimi tēporis.ita Bal.in dicto §.præterea.in ver.alia.glo.diſputat. ☞ Et hoc per regulas generales,quæ habentur in.l.ſicut.&.l. omnes.C.de præſcriptio.30.annorum.quod etiā te net Ioan.And.in addi.ad Spe.in.ti.de feudis.2.col. & refert Dinum ita conſuluiſſe.do Ioan.Fran. Bal bus in ſuo tracta.de præſcriptio. 1. parte. 6. partis princi.in prin.fo.44.ponit plures caſus.in quibus præſcriptio non procedit.quos per te vide. ☞ Et ex hoc limita legē quaterni gabellarū nu.129.in prin pio.vbi dicitur, q ſi gabellarij intra annū & inde vſq; ad duos menſes non petunt gabellam, q deinceps petere non poterūt.quia ius petendi præſcribitur per.d.l.q iſtud ſit verū, niſi debitor paciſca tur cum gabellario,quòd prēſcribi non poſsit,quia tunc etiam elapſo tempore ſupradicto, poterit gabellam petere.quod eſt notandum. ¶ Adde alium caſum ſatis mirabilē,in quo nō currit iſta prēſcrip. 10.neq;.20.annorū.qui ad minꝰ debet ſeruari in cu ria eccleſiaſtica,quia iure noſtro nō pōt in cōtracti
40 bꝰ apponi iura nētū. pone ergo † q iuramētū eſt appoſitū p debitorē,vel p ſe obligātē in ipſa obligatione,tūc nunquā poteſt talis debitor opponere præſcriptionē.ita dixit ſingulariter Ludo.ro in repet.l.1.3.char.ver.& adde duas notabiles cautelas. ff.de vſucap.vbi dicit,q ad hoc vt impediatur præ ſcriptio cautela eſt,q in fine inſtrumenti apponatur iuramentum,quia tūc erit ſublata præſcriptio. nā iuramentum perpetuat actionē.allegat tex. quē dicit ſingularem in.l.nam & poſtea.in.§.ſi dānetur. ff.de iure iur.quē tex.dicit eſſe, quem allegauit ad hoc Ang.in voce.Idē tenet Iaſ.in.§.ſed aliquando. inſti.de vſucap.in additione ad Chriſtophorū por. in additione,quę incipit.adde vnū notabile in materia.& dicit, q colligitur ex notatis per do.Anto. poſt Hoſti.in.c.ſi diligenti.de præſcriptio. faciunt notata per Bar.in.d.l.nam & poſtea.§.ſi is qui.ff.de iure iu.approbat Andre.Sicu.conſi.ſuo.22.incipiē ti.viſo puncto. pe. col. cōmendat Hippolytus de marſilijs ſingulari ſuo.141.& Felinꝰ in c.quoniā. 4.
41 col.de præſcriptio. ¶ Quæro.dictum eſt quādo † incipit currere tempus decēnij ad exequendum. adde Abb.in.c.quia diuerſitatem.de conceſsi. prębendę.vbi aſsignat rationem quādo tempus currit contra negligentem,& quando non. vide Abb.in. c.cum propter.de iure patronatus,& ibi eſt caſus, in quo non valenti agere currit præſcriptio, putà, in præſentado clericum in eccleſia infra quatuor menſes.tenet idem Abb.in.c.quoniam. eo.ti.1.col. ver.ex hoc nunc eſt videndum quibus modis iſta prēſcriptio interrumpatur.& quia gl.in.c.illud de præſcriptio.in parte,interruptio.ponit aliquos caſus.tu adde q etiam præſcriptio interrumpitur.

¶ Primò p executionē factā in bonis debitoris. Ita dicit tex.in.l.4.titulo delas preſcriptio.in ordina.qui tex.ad hoc eſt ſatis clarus. ¶ Secundò per capturā pſonæ.vt.l.1.C.qui bonis cede. po. ſecūdū Bar.in.l.is qui reipublicæ in fi.ver. quādoq; enim fit capiēdo.ff.ex qui.cau.ma.tenet Bal. in additio. ad Spe.ti.de ſentē.ver.an poſsit quis capi. quia tūc dicitur facta executio,vt ibi,per capturā debitoris. licet idem Bal.contra in additio.ad eundem Spe.ti. de citatione.ver.nūq tamen legi. ¶ Tertiò interrumpitur per miſsionem executoris, volo dicere, quòd ſi creditor comparuit coram iudice,& petijt executionem contractus in debitorem ſuum, & iudex cōmiſit executori,vel alguazelo, per ſuas literas vt faceret executionem in bonis debitoris illiꝰ: executor tamen nō reperit aliqua bona debitoris, in quibus executionem faceret,q ſufficit talis per quiſitio,fideſq; executoris, vt interrumpatur præſcriptio

præſcriptio decẽnij,& deinde currat tempus vſq; ad aliud decẽnium.ad quod allego.l.eũ qui.§.iniuriarũ.ff.ſi quis cautio.qui caſus non eſt alibi.Quod ſi quis vellet interrũpere præſcriptionem per litis conteſtationẽ,& aduerſarius nollet cõteſtari litẽ,q̃ iſta cõtentio ſufficit ad interrũpendã præſcriptionẽ.tenuit etiã Bal.in.l.nec bona.C.de præſcrip.lõ. tẽpo.& Abb.in.c.illud.de præſcriptio. Bal. in.l.2. col.1.ver.vlteri⁹ quęritur.C.de ſerui.& aqua. & in. l.1.ver.ſed quæro.C.quando lib.principi. datur.& in.l.1.ff.de in ius vo.Bar.in.l.ſicut.in.1.oppo. & ibi Bal.1.col.in duobus locis.C.de præſcriptio.30.annorũ.& in.l.2.§.fi.ver.ſed hic quæritur cõtra.ff.pro emp.vbi dicit verum eſſe cum diſtinctione legis. fi.ff.per quem factum erit.attamen de iure canonico ſine diſtinctione ſemper interrũpitur, aliàs impeditur præſcriptio per miſsionem executoris. ſecũdum Bal.in.d.l.2.ff.pro emp. Ange. de are.in §. hæc ſi agat.inſti.de actioni.Oldra conſilio.176. vbi vide.eſt in Spe.de execu.ver.executoris.facit.l.more.C.de rei vendi.&.d.l.ſicut. & quod Bald. tenet in.l.in cõtractibus.1.col.in fine ibi.& do tibi regulam.C.de nõ nume.pecu.vbi dicit, q̃ per ſolã miſsionẽ nuncij interrumpitur præſcriptio longiſsimi temporis ſcilicet.30.annorum.vel ſi ſit præſcrip.lõgi tẽporis,quæ ex forma ſtatuti habeatur pro poſſeſsione longiſsimi temporis,vt hic,& ibi per eos, & per Bar.in.d.l.2.§.fi.ff.pro emp.& de iſta.q.vide etiam Abb.in.d.c.illud.3 col.ver.ſed dubitatur.de præſcriptio. ¶ Quartò interrumpitur per petitionem debiti etiã pro parte tantùm.vt per Bal.in.c.1. §.quid ergo.ver.extra quæro.de inueſti. de re alie. facta.vſi.feu.& in.l.naturaliter. 6.col. verſi. quæro quid ſi.ff.de vſucapio.

Adde. ¶ Idẽ dicit Alex.§. volu.cõſilio.100. per totũ.dixi in.l.65.in parte,proprietad.& in.ver.& iſta interruptio.

Nõ. ¶ An denũciatio extraiudicialis cauſet malã fidẽ. dicit Socinus in ſuis regu.120.vbi vide. ¶ Quintò interrumpitur per ſolam citationem,putà, ſi ſtatuto dicitur,q̃ creditor infra.10.annos non petens nõ audiatur poſt,talis citatio interrumpit præſcriptionẽ ſtatuti,ſed non perpetuat.ſecũdũ Bar.in.l.cũ notiſsimi.in principio.ver.et ſic facit ad quæſtionem. C.de preſcriptio.30.anno.& in.l.2.§.fi.ver.quid dices de præſcriptione.ff.de vſucap. pro emp. Bald. in additio.Spe.de app.ver.quæſtio talis eſt. Ioan. de Imo.in.d.c.illud.de præſcriptio.pro quo, vt ſupra dixi,eſt hodie bonus tex.in. d.l. 3. titulo delas preſcriptio.in ordina. ¶ Sed in hoc nota vnũ ſingulare, q̃ præſcriptio non poteſt interrumpi per excõmunicatum.neq; valet interruptio ciuilis per eũ facta,ſec⁹ in naturali.tenet Abb.ſingulariter in. c.cũ inter.4.col.ver.2.de exceptio. ¶ Quæ tamẽ dicatur interruptio ciuilis, & quę naturalis.dixi in.l .65 infra.vbi vide. ¶ Sed pone,& erit ſext⁹ caſus. Titi⁹ eſt debitor Sẽpronij in certa ſũma,ſed vocato Titio in iudicio ſuper debito fuit cõtumax,& Sẽpronius fuit miſſus in poſſeſsionem alicui⁹ rei ex primo decreto,iuxta formã tex.in.l.1.ti.delos aſſentamientos ordina. Sẽpronius habuit poſſeſsionem rei per.12 annos.& amplius:nunquid iuxta formã tex.in.d.l.1.ti.delos aſſentamientos.poſsit Sempronius vendere rem in cuius poſſeſsionem fuit introductus videtur q̃ non, quia lapſum eſt decẽnium. ¶ Tu tene,q̃ poterit: quia per miſsionem factã ex primo decreto,dicitur executio facta.tenet notanter Bal.in.l.conſentaneũ.ſi.col.C.quomodo & quãdo iudex.inquit ibi.pone,q̃ ſtatutũ dicat, q̃ poſt. 10.annos non poſsit peti debitũ,niſi prius petitum fuerit,& executione facta non fuit petitũ,& in cõtumaciã rei fuit facta miſsio ex primo decreto.deinde proceſſus fuit ſic dimiſſus, & euanuit inſtantia temporis lapſu petitur denuo poſt. 10. annos, obiicitur præſcriptio:quęritur quid iuris.Et dicit q̃ Bar.in.l.is qui.ff.ex qui cau.ma.tenet,q̃ aut illa miſsio fuit facta in præparatorijs iudiciorum, & non dicitur executio. Aut fuit facta ex ſententia vel inſtrumẽto confeſsionato,quod ſecundum ſtatuta illius loci habet vim ſententiæ,& meretur executionem,et dicitur executio,licet non ſit ventum ad executionem debiti.nec enim poteſt aliter intelligi ſtatutum.quia ſi eſſet facta executio plenè, quæ liberat debitorem,fruſtra tractarem⁹ de præſcriptione. & dicit lex,q̃ non dicitur ſatiſfactum, licet ad ſententiam ſit ventum.vt.l.nepoti.ff. de fundo inſtru. ¶ Et non exiſtimo,quòd primum decretum pereat lapſu triennij,quia non habet inſtantiam triennalem.& vide Bar.in.l.1.tibus.de agri.& cen.li.11. & in.l.ſi finita.§.iulianus.ff.de dam.infec.quia executio nõ habet inſtantiam ipſa facta. ¶ Sed glo.ſingu Contra. laris tenet cõtrarium in regula.ſine poſſeſsione. li. 6.glo & Bar.in.d.l.is qui rei publicæ. vltima col. verſi.item nota ad quæſtionem.Ludo.pon.ſuis ſingularibus §.decretum.ver.dicit lex quanuis. &c. ¶ Sed tene quod Bal.dicit in. d.l. conſentaneum. per ſupradicta.& bene facit pro eo ſingulare dictũ ipſius in.d.l.ſicut in rem.1.col. verſi. & hoc eſt vtile. C.de preſcriptio.30.anno.vbi dicit, q̃ ſi ſtatutũ diſponit,q̃ omnis actio tollatur.10.annis, intelligitur niſi fuerit interrupta præſcriptio,quia ſola executoris miſsio interrumpit in alios.10.annos.& idẽ dicit Bal.ibi.2.col.in fine.ver.ibi anno tollitur. ¶ Item ad hoc facit.l.ſi ędes.§.libertas.& ibi Bal.ff. de ſerui.vrba.prædi.vbi dicitur, q̃ præſcriptio interrupta debet denuo inchoari. ¶ Nota etiam ad hoc,q̃ ſi vnus litigantium reliquit in iuramento alterius,non currit præſcriptio ab eo tempore, quo fuit delatum iuramentum, quanuis petitio nõ præceſſerit.vt.l.14.ti.11.tertia partita.

Adde. ¶ Qualiter & quibus modis interrũpitur præſcriptio habetur plenius q̃ per alium per do.Io.Fran.Balb in dicto tracta.de preſcrip.3.parte.6.partis principalis.

in

in princi.incipi.expedita ſecũda parte. per omnes. q.&.§.et limitationes.tenet etiam Oldra.conſi.176.
42 per totum conſiliũ. ¶ Et quãuis † per litis conteſtationem interrumpitur preſcriptio.vt dictum eſt ſupra.Ioan.Fran.Balbus vbi ſupra limitat ſex modis,inter quos ponit vnum,in quo multum reportaui cõmodum,& honorem inter multum magnifi cum comitẽ de Pliego contra alios contendẽtes ſuper villa nuncupata Caſtilnouo,cum duabus villis adiacentibus Alguile & Merlejon.nã ipſe comes poſt ſuos prædeceſſores dictas villas poſſedit per tempus,de cuius initij memoria non erat, & ex ea dictus comes ſe iuuabat.& ex aduerſo fuit oppoſitũ,dictã poſſeſsionẽ interruptã fuiſſe per petitionẽ & litis conteſtationẽ factam coram principis delegato,dato ſuper eadẽ cauſa.fuit tamẽ ex parte dicti comitis replicatum, ꝙ dicta litis conteſtatio non fuit ſufficiens impedire preſcriptionem,ex quo ſuper dicta conteſtatione & cauſa fuit probata ſentẽtia in fauorem ipſius comitis,& pro eo.vt plenè & notanter dicit Felinus in.c.illud.circa finem.14. cõ cluſione.de præſcrip. Ita dicens,ꝙ exceptio litis cõteſtationis non impedit præſcriptionẽ quo ad iudicium in quo agens ſuccubuit,quia per eum,& litis conteſtationem in eo factã,non interrumpitur præſcriptio. Et ex hoc obtinuit ſententiã dictus comes pro ſe in cauſa prædicta,in qua patrocinium preſtiti. Poſtea reperi dict,do.Ioan.Fran.Balb.idem tenẽtem in dicto trac.præſcrip.3.parte.6.partis princi. ver.circa tertiã ſpeciem 5. limitatione. nu. 57. quę allegat Pau.de ca.idẽ tenentẽ conſilio. 289. pe.col. & do.Felinum vbi ſupra. ¶ Item no.in materia,ꝙ præſcriptio interrũpitur ex poſſeſsione vnius diei vi. in Spe.de loca.§.6.ver. 41.&.44.circa medium.
43 ¶ Et iſta † interruptio prodeſt ſolo interrũpenti, ſed non alijs.vt tenet Bal.in.d.l.2.16.col.C.de ſerui tu.quia ſicut præſcriptio contra vnũ nõ nocet alijs. vt.d.l.ſi ędes.& ibi Bal.ff.de ſerui.vrba.præ. ita nõ prodeſt alijs,vt ibi. ¶ Itẽ ſicut preſcriptio in vno articulo nõ extẽditur ad aliũ.vt.c.cũ olim.et.c.cum contingat.de decimis. & Flo.in.l.ſi quis diuturno. ff.ſi ſerui.vẽdi.ſicut regulariter præſcriptio nõ extẽditur.vt.l.nõ dubiũ.C.de legi.ita interruptio preſcriptionis cõtra vnũ non extenditur ad alios. vt.c. auditis.& ibi docto.& Abb.2.col.in fine.ver. nota ex fine tex.de preſcriptio. ¶ Si tamẽ interrũpitur ab vno ex correis credẽdi,ꝑdeſt correo.l. fi. & ibi Bal.prope finẽ.& Ange.C.de duo.reis. ¶ Similiter præſcriptio interrupta cõtra vnum de pluribus reis debẽdi,nocet correo.vt.d.l.fi. & glo. & docto. ¶ Alijs tamẽ ex cõſortibus nõ prodeſt neq; nocet interruptio præſcriptionis.tenet Bal.in.l.2.17. col. C.eo. ¶ Verũ'tñ eſt,quòd interruptio cõtra principalem,nocet fideiuſſori,quia contra eũ videtur facta.tenet Bart.poſt gloſam.in.l.ſi fideiuſſor. §. fi. ff. manda.& vide omnino Bal.in.l.cũ mandatori.vltima.col.in principio.ver.ſed q̃ro quid ſi fideiuſſor. C.de non nu.pecu. ¶ Quod eſt verũ in fideiuſſore iudicij,ſecus in fideiuſſore contractus.tenet Bal. in.d.l.cũ mandatori,vltima col.in principio. verſi. ſed quæro quid ſi fideiuſſor.C.de nõ nume. pecu. Et eſt ratio,quia ſententia lata contra principalem, poteſt mandari executioni contra fideiuſſorem, qui cauit.tenet Bar.in.l.ſi quis pro eo.§.ſi nummos. ff.de fideiuſſo.& in lege.præſenti.§.cum autem. C. de his qui ad eccleſiam.confu. & in lege. 3. C. de execu.rei iudi.notatur in.l 1.ff.iudi.ſol. & in. l. authore.C.de euictio.& ibi Bal. ¶ Idem dico contra defenſorem.vt notatur in.l.plautius.ff.de procura. & in Spe.eo.ti.de procura.§.1.ver.ſed nunquid defenſor. ¶ Si tamen fideiuſſor iudicatum ſolui eſt inops,ſententia debet exequi contra principalem. tenet Ange. in authen. vt omnes obe. iudi.3. colũ.
44 collatio.5. ¶ Sed quæro † an ſententia lata contra principalẽ poſsit exequi contra fideiuſſorem iudicio ſiſti ſine nouo proceſſu.Bar.in.l.1.ff.iudi. ſolui. & ibi docto.tenent ꝙ ſic. ▽ Sed idem Bar. in.l. qui iuraſſe.§.ergo ſi quis.ff.de iure iuran.& in.l. gregẽ. §.etiam.ff.de pigno.tex.& Bar.in.l.fi.C.de vſu. rei iudi. ¶ Secus ſi contra fideiuſſorem contractus, quia ſine nouo proceſſu non poteſt in eum executio fieri per Barto.in.d.l.1.ff.iudi.ſol.& in.d.l. gregem.§.etiam ſi de pignore.ff.de pigno. ▽ Sed Bal. aliter dicit in additio. ad Spe. de execu. ſententiæ verſi.ſententia lata in principalem.& in.l. fi. C.de fideiuſſo.tuto.

Adde. ▽ Quid ſi vnus fideiuſsit cum iuramẽto pro alio ſoluere decem certa die tunc futura, qua adueniente minimè ſoluit:conuenitur fideiuſſor die tranſlata ſuper iuramẽti obſeruatione:opponitur per ipſum ꝙ prius debet diſcuti principalis,q̃ ipſe fideiuſſor.p authẽ. præſente.C.de fideiuſſo.& in corpore vñ ſumitur. pars aduerſa contradicit,dicens,ꝙ iſte fideiuſſor iurauit.quare.&c.Et videtur ꝙ attento iuramento,& lapſu termini,poteſt fideiuſſor conueniri.vt habetur in deciſ.capellę tholoſę.q.130.cuius contrarium deciditur ibi.deci.139.ſed intellige prędicta vt ibi in additione. ¶ Vlterius nota.ex.l.iſta,ꝙ licet contractus guarentigiatus poſt.10.annos nõ poſsit executioni mandari,quia impeditur executio præſcriptione decennij:poteſt tamen creditor agere via ordinaria,& producere inſtrumentum ad probationem debiti.concordat.d.l.4.titu.delas preſcripcio. ordina. tenent Bart.& Bal.loquendo in ſtatuto in. l.planè.ff.quod.fal.tuto.au. ▽ Sed idem Bar.in. d.l. planè.vlterius dicit, ꝙ inſpicienda ſunt verba ſtatuti. Quia aut loquimur ꝙ poſt. 10. annos non fiat executio,& eſt verum quod ſupra dicitur. Aut ꝙ præſcribatur actioni vel obligationi,& tunc etiam via ordinaria agi non poteſt. de quo eſt tex. in.d. l.3.tit.delas preſcripcio.in ordina. ¶ Ex quo infero,quòd † nec cãcellatio obſtat,quin inſtrumentũ
45 publicum cancellatum proſit ad probandum, quãuis

uis non ad exequendum: nam cancellatio, quæ parit liberationem. per. l. labeo. ff. de pactis & l. inter dum. ff. de solu. æquiparatur præscriptioni, quæ similiter liberationē producit. l. fi. & ibi Bart. ff. rem ratam habe. notatur in. l. at qui natura. in prin. ff. de nego. ge. & quod per Bar. in. l. 3. ff. qđ quisq; iu. ¶ Vnde quod dicitur in vno de æquparatis, habet locū in reliquo. vt. l. qui seruo. ff. de furtis. ergo sicut in guarētigia pscripta videtur remissa sola via executiua, et sicuō resultat liberatio, et q̄ pōt agi via ordinaria. secundum Bar. in. d. l. planè. ita in cancellatione dicendum est, q̄ non arguat liberationem, sed solum viæ executiuæ remissionem, vt sic possit agi via ordinaria. ℣ Sed Bar. sentit contrarium in. l. 1. ff. de his quæ in testa. delen. & Bal. in. l. 1. C. vt in posse. lega. & in tracta. de guarentigia. vltima charta. ver. item quid si instrumentum. vbi dicunt, q̄ si guarentigia est inconsultè cancellata. habet executionem paratam, ergo si consultè secus est. ℣ Sed primum tene, q̄ licet non possit fieri executio, potest tamen peti via ordinaria p prædicta. quod bene colligitur ex d. l. 3. & 4. titulo. de las prescrip. in ordi. & ex. l. ista.

46 ¶ Pone etiam, q̄ † executio fuit facta intra 10. annos vt hic in. d. l. 4. sed res est, in qua executio facta est perempta, nunquid interitu rei liberetur debitor. Tene q̄ non, sed executio iterum fiet in alia re debitoris loco rei peremptæ. vt in. l. si seruo. §. fi. ff de verbo. obli. l. Iulianus. ff. de confe. ℣ Quod est verum si culpa executoris res pereat, quia tunc ipse tenetur. vt. l. periculum. & ibi docto. ff. si certum

47 peta. ¶ Sed pone † executio fit p̄ specie, quia etiā guarentigia speciei habet executionem paratam. secundum Bal. in. l. 1. C. de senten. quæ pro eo q̄ inte. pro. & Pe. de Su. in. l. 1. ff. de actio. emp. & vē. Fran. de pa. in. l. certi conditio. §. 1. ff. si certum peta. per. l restituere. ff. de rei. ven. vbi dicit esse casum singula rem. condemnatus est titius ad dandam certā quantitatem tritici seu frumenti Seio vel aliā rem in specie: nunquid re perempta possit fieri executio in æstimatione eius. Bar. in. l. Iulianus. ff. de confe. tenet q̄ sic. Item interesse quantiplurimi fuit vinum vel granum debitum à tempore moræ. tenet Bar. in

Contra. l. 1. §. in hac. ff. commoda. ℣ Contrarium tamē sentit in. l. vinum. ff. si certum peta. q̄ requiritur interpellatio vt constituatur in mora. Tenet idem Bar. in. l eum qui. §. si iurauere. ff. de iureiu. vide ibi per eū, & aliquid per Ludo. ibi. 3. col. ver item opponitur.

Qō. ¶ Item quæro. lata fuit sententia super re vel specie, qua non inuenta, executio fuit facta in æstimatione, nunquid executio facta semel in æstimatione, fiat iterum in re, si res postea reuertitur ad condemnatum. Bar. in. l. si possessori. 1. col. versi. vltimo hanc legem. ff. de iureiu. dicit. pone, q̄ fui tibi condemnatus ad rem, vnde habes contra me actionem in factum ex sententia & officio iudicis, quod habet executionē paratam. pone, q̄ rem illam tibi restitui, postea à possessione cecidisti, quæ ad me reuersa est: vtrum poteris agere ex prima sententia vt tibi restituatur. Videtur q̄ non, quia solutione videtur obligatio prima sublata ex sententia. vt insti. quib⁹ mo. tolli. obli. in princi. Facit etiam quod notatur in authē. sacramenta puberum. C. si aduer. vēdi. pro quo videtur casus in. l. à diuo pio. §. si post aditam. ff. de re iudica. ℣ Sed in cōtrarium videtur casus, vbi ille, qui possidet, si postea cadit à possessione, habet actionem ex illo iuramento. & hoc tenet Gui. & Ia. bu. quod est notandum. secūdū Bar. in. d. l. sed si possessori. assignat rationem, nā ex illa sententia oritur ius duplex. ℣ Primum, vt restituatur res. ℣ Secundum, vt in possessione conseruetur. vt. l. si quis missum. ff. de carbo. edic. & l. 1. secūdum vnā lecturam. C. ad carbonia. facit. l. quis. §. si prætor. de acqui. pos. licet ergo quantum ad primā partem de restitutione rei sit satisfactum sententiæ, tamen adhuc durat remedium aliud. s. q̄ iudex debet eum tueri in possessione: quæ tuitio fieri nō potest, nisi restituatur, & sic habebit officium iudicis ad restitutionem sibi fiendam. ℣ Per quod appa- *Sō.* ret responsum ad contrarium, eo q̄ non fuit sublata obligatio. argumento eius, quod notatur in leg. corruptionem. C. de vsufru. & in. l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verbo. obli. ℣ Et non obstat. d. §. si post. quia verum est, q̄ iudicis officium non durat contra extraneos, sed cōtra ipsum, in quem iudicatum est, vt patet ex prædictis. ¶ Sed vlterius quęro. cō *Quæstio.* demnatus, vel promissor alicuius rei est paratus soluere interesse, nunquid possit? Dic quod non, sed executio in re promissa & debita. vt in Spe. de fructi. & inte. §. fi. ver. item dicimus.

z ¶ La action personal. Ad intelligentiam istius

48 partis nota, q̄ † quędam actiones sunt merè reales, quædā merè personales. vt insti. de actio. §. 1. et istæ differunt origine, & effectu, & natura: quia personales oriuntur ex contractu, vel quasi, vel ex delicto vel quasi. vt. l. 1. ff. de actio. & obli. et reales ex iure, quod q̄s habet in re. vt instituta. de actio. in principio. ℣ Effectu, quia ex personali agitur, vt detur, vel fiat. vt instituta. de actio. §. 1. ℣ Ex reali peto declarari quod meum est, & mihi restitui. vt. l. qui restituere. ff. de rei vēdi. & l. sicut. §. sed si quæratur. ff. si serui. ven. ℣ Natura, quia reales contra possessorem, personales contra obligatum. ¶ Quędam appellantur mixtę respectu effectus, vel proprius, mixtam cōmunionem habentes. vt famili. her. & si mi. nam verè personales sunt. vt. l. 1. ff. finiū regum. sed quandoq; dantur ad id quod reales, quandoq; ad id quod personales. Ideo dicuntur mixtam causam habere. nam in eis peto mihi adiudicari, quod

meum

se prescriua porveynte años, y no menos.

personal ² y la executoria dada sobre ello

meum eſt,& in hoc habent effectum realium. Item mihi dari , & per hoc habent effectum perſonalium:& propter perſonales præſtationes. ¶ Quædam ſunt perſonales in rem ſcriptæ, vt actio ad exhibendum,quæ ex quaſi contractu oritur. vt peto quid fieri:ſed quia contra poſſeſſorem tantum datur dicitur in rem ſcripta.vt tenet Albe. de roſa.in rubrica.ff.ad exhiben.& in rubrica.ff.ſi certum peta.1.col. ¶ Sequitur nunc in.l.iſta,q̃ actio iſta perſonalis & executoria data ſuper ea, prę̃ſcribuntur.

Corri. 20.annis. ☞ Aduertendum tamen eſt,quia per iſtã. legem in hoc corriguntur plures leges iuris ciuilis imperatorum.ſignanter.l.ſicut. C. de præſcriptio.

Appro. 30.annorum.vbi dicitur,quòd actio perſonalis durat.30.annis.niſi ſit interrrupta pupillari ætate, vel executionis miſsione.corrigitur etiam.l.1. C.de annali exceptio.vbi dicitur,quòd actionum perſonalium regulariter vita eſt.30.annorum, & ſic finitur annis.30.vt ibi & in.l.22.titu. 29. tertia partita. & approbatur.l.3.titulo.đlas preſcripcio. ordina.vbi dicitur, quòd actio perſonalis ſimplex præſcribitur .10. annis. ſi tamen ſuper ea data eſt executio, præſcriberetur ſpacio.20.annorum vt hic.

☞ Iſtud voluit ſentire Bald.in.d.l.ſicut.2.col.verſi. ibi.anno tollitur.vbi inquit, quòd ſi ſtatuto caueˉtur,vt actio perſonalis præſcribatur.10. annis, interrupta durat per alios.10.annos, & ſic præſcribitur ſpacio.20.annorum.

☞ Vel melius.ius exequendi obligationem perſonalẽ præſcribitur.10.annis.vt.l.4.titu.delas preſcriptio.ordina.& actio.perſonalis ſimplex præſcribitur alijs.10.annos.per.l.3. eo.titu.delas præſcripcio.

Regula. qui cumulati ſunt.20.anni. Et ita notanter iſta.l.dicit,quòd actio perſonalis,quæ durat.10. annis. & actio executoria data ſuper ea, quæ durat in alijs. 10.annis,præſcribatur ſpacio.20.annorum.

Fallit. ☞ Quod procedit,niſi contra pupillum,quia regulariter contra eum dormit durante pupillari ætate. ☞ Dormitq̃ eo tempore, quo aliquis eſt in poteſtate alterius.vt.d.l.ſicut.& ſupra dixi.& eſt tex. in leg.8.titulo. vigeſimonono.tertia partita.& leg. cum notiſsimi.C.de præſcriptio.20. anno. & quia actio perſonalis & executoria ſuper ea data finitur.20.annis, extinguitur iſto tempore effectus ciuilis & naturalis obligationis eius. adeò, quòd nec in compenſationem induci poteſt,quod debebatur, nec ſolutum per errorem repeti poſſet tanquàm indebitum.vt.leg.fina.ff.rem ratam ha tenet Bald.in.d.l.ſicut.& in.d.l.1.C.de anna.exceptio.

¶ Poſtremò nota vnum menti tenendum, quòd

49 † licet in præſcriptione vbi non eſt titulus neceſſario duo requirantur, ſcilicet poſſeſsio, & bona fides.vt.dic.leg.1.titulo delas preſcripcio. in ordina.& lege.1.eod.titulo foro legũ.&.c. de quarta de præſcriptio.&.l.12.titu.29.tertia partita. cum alijs: quòd vnum ſaltem requiritur in præſcriptione inducta in odiũ negligentis,& in actionibus preſcribendis,ſcilicet curſus temporis.vt.l.ſi quis emptionis.C.de præſcriptio.30.anno.vbicunq; enim alterũ de requiſitis perit naturaliter præſcriptio interrumpitur.quia deficiente altero naturaliter requiſito ad confectionem actus naturaliter deficit ipſe actus vt.c. fi.de conditio.appo.& capitulo cum abbatia.de officio dele.tenet.Abb.in.dicto.c. illud.de præſcriptio.

50 **Adde.** ☞ Et ſic patet q̃ † tria requiruntur in præſcribẽdis rebus & actionibus.ſcilicet poſſeſsio, bona fides, & curſus temporis. licet dixerim in.l.6. ſupra in glo. ſuper parte,en todos ſus bienes. verſi.item dicit.q̃ omnis

51 actus duobus perficitur. ¶ Et nota,q̃ † licet bona fides cauſetur ex iuſtis rationibus, vel ex rationibus iniuſtis,aut temerariis,poteſt præſcribi. vt per Bald.in.l.1.C.vbi cauſa ſtatus. Pau.de Caſt.in.l. celſus.ff.de vſucapio. ¶ Propterea Baldus in. c.1.§. ſi

52 duo.1. colum.de pace tenen.dicit, quòd † dicta teſtium etiam non in figura iudicij,inducunt bonam fidem. ¶ Nota etiam, q̃ in præſcriptionibus titulus & bona fides debet allegari,aliàs ſi non allegaretur,non præſumitur. Hoc voluit Bal. in.c.ſi quis per triginta.ſi de feu.fue cõtro.inter domi.& agna. vaſſal.vii.feu.& in.l.ſuper longi.2. colũ.C. de præſcrip.lon.tempo. per.l. ſi adulterium cum inceſtu. §.idem pollioni.ff. de adulte. tenuit Alex.2. volu. conſilio.76.2.colũ.& conſilio.136.6.colum. & in.3 volu.conſilio.69.2.colum. Felinus in.c. cum ordinem.8. colũ. de reſcrip. Alexan. in.l.à diuo pio.§ ſi ſuper.ff.de re iudi.licet Archidia. teneat contrarium in.c.epiſcopum.de præben.in ſexto.do.Abb. in.c.ſi.S.colũ.de præſcrip. quorum opinio non tenetur,vt videri poteſt per Alexan. in d.§. ſi ſuper.

53 ¶ Et tene perpetuò,quòd † ſi per inaduertentiam *Nota.* vel imperitiam aduocati non fuit bona fides allegata in proceſſu vſq; ad concluſionem in cauſa, poteſt alegari poſt concluſionem tempore diſputationis proceſſus. tenet notanter domi. Anto. de Butrio & Ioan.de Imo.in.c.peruenit.de emptio. & vendi. quod etiam firmauit Alexan. de imo. in.l vnica.2.col.C.vt quæ deſunt aduo. Et pro hoc facit quod dicit Bar.in.l.cum qui ita.§.qui ita.ff. de verbo.obliga. ¶ Concludamus igitur,q̃ licet bona fides in præſcriptionibus præſumatur,debet tamen allegari. ¶ Vnde dicit Ange.in.l. eum qui.§. publicana. ff. de publica. ſis cautus in allegando bonam fidem,aliàs ſuccumbes. Tenet etiam Alex.in ſecundo volumi.conſilio.94.3. col. & eodem volu. conſilio.118.1.colum.& eodem volumi.conſilio.134 quarta columna. ¶ Quid autẽ ſi poſt completam *Qõ.* præſcriptionem ſuperuenit ſcientia rei alienæ;vel quòd debitor eſt alterius,nunquid præſcribens ſit tutus in foro conſcientiæ. Vide Abba.in.c.vigilanti.de præſcriptio. eundem & Innocen. in capitulo quia pleriq;. de immu.eccle. dominum doctorẽ de Pala.in repetitione.capi. per veſtras de.donatione

inter

inter virum et vxorem. ſuper rubrica trecenteſima vigeſima octaua. verſiculo. ad prædictorum.

Adde. ¶ Hunc articulum plenius quàm alij examinat dominus Ioannes Franciſcus Balbus in tractatu præſcriptionum. ſecunda parte. 3. partis principalis. 9. q. in principi. & ꝑ totā. q. & in. ti. de præſcrip. rerum immobiliū. in parte, verū quicquid dicant legiſtę. ver. ſed quid ſi iam. num. 19. per duas colūnas folio. 67. eo. tracta. de præſcriptio.

Pero dōde enla obligacion ay ypothe-

54 & ¶ Ypotheca. Not. ex particula iſta, ꝙ † vita actionis hypothecariæ eſt annorum. 30. quādo hypotheca continetur in ſcriptura. pro quo facit tex. in. l. 22. ſupra & quod ibi dixi. Idem dicit tex. & ibi

55 Bar. in. l. contrahitur. ff. de pigno. ¶ Item nota, ꝙ † hypotheca cōſtituitur pacto. vt. l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pigno. actio. tenet Bar. in. d. l. contrahitur.

Q. ¶ Sed quæro. feci tecum pactum, quòd ſi non ſolueris mihi pecuniam debitam, licitum ſit mihi bona tua propria authoritate capere, & nihil dixi de hypotheca: an per iſta verba ſit contracta hypotheca. Tene ꝙ ſic. iſtud eſt famoſiſsimum dictum Bal. in. l. creditores. ſi. verbis. C. de pigno. allegat tex. in. l. creditor. qui optimè probat. §. poſt diuiſionem. ff. qui potio. in pigno. habe. vbi etiam probatur ex il

Nota. lo. §. ¶ Idē eſſet ſi feci pactum cum fratre meo, ꝙ li

Extēſio. ceret mihi vendere rem ſuam caſu, quo non ſolueret creditori in pignꝰ datā, ꝙ erit cōtracta hypotheca. qui tex. eſt menti tenēdus. ſecundū Fran. cremē. ſingulari ſuo. 2. quod etiam firmat Bar. in. d. l. creditor. §. poſt diuiſionem. & bene facit. l. ſi. in principio. & quod ibi Bal. C. quæ res pigno. obli. po.

Extēſio: ¶ Idem ſi mutuaui tibi cētum ſuper tali fundo vel domo, ꝙ iſta verba ſuperimportant hypothecā vel pignoris nexū. tex. eſt fortè ſingularis in. l. codicillis. §. inſtituto. de le. 2. quem ad hoc ponderauit Bar.

Extēſio. in. l. fundus. ff. de annuis lega. cōmēdat Ludo. roma. ſingulari ſuo. 625. incipi. compreſta mihi. ¶ Et idem ſi teſtator dicit lego Titio centum ſuper tali fundo. vt ibi & Franciſcus cremenſis ſingulari ſuo. 45. ¶ Et nota, ꝙ actio hypothecaria eſt in rē, quia datur cōtra poſſeſſorē. l. pignoris. & ibi Bar. & Bal. C. de pigno. & l. pignoris & ibi Bart. ff. eo. & datur ad rem, quę erat in bonis debitoris tēpore conſtitutę hypothecę. l. cum res. & ibi Bar. & doctores. C. ſi alie. res pigno. data ſit. ¶ Item datur ad rem cu-

56 ius dominium ſuperuenit debitori ſcilicet de ęquitate, non de rigore, vt ibi. ¶ Item nota, ꝙ † cum hypotheca intentatur contra poſſeſſorem, debet agēs probare rem ſibi fuiſſe prius hypothecatam, quàm poſſeſſori alienatā. l. de rebus. & ibi doctо. C. de donatio. ante nup. ¶ Quod verum puto, niſi ſit fiſcus cuius fauore debet poſſeſſor probare rem fuiſſe ſibi prius obligatam, quā fiſco. caſus eſt ſingularis & ibi Bar. in. l. 1. de iure fiſci lib. 10. idem Bar. in. l. qui nondum. §. quod dicitur. ff. de pigno. ¶ Et de primo dicto. vide Bar. & Sal. in. l. cum res. C. ſi aliena res pigno. da. ſit. & Flo. in. l. ante omnia. ff. de probatio. Bar. & Sali. in. l. rem alienā. ff. de pigno. actio. Ang. are in. §. itē ſeruiana. in. 2. charta. inſti. de actio. ver. & pro euidentia. Ang. in. l. matrē in fine. C. de probatio.

57 ¶ Et † libellus in hypothecaria incipitur iſto modo. dico fundū pertinuiſſe ad talem debitorē meū cauſa depoſiti, vel ſimili iure dominij, vel quaſi tēpore contractus, quem cum eo iniui, et dictus fundus fuit et eſt mihi obligatus pro tali debito, quare peto declarari rem mihi eſſe delegatā, & poſſeſſorē cogi ad reſtituēdum mihi dictum fundum. ¶ Vel ſic, vt ſeruat vſus. quare peto dictum poſſeſſorem cogi ad tradēdā mihi dictā rem in cauſam pignoris pro quātitate prędicta mihi debita donec mihi fuerit integrè ſatiſfactum. ¶ Vel ſic. quare peto poſſeſſorem condēnari mihi dictam poſſeſſionem reſtituat, vel mihi debitū ſoluat. Ita dicit Bal. in. l. rem alienā. ff. de pigno. actio. & in. l. ſi fundus. §. in vendicatione. ff. de pigno. & in. l. 2. C. de luitiōe pigno. & in. l. ſi cum venditor. ff. de euictio. & in. d. l. cum res. & ibi Bar. C. ſi res alie. pigno. da. ſit & in. l. ſi ab eo. C. de pigno. ¶ Et adde ſecundum Bar. in. d. l. rē

58 alienam. ꝙ † debet etiam dicere actor in libello, ꝙ debitor ſuus fuit in mora ſoluendi debitum, & debet in proceſſu probari talis mora. Item debet prius fieri bonorum diſcuſsio contra debitorem. quàm libellus offerri contra poſſeſſorem, vt ibi. ¶ An †

59 autem iſta diſcuſsio poſsit fieri pendente iudicio contra poſſeſſorem vel fideiuſſorē principalis debitoris. vide Bar. Bal. & docto. in authē. prēſenti. C. de fideiuſſoribus. & Bal. in. l. cum teſtamēto. C. de teſta. manu. eundem Bal. in. l. ſi rem. §. fi. ff. de pigno.

60 actio. ¶ Intellige † in diſcuſsione neceſſaria quando agitur actione perſonali: ſed quando agitur reali nō requiritur diſcuſsio, tenet Bal. in. l. 3. C. de his q̄ in frau. credi. niſi in caſu authē. cōtra rogatos. C. ad trebe. vbi Bal. 1. colun. dicit eſſe ſpeciale. ¶ Item non requiritur diſcuſsio quando agitur contra poſſeſſores, & agitur ad intereſſe contra alienantem cauſa mutandi iudicij, ſi intereſſe ſit liquidum, putà quia poſſeſſor prēſcripſit, vel eſt abſens in longinquis partibus, vel non reperitur, ita ꝙ euidenter eſt diſcuſsio difficilis. tenent docto. & Bar. poſt glo. in. l. 1. ff. de alie. iudi. mu. cau. fa. ¶ Item quā do eſt præſcriptum actione perſonali, ꝙ ceſſat hypothecaria. Bal. in authen. ſed hodie. C. de actio. & obli. ¶ Item nec quando agitur hypothecaria contra tertium poſſeſſorem ſimul & inſolidū obligatū & principaliter. tenet glo. ſingularis et Bar. in. l. mulier. ff. qui potio. in pig. habe. ¶ Vel quando talis poſſeſſor eratvnus ex debitoribus, quo caſu poteſt conueniri hypothecaria, non facta diſcuſsione in alijs. vt ibi. tenet idem Bar. in. l. ſi creditor. §. quæritur.

Libellus in hypothecaria.

12 niæ in suo regno in tēporalibus. ℣ Item† quemad modū Romanus pontifex potest iura condere & interpretari,ita princeps secularis in suo regno. vt dixi latè in proœmio istarum legū.in parte,y con ellos consultado.& in.l.1.in parte,al rey.& in parte,hazer leyes.supra. ℣ Rex verò in suo regno habet supremā iurisditionem, vt tenet Bal.in proœmio.fforū.3. col. itaq; super reb⁹ & personis secularibus habet plenariā potestatem,cum habeat supremam. ℣ De his autē,quę Imperator potest facere,dicitur latè per Bal.in.l.rescripta.C.de preci.imp̄era.offe.&.in.l.1. C.de iure aur.anu.& quod dicimus de imperatore,habet locū in principe non recognoscente superiorē,quia idē sunt vt tenet Bar. in prima constitutio.fforū.in fine principii,& habetur in proœmio institutio. ℣ Itē si leges nō inducunt peccatum,prævalent canonibus in terris imperij.vt tenet Bar.& est communis conclusio scribentiū in.l.priuilegia.C de sacrosan eccle. ℣ Hinc dicimus,q princeps in suo regno potest tollere ius succedendi de potestate absoluta.tenet Pau.de ca. consil.suo.284.incipienti.in facto prę̄senti non intendo adulari.do.Abb.& alij.in.c.Rainuncius.de testa. ℣ Et non solùm princeps super rebus & personis sui regni potest leges condere,vt supra dixi, sed etiam populus eidem principi subiectus potest concedere statuta habentia aliquod motiuum rationabile,licet careāt æquitate.Bald.in.l.1. §. initium.2. nota.ff.de postulan. & in.l.1. col. 1. in fine. C.de legi.hære. ℣ Et ex hoc dicimus, quòd si statutum reprobat iuramentum certis casibus, valet secundum Bal.in.l.non dubium.2.col.versic.itē nota.C.de legibus. Pau.de.Ca.consi. 142. incipienti. visis & consideratis omnibus.vltima.col. propterea reges nostri Hispaniæ.per.l.6.titu. de los juyzios,in ordina.prohibent iuramēta præstari in cō tractibus.& regulariter potest dici statutum posse fieri super omni eo, quod potest in pacto deduci. glo.in rubrica.de decretis decurio.l.10.tenet Bald. in.l.1.col.1.ver.secūdo reuoco in dubium.C.ne filius pro pa.Ioan.de Imo.in.l.alia.§.eleganter. ff.solu.matr.sed pacto potest deduci,q quis non possit vendere rem suam,nisi certæ personæ.vt.l.20.ti.11. quinta parti.tenet And.Sicu. in commento rubricę.de rebus eccle.ergo à fortiori lex poterit hoc facere.Si ergo princeps secularis super rebus & personis subditorū plenariam habet potestatē,& potest super his leges condere, & nedum princeps, sed populus,& subiectus,vt est dictum,sequitur q principes Hispanię potuerunt facere dictam legē. 13.cum simi.duplici etiam ratione. ℣ Primò, quia non sunt nutritiuæ peccati,vt ex eis patet. Si enim princeps secularis sine peccato potest filios in totum priuare legitima, vt per Abb. & docto. in.c. Rainuncius de testa.& dixi in.l.3.supra. à fortiori poterit facere, quòd legitima, vel bona parentum non exeāt à stipite suo, vel quòd in forensem non alienentur,vt tenet latè And.Sicu.in.dic.commento rubricæ.de rebus eccle. ℣ Secundò, quia habet motiuum rationabile,scilicet,propter familiam cō seruandam.vt dicit glo.in.d.l.13.& text.in.l.vnum ex familia.in principio.de lega.2. ℣ Tertiò ad hoc facit,quòd quandocunq; statutum laicorum cōcernit rem,putà,quòd res dotalis non alienetur, si fortè clericus emat eam,non valet alienatio:quia mulier inhabilitatur ad alienandum, vnde naturalis obligatio non oritur.vt.l.cum lex.ff. de vsucapio. nec dicitur hoc statutum ligare clericos, sed tantū subditos, & impedit obligationem oriri. ex contractu super re sua quilibet potest statuere. vt.l.in re mandata.C. manda.notat Bart. in.l.rescripta. ff. de mune.& hono. istam conclusionem tenet Ab. in.c.ecclesia sanctæ Mariæ, & in. c. quod clericis: quem ibi sequūtur moderni.de foro compe. ℣ Ex quo habes singularem intellectum, & extēsionem
13 ad legem.61.supra.vbi dicitur,quòd† vxor nō possit obligari cū marito iunctim, nec seorsum, quòd nedum laico,sed clerico non poterit obligari.nam ex quo prohibetur cōtrahere,si contrahat,non oritur ex suo contractu naturalis obligatio, ideo non tenetur. ℣ Idem dicēdum erit in rebus maioratus, & in omnibus aliis rebus,quæ prohibentur alienari, quòd si alienentur in clericum, vel ecclesiam, non teneat alienatio,per supradicta.

℣ Hinc dicit textus. in cap. verum.de conditio. appos̄i. & in cap.cum dilecti, de donatio. quòd si aliquis vult donare ecclesiæ, poterit in contractu donationis apponere modum vel conditionem contractus resolutiuum. quod est propter illud, quod in re sua vnusquisque potest statuere, & legem imponere, & talis lex ligabit clericos, & ecclesias: quia talis lex imponitur non super eccle- *Inferī.*

sia,

sia,sed super re mea vel alterius qui donat. ¶ Hinc
14 dicimus, q † in quærendis possunt clerici & eccle
Infer. siæ præiudicari,licet non in quæsitis. glo. est nota.
& ibi tenent docto.in.§.fi.16.q.6.notat Inno.& alij
in.c.fraternitatē.de donatio.do.Abb.in.d.c.verum.
¶ His præhabitis intrat.d.l.13.quæ dicit.todo hõ-
bre que hereda de patrimonio,o de auolengo, que
quisiere vender, si hõbre de aquel auolengo la qui-
siere comprar tanto por tanto, aya la ante que otro
alguno. Ecce qualiter princeps legē imponit ven-
ditori laico super re sua patrimoniali,seu auolengi,
vt si voluerit illam vendere.&c. Et sic loquitur an-
te celebrationem contractus venditionis,vt illa res
patrimonialis vendatur coniuncto pro tanto. Itaq;
si coniunctus contra prohibitionem.d.l.fundū pa-
trimonialem vendit clerico, nihilominus coniun-
ctus venditoris laicus possit coram iudice eccleſia
stico comparere,& petere fundum pro tāto. ¶ Et
15 iste † erit vnus casus,in quo iudex eccleſiasticus in
foro suo terminabit causam secundum leges,nõ se-
cundum canones.vt tenet do. Abb.in.d.c.quod cle
ricis.de foro cõpe. ¶ Ad hoc etiã facit dictũ Bal.
in.l.1.ff.de libe.& posthu.& ibi Alex.2.col.cũ con
cor.ibi per eum signatis.eiusdem Bal.in.l.fi.13. op-
po.in fine.C.de edic.diui Adria.tollen. vbi dicũt,
q actus gestus contra legem non valet:vel quando
solennitas legis deficit, idem deficit forma. vt per
Bal.in.l.comparationes.2.col.C.de fide instr. & in
l.1.C.vt in posse.lega.& in.l.tutor. C. in quib.cau.
in integr.resti.non est nece.dixi in.l.3.supra. ▽ Si
enim.d.l.13 ponit formam in venditione rerum pa
trimonialiũ,si omittatur,vẽditio erit nulla. ▽ Item
quia lex resistens contractui , impedit obligationē
oriri.vt per Bar.in.l.cũ lex.ff.de fideico.▽ Pro hoc
etiam facit dictum Bal.in.d.c.eccleſiarũ. de consti-
tutio.& in.c.clerici.de iudiciis. quem refert Alex.
16 in.d.§.diui. vbi dicunt, q † valet statutũ laicorum
inhabilitans laicos ad alienandum in eccleſias ante
contractus initos. Nec obstat tex.in.l.fi.C.de sacro
san.eccle.quia ibi conceditur priuilegium eccleſiæ
post contractum factum cum eccleſia,nam tunc est
priuilegiata:sed quando contractus nõ est validus,
antequam fiat nõ habet eccleſia priuilegium. tenet
latè Iaso. in. d. l. filiusfamilias. §. diui.11.col. de le-
ga.1. ▽ Et istam partem quodammodo voluit tene-
re glo.in.d.l.13.in parte,comprar.vbi dicit,q vendi
tio facta contra formam dictæ legis est nulla,vel sal
tem est irritanda.per.l.nõ dubiũ.C.de legi. ¶ Itē
si clericus emit fundū patrimonialem,videtur eme
re cum sua causa,suisq; vinculis,& vitiis. argu.l.in
venditione.ff.de actio.emp.& ven. si ergo clericus
recipit legem pro se,cùm res sui auolengi venditur
extraneo,debet illam recipere contra se quando si-
bi venditur. ▽ Vnde dicit Bal.in.l.si quis curialis.
C.de epis.& cle.q licet per statutum non possit au
ferri clerico ius cõmune,potest tamen auferri pro-
tectio dicti statuti. quod nota. ¶ Item si clericus
vult vti legis adminiculo, scilicet q possit emere
res profanas laicorũ,non potest emere, nisi obser-
uet legem. notat Ioan. and.in noue. in.c.1. de noui
ope.nun. quapropter si lex,vel cõstitutio disponit
de summaria cognitione, vel de alio modo proce-
dendi,vel de beneficio cõpromittendi,vel venden
di res patrimoniales,nõ cõpetit tale beneficiũ cle-
ricis,nisi eo modo,quo supra.nã rex rei suæ secula-
ri potuit apponere legē, quã voluit.l.in re mãdata.
C.mãda. ideo tenetur clericꝰ dictã legē obseruare.
17 Adde. ▽ Item † licet regulariter contra ec-
cleſiam non præscribitur minori tem
pore.40. annorum. per authen. quas
actiones. C.de sacrosã.eccle. ▽ Fallit in casu,in quo
eccleſia sumeret fundamentũ ex aliquo statuto lai-
corum, in quo esset præfixum certũ tempus , nam
tunc potest sibi obiici exceptio præscriptionis sta
tutariæ: quia ex quo eccleſia assumit pro se admini
culum statuti , etiam debet recipere contra se exce-
ptionem ex eodem statuto prouenientē. Ita limita
tur singulariter Bal.in.l.omni nouatiõe. circa finē.
C.de sacrosan.eccle.dicens, q licet aliàs contra ec-
cleſiam non currat minor præscriptio: tamen si ec-
cleſia agendo sumit adminiculũ & fundamentum
statuti disponentis , q instrumentũ habeat execu-
tionem paratã,poterit obiici exceptio præscriptio
nis decem annorũ ab eodem statuto inducta.vt vi-
detur in.l.4.titulo delas excepciones.lib.3.ordina-
mentorum. ▽ Facit etiam quod notãter dicit idem
18 Bal.in.l.1.in fine.C.de cõtrahen.emp.q † licet aliàs
statuta laicorũ non ligent clericos,vel eccleſias per
dictum.c.eccleſia sanctæ Mariæ.de consti.cum his,
quæ ibi notantur:tamen si clericus,vel eccleſia vult
vti adminiculo statuti disponẽtis super summaria
executione instrumenti, obstabit clerico,vel eccle
siæ exceptio non solutionis gabellæ ex eodẽ statu-
to proueniẽtis,vt ibi per eum. ¶ Faciunt etiam no
tata per Bar.& Bal.in.l.planè.ff.quod falso.tuto.au
tho.& tex.in.l.cùm quæritur. ff. de adminiſt.tuto.
& in.l.si ita stipula.ad fi.ff.de ope.libe. vbi dicitur
q quis debet,aut in totum acceptare,aut in totũ re-
pudiare.& hoc plenè firmat Philip. Fran. in regu.
possessor.3.col.de regu.iur.in sexto. ¶ Ex quibus
bene colligitur,q si clericus vult extrahere pro tan
to rem patrimonialem,seu auolengi, virtute istius
legis,vel dictæ.l.13.titulo delas ventas. foro le. de-
bet illam extrahere intra tempus nouem dierũ , de
quibus in.d.l.aliàs obstabit ei exceptio, q illã non
petiit infra dictum tempus. super quo vide Bal.in.
l.neq; per se.C.de hære. instit. ▽ Et ex his bene con *Regula.*
cluditur , q fundus patrimonialis venditus clerico
potest retrahi pro tanto per coniunctũ venditoris.
▽ Limita,quando clerici vtuntur priuilegio. d.l.13 *Limita.*
aliàs secus. Cogita,quia etiam si legem non recepe
runt pro se.vt patet ex supradictis. ▽ Itē fallit,quã- *Fallit.*
do clericus est de consanguinitate venditoris, quia
tunc extrahi non potest ab eo,etiã per aliũ de fami
lia

lia propinquiorem, quia non dicitur exire de familia. vt per glo. in.d.l.13.in parte cābiar.ver.sexto quæro.licet glo.in.d.l.13.teneat contra, in parte,tanto por tanto.ideo non habebit locum dispositio.dict.l.

Adde. ¶Verum tamē est,q Ioā.Faber.in.§. ita tamē . insti.de hęre.quę ab int.de fe.d quo facit mētionē gl.in.d.l.13.super pte,tāto por tāto.tenet q potest extrahi à coniūcto per propinquiorē.sed illud non est verū, ex quo cùm venditur coniuncto.i.vni de familia, nō dicitur fundus exire de familia, ideò ab eo non habet locū retractus per propinquiorem, nisi quādo venditur extraneo.vt dicit glos.in.d. versic. sexto quęro.& Bal.in.l.volūtas.circa finē. C. de fideicō. vbi mouet Bald.plures quęstiones circa materiam istius legis, quas per te vide, quia vtilissimæ sunt, & notādę,si bene cōspicis. Ioā Fa.vbi supra, nō videtur bene firmare quod ipse dicit,nec iura,quę allegat,illud testātur.nec do.doc.de Mōtaluo super. d gl.tanto por tāto.sed potius in.d.gl. super parte, cammar,expressè recedit ab his,quę dixit in.d. gl. nemirū.quia de iure cōmuni cuilibet licet vēdere rē suā cui velit,per.l.dudū.C.de cōtrahen.emptio. & cū d.l.13.deuiet à iure cōmuni,nōdebet extēdi, sed restringi,& intelligi tantūmodo in casu,quo loquitur.l.quicquid astringēdæ.&.bi doc. ff.de verbo.obli.vbi dicūt, q statutū non recipit interpretationē extēsiuā,nec extēditur ad casus nō expressos,nec ad personas nō expressas,vt per Bald.in.l. illā co.7.C.de colli.et in.l.sfdefunctus.1.co.in ver. & induco sic C.de suis & legitimis. & pro hoc est bonus tex.in .12.in.§.sobre la dicha ley,ibi,y vēde esta hereda a vn estraco. quę sentit à cōtrario sensu,q si alius de familia vēditur, nō potest extrahi à proximioribus. ¶Ad cōtraria respōde,q tex.in d.c.cer.san.Mar.& alia iura dicētia,q laici nō possunt aliquid statuere in præiudiciū clericorū sunt vera, quādo statuitur directè vel indirectè in suū præiudiciū.sed q princeps, vel alius nō prębeant clericis res suas titulo oneroso nec lucratiuo, non faciunt clericis præiudiciū, quia nemo cogitur de suo facere mercedē. vt est regula iuris. ¶Vel melius,quādo laici super rebus secularibus,publicis, vel profanis vniuersitatis statuūt,q clerici vtātur, vt ipsi vtuntur laici nullū faciunt præiudiciū ipsis clericis. vt bene probatur in. l. 2. &. 3. de pascuis publicis.lib.11.¶Et sic hodie video,q si laici habēt prata,& statuitur,q nullus possit pasturare animalia sua in pratis nisi certo tēpore,q clerici non possunt pasturare animalia sua tempore prohibito. ¶Item principes nostri,vt habetur in pragmaticis regni,statuerūt,q nullus extrahat d his regnis frumentum, neque equos, q etiam clerici non poterunt illos extrahere. ¶Video etiam in loco originis mei,& ita est in plerisq; locis, q glādes nō possunt colligi nisi certo tempore. Item q mōtes non scindātur ab stipite,sed certo modo, ne paucis diebus extirpētur.quod etiā clerici obseruāt, tenētur que seruare formā traditā in tali scissura per ipsos laicos,cū & ipsi vtantur mōtibus eodem modo, & in hoc clericis nō generatur præiudiciū,propterea tenentur ad obseruantiā statutorum secularium:& si contra veniunt,puniuntur pœna statuti.scilicet. à suo iudice ecclesiastico,per ea quę dicūt doct.in. d.c.quod clericis. de foro compe. & ex contrario sequeretur maximū damnū & inconueniēs. Quia si laici pro conseruatione rerū suarum faciunt talia statuta,mōtes,pascua,riuus,vel piscatio eis prohibita,si clericis esset permissa, consequerentur ipsi clerici commodū in rebus laicorū,& ipsi laici dānum,quod esset incōueniens,& contra officiū charitatis bene ordinatę,quę incipere debet à seipso. l.præses.& ibi scribē. C.de serui.& aqua.l.in omnibus.ff.de reg.iuris.cū simi. ¶Hinc dicit Bal. in.d. l.præses.per illū tex.q ille qui nō habet nisi quātū sufficit sibi ad alimēta, nō tenetur alium alere:siue sit pater,siue filius,vel quicūq;.& Ia bu.ibi allegat illū versum. In aliquibus perit, qui se plus diligit illū. Si verò clerici vterētur nostris rebus plusquā nos,plus diligerentur,nec esset in hoc charitas bene ordinata. ¶Quapropter dico,q clerici gaudent priuilegio superius sumpto,quādo agitur de vitando eorū damno: secus si vellēt recipere pro se tātū non contra se,quo casu ecclesia, minor, nec mulier gaudēt tali priuilegio suo.tenet Ant.de bu,in.c.nouit.16.co.d iudi.et do. Ab.in.c.1.vt lite nō cōte.pe. co.in fine.Bar.& Bal.in authē.quas actiones C. de sacrosan.eccle.de quo est text.in. l. quarta tit.14.3. partit. Itaq; gaudent clerici,ecclesia,& minor,priuilegio suo,quādo agunt de damno vitando,secus si de lucro captādo. ¶Volo dicere,q† si princeps statuit vt fundus patrimonialis venditur extraneo intra nouem dies possit extrahi per coniunctum pro tanto,& tale statutum,vel lex astringeret,aliàs obligaret tantummodo laicos sequeretur maximū inconueniens, quia omnes venditiones fierent ipsis clericis fraudulēter pro extraneis laicis.nam pauci sunt laici non habentes coniunctum clericum, vel amicum, in personam cuius contractus venditionis possit celebrari, & quia obuiandum est fraudibus.vt.c.super literis.de reseri.cum simi. est consonans rationi,q à tali clerico extraneo emptore possit fundus patrimonialis à cōiuncto extrahi pro tanto.iuxta formam istius legis.&.d.l.13. cum simi. ¶Quæro etiam circa istā legem de quę stione† fundus patrimonialis ex ti.lucratiuo. vel ex tit.oneroso peruenit in clericū,qui erat coniunctus. Inde clericus illū vendidit cuidam extraneo, nunquid poterit coniunctus ipsius clerici fundū euincere pro tanto conditione istarum legum? Videtur q non,quia (vt supra dixi) super rebus & personis subditorum potuit princeps leges condere,non super rebus clericorum,quæ gaudent priuilegio

Solutio.

uilegio rerum eccleſiarum. vt tenent doct.& Abb. in.d.c.conſtitutus.1.col.de in integr.reſti.& in.d.c. eccleſia ſanctæ Mariæ.2.col.& in.c.maſana.ſi. verbis de elec.Idem Abb.& And.Sicu.in.c.ex literis. de pigno.& in.c.ſi. in fine. de rebus eccle. alie. vel non.& pluribus aliis locis. cùm ergo fundus iſte ſit clerici,ad eum non porrigitur,nec extend tur.d. l.13.eum cõcor. ¶ Item quia quo dámodo videtur aſtringere venditorẽ clericũ,ſi non poſſet vendere fundũ patrimonialẽ niſi coniuncto, quod eſſet contra dictum.c.eccleſia ſanctæ Mariæ. ¶ Sed hoc nõ obſtante tene,q laicus,qui emit à clerico fundũ patrimonialẽ,tenetur reddere fundũ coniuncto venditoris pro tanto. ☞ Pro quo facit. nam.d.l.13. cum ſimi.eum arctant emptorẽ ,ſi emptor eſt ſubditus, licet emat à non ſubdito,tenetur obſeruare legẽ ſui ſuperioris.vt in.c.2.de maio.& obe. ☞ Et per iſtam rationem dicit Federi.de Se.cõſi. ſuo.77. quem refert Abb.in.d.c.quod clericis. 5. col. de fo.compe. q ſi ſtatuto cauetur nobilem non poſſe recipere ceſsionem actionum contra populare, non valebit ceſsio facta nobili per clericum,vel eccleſiam: quia ſtatutum diſponit in caſu licito, & inter ſubditos, & non in fraudẽ.idẽ tenet Abb.in.d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.Hoc dictũ Fede.refert & ſequitur Domi.in.d.c.ſi.de immu.eccle lib.6. & Alex. in. l. filiusfamilias.§.diui.de lega.1. ¶ Et per iſta dicunt,
21 q † ſi laicus inſtituitur hæres à clerico,laicus tenetur obſeruare in teſtamẽto, inſinuando & regiſtrãdo omnes ſolẽnitates,quas vigore ſtatuti laicorum tenentur obſeruare laici à laicis inſtituti : quia cùm laicus fit ſubditus, tenetur obſeruare legẽ ſuperioris,licet ſit inſtitutus à clerico.tenent docto.in.d.c. eccleſia ſanctæ Mariæ.& Bal.in authen.caſſa.2.col. ver.quintò quæro.C.de ſacroſan.eccle. Bar.in.d.l. cunctos populos. ¶ Ad hoc etiam facit ſingulare conſiliũ Alex. quod ponit ſecundo volumine conſiliorum. 235. incipi. viſis & ponderatis. vbi dicit, q ſi ſtatuto caueatur , q aliquis eſt poſſeſſor alicuius rei feudalis,vel emphyteoticariæ,& iſte poſſeſſor,vel eius hæredes,vel aſcendentes, volunt petere inueſtituram iſtius rei, & habet proſe , q nemo alius poſsit recipere inueſtituram eiuſdẽ rei , q tale ſtatutum cõprehendit laicum recipientem inueſtituram rei à clerico: quia laicus recipiens inueſtituram,eſt ſubditus iuriſditioni ſtatuentium. Neq; obſtat ſecundum eum, ſi dicatur, q per tale ſtatutũ reſtringitur libertas & facultas, quam habent clerici,vt poſsint contrahere cum quocunq;.& per conſequens non debeat valere.iuxta notata in.c.nouerint.de ſentẽ.excõ.& in.d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutio.cum ſimi. quod non eſt contra libertatem: quia licet clericus & eccleſia poſſunt cõtrahere cum quocunq;,debet intelligi ſecundũ ipſum cum quocunq; non prohibito contrahere per legẽ generalem vel particularem.vt.l.ſi quando.in principio.C.de inofficio.teſta. ☞ Imò quòd plus eſt,vt ſupra dixi. in clerico emente,q non ſolùm laicus emptor tenetur reddere fundũ coniuncto venditoris pro tanto,ſed clericus emptor. ☞ Ad quod facit doctrina Cardinalis in repetitio.c. perpendimus. 20. col.de ſenten.excom.vbi dicitur,q clericus ligatur ſtatuto laicorũ,in quo adiicitur contractui non eccleſiaſtico certa forma nõ obſeruabilis ſine magna difficultate,putà,q non teneat venditio , niſi prius fiat proclama in palatio , an quis velit cõtradicere, vel niſi interſint duo proximiores.de qua doctrina exclamat Feli.in.d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.36.col. ☞ Cùm igitur hoc ſit honeſtum,& poſsit facere clericus ſine difficultate , q potius pro tanto vendat proximiori quàm extraneo,tenebitur ad obſeruan
22 tiam,d.l.fori. ¶ Ad idem facit,q † contrahens cũ clerico, non poteſt ſe iuuare priuilegio clerici quo ad ſe.vnde et ſi clericus ſit exemptus à gabellis,vel tributis,nihilominus emens ab eo ſoluet tributa & gabellas ſecundũ leges ſui fori. vt eſt glo. in clemẽ. fina.de cẽſibus.tenet Bar.in.l.licitatio.§.fi.ff. de publi. ¶ Aduerte nam vltra ea quæ Felinus,cæteriq; doctores dicunt & referunt in. d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ.videri meo ad hoc tenendum vrgent etiam duæ rationes. Prima, q de iure poſtquam clericus vendidit & tradidit laico fundum patrimonialem, fundus efficitur ipſius laici,& dominium remanet penes eum. iura sunt clara in.l. quotiens. C. de rei vẽdica. dixi in.l.6.in parte,de qualquier qualidad. ſupra. Si enim remedio. d.l.13. fundus,qui eſt laici, extrahitur ab eo tanquam patrimonialis pro tãto, quid ad clericum, cùm am nihil ipſe habeat in fundo? certè nihil. ¶ Præterea iura dicunt,q laici nõ poſſunt aliquid ſtatuere contra clericos , & ob iſtã rationem non poſſunt præiudicari,nec ipſi tenentur ad obſeruãtiam ex defectu iuriſditionis. per.d. c.eccleſia ſanctæ Mariæ. ſed hîc nihil agitur contra clericum,nec in ſuum præiudicium,quia ei non minuitur pretium. ☞ Item non tenet de euictione vt per glo.in.d.l. 13. in parte,cambiar. ☞ Item ſi propinquus poteſt extrahere fundũ patrimonialem, venundabit illum maiori pretio ne extrahatur, igitur nihil ad eum,cùm non præiudicetur. Ad quod vide ea,quæ dixi in.d.l.6. ſupra. q res clericorum, & eccleſiarum, aliorumq; gaudentium aliquo priuilegio,ſi alienẽtur in laicum, amittunt priuilegiũ ſuum:quia mutatione perſonæ mutant naturam,& tranſferuntur in aliud corpus bonorum.Si ergo ex dicto retractu nullum præiudicium generatur ipſis clericis,& contra ipſos clericos emptores, poſſunt laici vti remedio. d. l. à fortiori contra ipſos laicos
23 emptores ementes ab ipſis clericis. ¶ Quæro † quid ſi aduena contraxit in ciuitate iſta , vel regno iſto, vbi viget.d.l.13.nũquid ligetur illa,putà quòd ab eo poſsit euinci res empta pro tanto. vide glo. ordinariam in.d.l.13.in parte, cambiar. ver.ex quo infero quòd ſi aduena.quæ dicit,quòd aduena non obligatur ex vi contractus , cùm ex eo non naſcatur

Nota.

Quæſtio

tur ius retrahendi pro tanto, neq; ex vi dictæ legis vel cõsuetudinis, quia nõ potest ligare forẽsem, vt c. vt animarũ. de constitutio. li. 6. ☞ Maximè si ignorabat dictam legẽ, vel consuetudinem, quãdo contraxit in isto regno, & ita resident. ☞ Salua tamẽ pace do. doct. de Montaluo, ab ore cuius processit illa opinio, contrariã sententiam credo de iure veriorem. Imò, ꝙ si aduena emit fundum patrimonialem, tenetur reddere propinquo pro tãto, propter fundamẽta superius inducta cõtra clericũ emptorẽ. Quia si tenetur ipse clericus, qui aduena est exẽptus, & extraneus à iurisditione iudicis secularis, à fortiori tenetur aduena laicus, cùm sit intra territorium, & ratione rei est subditus. vt in auth. quæ in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. cũ vulg. quod est secus in clericis, qui licet sint intra territoriũ, nõ efficiũtur de iurisditione iudicis secularis. vt. c. cum nõ ab homine. de iudi. & c. 2. de foro cõp. ¶ Secũ dò facit, ꝙ vbicunq; statutũ respicit rem super qua cõtrahitur forẽsis ligatur, illa lege, vel consuetudine, vt est cõmunis theorica doctorum in. l. 1. C. de sum. tri. & fide ca. cũ ergo. d. l. 13. & ista. l. respiciat rem parentum, vel auorum, forensis ligabitur ea.

Contra.

Extẽsio. ☞ Hinc dixit Alb. in. d. l. 1. co. 8. ꝙ quãdo statutum dat liberã facultatẽ circa rẽ aliquã tantũ, debet seruari statutũ loci, in quo res sita est. vnde dicit, ꝙ si Pergamẽsis habeat possessiões in districtu Medio Ianensi, & fiat ibi statutum, ꝙ frumentum extra districtum exportari non possit, ꝙ ipse Pergamensis frumentum perceptum ex prædictis possessionibus exportare non posset. Itaque inspicitur locus, vbi res sita est. secundum Henrri. c. cum venissent. de eo qui mitti. in posse. ¶ Tertiò facit, ꝙ statutum, quo cauetur, ꝙ res non alienentur extra consortes. vt. l. dudum. C. de contrahen. empt. aut quòd res non alienetur in extraneos. vt. l. vna non liceat habitatoribus Metrocomię. lib. 11. aut ꝙ proximior præferatur in emendo. vt. d. cap. constitutus. &. d. l. 13. cum simi. omnes istę dispositiones à pari procedunt, & iudicantur à simili. tenent doct. in. d. l. dudũ. & in. l. vnica, & in. l. 2. de prędiis nauicula. & ibi. Ioan. de Pla. lib. 10. si enim ambulant pari passu, tene, ꝙ si statuto prohibeatur alienatio in certas personas ex aliqua causa, tale statutum comprehendit forenses, seu extraneos. vt est text. in. l. emptione. §. 1. ff. de contra. emptio. tenet Bart. in. d. l. filiusfamilias, §. diui. 3. col. de lega. 1. vbi post disputationem Oldrad. dicit. ꝙ talis prohibitio alienationis extenditur ad laicos nõ subditos. allegat text. in. d. l. dudum. & in. d. l. vnica. vbi sunt iura ad nostrum propositum. ☞ Idem tenet Dominicus eadem iura allegans in. d. ca. fi. de immu. eccle. lib. 6. Angel. & Imol. in. d. §. diui. Bar. & Bald. in. d. l. in emptione. Idem Bar. & Bal. & Sali. in. d. l. dudũ. Bar. in. l. in his. de prædiis nauiculari. li. 11. & Bald. in l. 2. in fine. ff. de iurisditio. omnium iu. & in. l. ea lege. C. de conditio. ob cau. data. ☞ Prẽterea ad idẽ est tex. & optimus secundũ vnũ intellectũ in. d. l. cunctos populos, clarior. tex. in. l. 11. tit. delas leyes. 1. par. vbi dicitur, ꝙ †extranei à regno debẽt iudicari per leges regni. ☞ Itẽ iura sunt clara, ꝙ ratione contractus, & ratione rei sitæ forensis potest conueniri in loco contractus, & vbi res sita est. vt in. c. dilecti. &. c. fi. de foro cõpe. &. l. fi. C. vbi in rẽ actio. & l. hæres absens. ff. de iudi. & tunc debet iudicari secundum leges illius loci. vt. c. si quis cõtra clericum. de foro cõpe. cum simi. ☞ Item, vt supra dixi in clerico emp. princeps potest imponere legẽ sup rebus sui regni etiã cõtra nõ subditos vt. d. l. in re mãdata. C. mãda. propterea omnes leges regni ligant extraneos à regno, nisi specialiter dedu cantur. Vnde lex regia vetat extraneos deducere res vetitas à regno. vt sunt equi, aurũ, ferui, & alia multa de quibus in. l. 6. tit. delas cosas veda. cũ multis legibus eiusdem tituli in ordina. & eę forenses astringunt. ☞ Itẽ lex regia vetat extraneos habere beneficia ecclesiastica in regno eius, pro tãto conceduntur, & debẽt concedi regnicolis. l. 18. cum sequẽtibus. ti. delos perlados. in ordina. ☞ Itẽ quadã pragmatica huius regni cauetur, ꝙ merces vehẽdæ per mare potius tradantur incolis, quàm extraneis pro tãto. Ergo vt quid debent esse melioris conditionis extranei à regno, quã incolę: putà, quòd ipsi possint emere res nostras, & quòd pro tanto non possimus incolæ habere, & extrahere eas pro tanto? absit talis error. quia etiam inter opera charitatis potius subueniendum est incolis, quàm extraneis. l. cum acutissimi. & ibi Bal. 1. col. C. de fideicõmi. etenim non est bonum sumere panem filiorũ, extraneisque largiri. ☞ Præterea omnis res transit cum suo onere quocumque vadat. l. Gaio. in principio. & ibi Bar. ff. de alimen. & ciba. le. & l. si conuenerit. §. si fundus. ff. de pigno. actio. si enim princeps legem imponit super fundo patrimoniali, ꝙ si vendatur extraneo possit per coniunctum venditoris extrahi pro tanto, siue emptor fundi sit extraneus à cognatione, siue à regno, dum tamen nõ sit coniunctus in gradu, quia extraneus est, poterit ab eo fieri retractus, quia fundus transiuit in eum cum sua causa & onere. ¶ Et est notãdum in hoc, quòd isto casu dicuntur extranei omnes, qui non sunt de familia, & cognatione venditoris, siue sint de loco venditoris, siue extra locum. si enim hi qui sunt de loco in casu istius legis. d. l. 13. à fortiori qui sunt forenses non attingentes cognationem venditoris erunt extranei. ☞ Item ratio dictæ legis se extendit ad omnes extraneos, scilicet, quòd fundus patrimonialis venditus non exeat à familia venditoris, ergo quo ad omnes extraneos habebit locum eius dispositio.

24

¶ Nec obstat dispositio textus in. dict. capit. vt animarum. quem allegat gloss. in di. l. 13. quia ille text. loquitur in impositione pœnæ vbi requiritur dolus. vt notant doctores in. d. l. 1. C. de sum-

Sol.

ma tri.& fide ca.& iſta adde ad ea,quæ de alienige
na,vel forenſe dixi in.l.1.ſupra. in parte, enlos di-
25 chos lugares. ¶ Vlterius quæro† Titius vendidit
Quæſtio Sempronio fundum hac conditione, q̃ non poſsit
illum alteri vẽdere,nec coniunctus poſſet illum ex
trahere pro tãto,aliàs dominium rediret ad ipſum Titium vel ad ſuos hæredes, nũquid fundo vẽdito poſsint coniuncti Titij illum extrahere pro tanto? Videtur q̃ non.per.l. iuriſgẽtium.§.ait prę-

que habla cerca del ſacar el pariente mas propinco la coſa ⁿ vendida° de de patrimonio por el tan-

Contra. tor.ff.de pactis.vbi prętor ait pacta ſeruari. ☞ In cõ trarium facit.l.pacta quæ cõtra.C.de pactis.glo.in. l.ſi pater.§.ſi ex pactis.ff. de iure doti. &.l.1.§. illud. ad finem.ff. de rei vxo.ac.vbi dicitur,q̃ pacta contra ius non valẽt:ſed iſtud pactum inter Titium & Sempronium fuit contra.d.l.13.igitur non valet. vt
Qõ. eſt tex.optim⁹ in.l.43.ti.5.quinta parti. ¶ Sed po-
26 ne,q̃† Titius non vẽdidit,ſed donauit cum cõditio ne de qua ſupra,an re vendita per donatariũ poſsit coniunctus eam retrahere pro tanto? Videbatur q̃
Contra. ſic,per dicta iura. ☞ Sed tene contrarium. ☞ Et idem ſi ſtatutum prohibet mulierem cõtrahere ſine conſenſu duorum propinquorũ,vel ſine conſenſu ma-
Extẽſio. riti. Quia cùm venditio ſit nulla ſi aliàs vendidit,vt habetur in.l.non dubium.C.de legi. &.l.55.ſupra. non poterit coniunctus fundum talẽ retrahere pro tanto:quia talis cõtractus venditionis non dicetur contractus,ex quo eſt nullus.argu.l.53.§.condẽnatum.ff.de re iudi.ita ſingulariter dicit Bal.in.l.2.C. de epiſco.audi.facit quod notãter dicit Pau.de Ca. conſi.326. vbi dicit, q̃ ſtatutũ fauens vicino ſuper vẽditione facta à vicino, eo irrequiſito,intelligitur de valida. ¶ Fallit in caſibus notatis per glo.in.d.
27 l.44.quos vide.Quæro inſuper† maritus de pecu-
Qõ. nia dotali vxoris,vel de pecunia cõmuni,retrahit q̃ tãto rẽ venditã ſui auolẽgi: nũquid vxor ipſius debeat habere fundũ retractũ,vel medietatẽ ei⁹,cũ ſit emptũ de pecunia cõi? Videtur q̃ ſic per tex.in. l.49.ti.5.quinta parti.&.l.ſi vt proponas.C. de rei ven.&.l.curator.C.arbi.tute.vbi dicitur,q̃ res empta de pecunia militis, vel minoris, efficitur ipſius
Contra. minoris,vel militis,nõ emptoris. ☞ Tene cõtrariũ, imò efficitur eius, cuius nomine fundus patrimonialis euincitur pro tanto.argu.tex.in.l.3.&.11.titu. de las lauo.et parti.foro legũ.debetur tamen vxori medietas pretij rei retractæ, ſi pretium erat commune,vel totum, ſi erat dotale, vt ibi.quod nota.
28 An † autem res vẽdita & retracta dicatur vna ven-
Nota. ditio an plures,vide notata per doct.in.l.ſcire debemus.ff.de verbo.obli.& Bald.in.l.ſi.§.prętor.2.colũ.C. de iure do. in lectura antiqua. ¶ Quæro in-
29 ſuper. † Ioan. promiſit vendere Petro fundum patrimonialem certo pretio, ſed non vendidit, an conſanguineus Ioannis poſsit dictũ fundum euincere pro tanto. Videtur q̃ ſic.argu. tex. in.d.l.13.in principio. inquantum dicit,quiſiere vender. & ibi dum dicit,quiere comprar.quia ſentit,q̃ ante venditionẽ conſanguineus venditoris poterit fundum

to, aya tambien lugar quando ſe vendiere en almoneda publica[p],aunque ſea por mandamiento

patrimonialem euincere pro tãto. ☞ Tene contrarium,imò res p miſſa vendi non poteſt retrahi pro tanto, ſed vẽditione ſecuta. nã promiſsio de vendendo,non eſt vendi tio.l.in bonę fidei.ver ſi.ſi tamen.ff.de eo quod certo loco.tenet Bald.in.l. 1.C. de pactis pigno.

Adde. ☞ Idẽ tenet Matthæus matheſi. ſingu lari ſuo. 46. & ibi in additione in fi-
30 ne.vbi dicitur,q̃ † promiſsio de vendendo,non eſt venditio. Et bene probatur inſtitu. de emp. & venditio. in principio. ☞ Ad hoc etiam facit glo. ſingularis in.l. alienationem.ff. de verbo. ſigni.vbi dicitur,q̃ ſi res, ſuper qua eſt penſio, vel cenſus,venditur ſine conſenſu domini,ſi non tradi tur, non incidit in cõmiſſum. vt dixi in.l.68.ſupra in glo.ſup parte, que ſe guarde.in fine. ¶ Si enim illud procedit in venditione facta,ne mirum ſi locum habeat quod dicimus in ſola promiſsione de vendendo. ¶ Idem tenet Pe.Gerar.de Petra ſingu lari ſuo.98. ¶ Oppo.contra ſupradicta de.l.22. ſupra.vbi promiſsio de donãdo,operatur donationẽ. ☞ Reſpõde, q̃ illud eſt fauore dotis vel donationis propter nuptias,& eſt ſingulare priuilegiũ. vt ibi. n ¶ La coſa. Idem ſi vẽdatur pars rei, vt habetur, & ibi dixi in.l.74.infra.

o ¶ Vendida.

Adde. ☞ An † dicatur vendita quando par-
31 tes ſunt concordes de re & pretio, & dixerunt, cras faciemus inſtrumen. iſtius venditionis ſuper hoc:ſi eſt celebrata venditio tempore,quo fuerũt cõcordes,an tempore,quo celebratur contractus.ponit notanter And. Sicu.in rubrica.de emptio.& vendi.2.col. ver. ſed dubitatio.& ex verbis illius patebit,an,& quando res ſic
32 vendita poſsit retrahi pro tanto. ¶ Quid † ſi data eſt in ſolutum,an poſsit retrahi pro tanto per coniunctum. Tene q̃ ſic.quia datio in ſolutum, dicitur venditio.textus eſt in.l.ſi.ex quibus cau. in poſſe. ea l.litis.ff.pro emptio.Bar.in.l.1.§. cum prædium. ff.de pigno.& in.l.ſi pupillorum.§. ſi prætor.ff. de rebus eo. Et bene ad hoc facit.l. pretij cauſa. C. de reſcin.vendi.vbi videtur,q̃ ſi ſpecies fuit taxata,fa cit emptionem.& q̃ caſus Bar.& Bal.in.l.1. in prin cipio.C.de rerũ permu.vbi dicũt, q̃ emp. dicitur, liber meus q̃ volo tibi vendere valet decem, & tu reſpondes,placet ſed non habeo pecuniam,dabo ti bi veſtem,quæ valet decẽ.qđ not. ¶ Quod eſt verum,

rum,niſi detur ſpecies pro ſpecie, vt per Bar.& do ctores in lege.libera. C. de ſentē.Secus ſi permuta ta,quia tunc non pōt retrahi pro tāto.l.13. in parte, por otra heredad cābiar.titulo de las vēdi.& comp. foro le.vbi dicit glo.cadē parte,q̄ dicta lex tāquam exorbitans à iure cōmuni non extēditur ad permu tationē, neq; ad alios cōtractus expreſſum nomen venditionis non habentes.allegat rationes,quas vi de per te.quibus adde tex.in.l.27.tit. de los conce jos.in ordina. vbi dicitur, q̄ diſpoſitio dictæ legis. 13.debet reſtringi ad cōtractus emptionis tātùm,& intelligi tantùm in venditione vulgari ſumpta, in qua interuenit pretium.vt.l.1.et.fin.de prædiis de curio.lib.10.& in.§.pretiū.inſti.de emptio. & ven di. ☞Et ſic habes, q̄ licet regulariter appellatione emptionis & venditionis veniat omnis cōtractus, per quem tranſfertur dominium.vt eſt tex.in.l.ſta tu.liberi.ff. de ſtatu.libe.&.l. voluntas. C.de fidei co.eſt ſecus in caſu noſtro, quia non comprehendi tur permutatio, nec alius contractus, ſed ſola ven ditio.vt eſt tex.in.d.l.1.& fi.de prędiis decurio.lib. 10.cum ſimi. ¶Sed quæro circa hoc de quæſtione
33 ſatis notanda. † factus eſt contractus inter duos,di cens.Titius donauit Seio fundum pro decem,quæ
34 pro eo Titius recepit.vel ſic,Ego †Petrus do Ioā ni fundum in donationem pro centum, quæ mihi pro eo dedit: vel pro centum,quæ mihi dedit:an ta lis cōtractus ſit donationis,an venditionis. ¶Vel ſic, princeps pro feudo recipit pretium, & poſtea dicit, indulgemus, vel aliquod ſimile verbum: an iſtud ſit feudum,an emptio, vt reuocari nō poſsit, nec debeatur fidelitas. Et videtur q̄ iſta ſit emptio, non donatio.&c.Quia regulariter vbicūq; fit men tio de pretio,ſemper in dubio præſumitur emptio. gloſa eſt ſingularis in.l. cum dotem. in verbo,quis enim.C.de iure doti.quam ibi ſummè notat Bal.& per eam dicit,q̄ ſi ſtatutū diſponit, q̄ de pretio cu iuſcunq; rei deductę in contractu ſoluatur gabella, q̄ intelligitur de emptione tātùm propter verbum pretij poſitum in ſtatuto.quod dictum pro notabi li valde refert et ſequitur Iaſon in.l.1.col.7.C.de iu re emphy. pro qua glo. & doctrina ipſe allegat ibi tex.notabilem in.l.fi. C. de prædiis curialium.lib. 10.& doctrinam Bal.in.l.qui ſe patris.10.col.ver.& ſcias.C.vnde libe.vbi ponit ſupradictam quæſtio nē de feudo, & dicit,q̄ eſt emptio. de quo etiā per eundem Bal.in.l.gallus.in.§.& quid ſi tantū.2: col. ff.de libe.& poſthu. ☞Intellige tamen.d.glo.& ſu pradicta,vt intelligit Iaſon,vbi ſupra, vt procedat quando fieret mētio de pretio, & pretiū eſſet con dignum rei, nam tunc bene præſumitur emptio, aliàs ſecus. ſecundum Bal.in.l. ex conuentione. C. de pactis. & hoc per glo. quam ipſe Bald. reputat ſingularem ibi in lege.1.§.1.ff.de ſuperficiebus.

¶Et ex his tu habes, an cōiunctus donatoris poſ ſit talem fundum donatum vel datum in feudum retrahere pro tanto.

35 Adde. Quid † ſi res,quæ valebat duo millia, permutatur cum re valente cētum, an ſecundum formam legis.13. titulo.10. aliàs delas vendidas y compras.libro tertio.foro le gum. res magni pretij taliter permutata poterit re trahi per coniunctū. Gloſſa mouet iſtam quæſtio nem in dicta lege 13. ſuper parte, caminar. in prin cipio.& dicit,quòd iſta quæſtio fuit diſputata Bo noniæ: & quidam dixerunt, quòd poterit retrahi, cùm fraus ex tali permutatione præſumitur. & vi detur facta de contractu ad contractum. Item quia ſicut fraus præſumitur, vbi quis vendit omnia bo na ſua, ſic vbi res valens duo millia datur pro re valente centum. & allegat iura. ☞Vlterius dicit, quòd non poteſt retrahi.quia reſcindere venditio nem,eſt res odioſa, & ſine voluntate partium con tractus non debet rumpi. Item quia verbum em ptionis iſto caſu debet ſtrictè aſſumi. Item quia ſi fraus non probatur, non præſumitur à iure, ſed quòd probari debet ex perſpicuis indiciis. Item quia qui dolum dicit, eum probare tenetur. Et re ſpondet ad cōtraria, & in hoc dicit,quòd inclinant doctores,id eſt, q̄ iſto caſu nō poteſt res taliter per mutata retrahi per coniunctum.Et hoc credit verū, niſi fraus veriſimiliter probetur, vel niſi cōtractus permutationis probetur ſimulatus, & allegat iura: ¶Iſtam quæſtionem mouet Bar. in.l.ariſto.ff. de donatio. vbi dicit, q̄ inſpiciendum eſt quod prin cipaliter agitur. vt ſi principaliter permutatur, ſit permutatio: & ſi principaliter venditur,ſit vendi tio.In dubio tamen dicit,quòd inſpiciēdum eſt, vt ſi plus valet res quæ datur pro re, quàm pecunia, erit permutatio. per cap. ad quæſtiones. de rerum permu.Idem dicit Alexā. ibi in additio. ad Bar. & allegat concor.ibi Pau.de Caſt.1.col.nu.4.ver.per prædicta etiam reſpondetur. declarat illud, quod Barto.dicit in dubio, ſcilicet, quòd in dubio dici tur, ſi ex forma contractus non apparet an volue rint vendere vel permutare, vt quia in eo, ſcilicet contractu dicitur. do tibi librum meum pro tuo & pro decem, nec dixi,quòd vendiderim,vel permu tauerim. Itaq; ſi in contractu dicitur, vendo, erit venditio: ſi dicitur, permuto, erit permutatio. ¶Hoc etiam tenet idem Bar. in.l. ſi in emptione. ff.de contrahē.emptio. & Bal.in præludiis feudo rum.4.col.ver.& dicimus in ſimili. Et do.Abb.Si cu.in.d.c.ad quæſtiones.2.col.in fine.ver.& ex his infertur. cum ſequenti. de rerum permuta. Et pri mum dicit,q̄ iſto caſu potius dicitur emptio,quàm permutatio: ex quo interuenit pretium conſiſtens in quantitate.vt.l.1.ff. de rerum permu. &.l.1.ff.de contrahen.emp. ¶Sed in contrariū concludit, di cens,q̄ in hac quæſtione varij varia ſenſerunt:attamen q̄ inſpiciendū eſt animus cōtrahentiū. nam ſi principaliter intēdunt permutare,erit permutatio, licet acceſſoriè pecunia accedat vt pueniatur ad rei æqualitatē. & ita dicit q̄ ille textus debet intelligi.

Si

Si verò non apparet de animo contrahentium, dicit, q̃ eſt recurrẽdum ad coniecturam: vt ſi pretium maius ſit, quàm res data, preſumẽdum eſt, q̃ ſit emptio: ſi autẽ res ſit maioris pretij, quàm ſit pecunia, erit permutatio. & allegat iura. & ſic ſentit iſtud vltimum habere locum in caſu dubij. i. quãdo nõ apparet de animo contrahentiũ. ¶ An. Sicu. in rubri. de emptio. & vendi. fi. colũ. in prin. ver. quid autem. & in rubri. de rerum permu. 2. col. in fine. & in. d. c. ad quæſtiones. 2. col. in ver. ſecundus intellectus. & in ver. & inducitur ad quæſtiones. & vtrobique concludit, q̃ iſto caſu inſpicitur quod principaliter actum eſt. & ſic reſidet Barto. & alij conti. ¶ Contra ſupradicta videtur glo. in. l. fi. de prædiis curialium. lib. 10. quam põderat Bal. in. l. ex conuẽtione. C. de pactis. quæ dicit, q̃ in dubio quando eſt facta mentio de pretio, intelligitur emptio. ¶ Item quia non eſt inſpiciendum nomen contractus, vt dicunt doctores quibus ſupra, ſed potius rerũ ſubſtãtia. vt dicit in ſimili Bal. in. l. ædem. ver. ſed quid. de eo qui emit. C. locati. & in. l. licet. eodem tit. & in. l. ſi eum de rerũ permu. & in. l. cum antea. C. de donatio. ante nup. vbi dicitur, q̃ potius ſenſum quàm verba inſpicimus. debet enim conſiderari potius effectus, quàm nominatio, quãdo nominatio non continet iuſtitiam & honeſtatem. vt per Bal. in. l. 1. C. de ædili. actio. nam propter vnum iniuſtum prohibetur vnum iuſtum. c. habeat. 12. q. 1. denique. 21. diſtinctione. lege. ſi finita. § hoc edicto. ff. de damno infecto. ¶ Ideo ſi nõ inſpicimus nomen contractus, qui loquitur de permutatione, iudicabitur contractus venditionis, propter maioritatem pretij. ¶ Veritas eſt, q̃ iudicabitur contractus permutationis, ſi ex eodem cõtractu apparet, q̃ partes voluerũt permutare, aliàs ſecus, vt dicunt doctores vbi ſupra. pro quibus allego tex. ſatis ſingularem in. l. quanuis. C. ſi quis alte. vel ſibi. & cap. ad noſtras. & quod ibi An. Sicu. de emptio. & vendi. & l. pretiũ. et ibi Bal. C. de probatio. vbi dicitur, q̃ omne inſtrumentum preſumitur eſſe tale, quale apparet in prima ſui figura. Itaq; omne inſtrumentum præſumitur verum in dubio. c. 1. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ. & ibi Bal. à primordio enim poſterior formatur euentus. l. 1. de imponenda lucratiua diſcretione. lib. 10. ¶ Ad idem dicit Bal. in. c. 1. de notis feudorum, q̃ inſtrumentum non preſumitur ſimulatum. & in. l. ab Anaſtaſio. ad finem. C. manda. dicit, q̃ allegans inſtrumẽtum ſimulatum, debet allegare ſpeciẽ ſimulationis, aliàs non auditur. Et eſt ſimulatio, actus factus contra veritatem. l. ſi non verum. C. de donatio. inter virum & vxorem. & l. fi. §. in computatione. C. de iure deli. ¶ Item quotiẽs aliquid capi poteſt, vt minus videatur iniquum debemus capere. l. quotiens. ff. de regulis iuris. ¶ Facit textus, & quod ibi Bar. in. l. lucius titius. ff. de poſiti. & l. ex pretio. ff. ſi certum petatur. & quod Bal. in rubrica. C. depo. quem refert & ſequitur And. Sicu. in rubri. de depoſito. fi. col. prope medium. ver. quęrit etiam ibi Bal. & Sali. in. l. ſi quis. eo. ti. C. vbi dicunt, q̃ non obſtat ſimulatio, quando in veritate nihil agebatur, vel agebatur aliquid turpe ſeu inualidum. Secus ſi aliquid agebatur, in quo poterat fundari ſubſtantia obligationis, licet caderet in ſpecie alterius cõtractus. Itaq; & ſi permutatio, de qua ſupra, cadat, vel poſsit cadere ſub ſpecie alterius contractus. ſ. venditionis, iudicatur contractus permutationis, ex quo in eo poteſt fundari ſubſtantia obligationis. ¶ Iſtam concluſionem tenet etiam Bal. in rubrica. de rerum permutatio. 1. col. in fine. verſi. quid ſi data eſt res pro re & pecunia. et iſto caſu verificatur lex contractus. ff. de regu. iu. & alia iura dicentia, q̃ contractus ex cõuentione legẽ accipiunt. ¶ Fallit primò iſta concluſio. quãdo in contractu permutationis apponuntur verba vel cõuentiones tendentes magis ad contractum emptionis & venditionis, quàm ad contractũ permutationis, & cum hoc interuenit maxima quãtitas pecunię cum parua ſpecie. argumen. tex. in. d. c. illo vos. de pigno. & quod ibi An. Sicu. in. 2. col. ver. probat iſte textus. vbi dicit, quòd ſpecies cõtract⁹ magis cognoſcitur ex pactis & tenore conuentionis, quàm ex verbis in illo appoſitis. vt. l. ſcire oportet. §. & aliud. verſi. & ſi maximè. ff. de excuſatio. tuto. & c. marchion. & c. baſilides. 1. q. 1. & c. intelligẽtia. de verbo. ſigni. vbi dicitur, q̃ in ſenſu conſiſtit euangelium. ¶ Facit etiam quod An. Sicu. dicit in. d. c. ad noſtram. de emptio. & vendi. vt ſi in cõtractu apponuntur clauſulæ inſolitæ apponi in contractu permutationis, præſumatur ſimulatus, & in fraudem initus. Itaq; ſi in inſtrumento apponitur nomen vnius contractus, & effectualiter eſt alterius contractus, iudicabitur ſecundum naturam illius cõtractus, cuius effectus poſitus eſt. tenet etiam idem An. Sicu. in. c. potuit. 7. col. magna. in principio. de locato. ¶ Fallit ſecundò dicta concluſio in caſu, quo res datur cum pecunia: & ipſa res permutata ſeu venalis datur nomine pretij, nam talis contractus eſt emptionis & venditionis, non permutationis. Et hoc multũ põderãdum, vtrum detur pretij nomine, aut ſimpliciter. nam primo caſu erit venditio, vt dicit Bal. in dicta rubrica. de rerum permutatio. in principio. ¶ Tertiò fallit, quando inter partes ante celebrationem contractus fuit contractum & cõcluſum de vendendo actum vt res vẽdita ne extraheretur per aliquem ex coniunctis pro tanto, fuit actum inter emptorem & venditorem, vt cõtractus ſonaret permutationis, p̃ alia parua ſpecie & pecunia magna, quo caſu talis contractus poteſt dici ſimulatus & factus de contractu ad contractum, ideo talis mutatio vt

de juez q̃ y los nueue dias q̃ diſpone la ley del fuero ſe cuẽtẽ en eſte caſo dſde el dia r

Contra.

Regula.

Fallit.

Fallit. 2

Fallit. 3